BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

STATIUS

II. 2 THEBAIS

EDIDIT

A. KLOTZ

[illegible]

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

P. PAPINI STATI OPERVM
VOL. II FASC. II

P. PAPINI STATI THEBAIS

CVM OTTONIS MÜLLER TVM ALIIS COPIIS VSVS
EDIDIT
ALFREDVS KLOTZ

ACCEDIT INDEX NOMINVM AD STATI ACHILLEIDEM
ET THEBAIDEM

MCMVIII
LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

Editionis carminum P. Papini Stati continentur

Volumine I. Silvae rec. Klotz.

„ II. Fasc. I. Achilleis rec. Klotz.

„ II. „ II. Thebais rec. Klotz.

„ III. Lactantii Placidi comment. rec. Jahnke.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

Printed in Germany

D · M

OTTONIS · RIBBECK

EDITORIS PRAEFATIO

Silvas atque Achilleidem postquam paucis ante annis recensuimus, restabat munus multo difficilius atque amplius Thebaidis edendae. nam in Silvis uno codice contentum esse licuit, in Achilleide paucis. at longe aliter res se habet in Thebaide. quae cum inde a decimo saeculo usque ad quintum decimum saepissime transcripta sit, plurimi eius operis codices aetatem tulerunt. ex his qui mihi innotuerunt quibusque usus textum constitui, primo capite describam. dein cum in duas aberint stirpes (**P** et *ω*) codices Thebaidis, de codicum altera stirpe *ω* agam, tertio capite quae ratio intercedat inter hanc stirpem et Puteaneum quaerendum erit. in calce praefationis nomina eorum, qui in apparatu critico commemorabuntur, te quo quisque loco sua protulerit, indicabo.

CAPVT PRIMVM

Stati Thebaidis codices describuntur.

permagno ex numero codicum quibus Stati Thebais tradita est, recentioribus abiectis — non enim utilitatis quicquam inde redundat[1]) — hos adhibere potui ad textum constituendum, qui aut ipsi mihi praesto fuerunt aut ex aliorum conlatione innotuerunt:

---

1) cf. quae ego disputavi, ubi de Barthianis codicibus egi: Rhein. Mus. 59 (1904) p. 383 sq. codicibus ibi enumeratis Dresdenses duos (cf. Manitius, Rhein. Mus. 59, 1904, p. 588 sq.) addidi Herm. 40 (1905) p. 353. accedunt libri Genavensis 96, quem anno 1905 inspexi, et Medicei Plut. 38, 4. 38, 5. 38, 7 Flor. bibl. aedit. 197, quos sequente anno examinavi, praeterea Escorialensis III f 2, cuius lectiones non nullas benignissime mihi enotavit Ricardus Laqueur, cum vere anni 1907 in Hispania versaretur.

I. codices Britannici

W **W** fragmentum Worcesteriense s. IX, quod invenit Henricus Schenkl, cf. Wien. Stud. 8 (1887) p. 166—168. alicuius libri unus quaternio tegumento codicis Q^8 8 bibliothecae cathedralis Worcesteriensis agglutinatus est, ita ut ultima pagina legi nequeat. cum vero singulis paginis versus scripti sint viceni quini, servati sunt Theb. 2, 70—441, e quibus Schenkelius 2, 70—285 contulit.

D multo maioris pretii est codex Collegii S. Johannis apud Cantabrigienses D IV (**D**). qui liber postquam paucissimae ex eo lectiones Iortini merito in vulgus editae sunt, ab H. W. Garrod in lucem protractus et collatus est anno 1902, cf. quae ille vir doctus de hoc libro exposuit Class. Rev. 18 (1904) p. 38—42. codex saeculo X scriptus olim ad prioriam Dovoriam pertinuit, id quod et testatur titulus: *lib(er) monachorum de Dovorya* et firmat vetus eius bibliothecae catalogus nunc Oxonii in Bodleiana servatus. singulis paginis binae columnae exaratae sunt, scriptura facili ad legendum, nisi quod in altera potissimum Thebaidis parte multa madore corrupta sunt. continentur autem in libro, sicut titulo indicatur, haec: *Statii Thebaid. Lib. XII.* | *Glossae super Priscianum.* | *Commentar. in Lib. Sophist. Elenchorum.* Inter Thebaidem et Glossas super Priscianum una columna et dimidia ex Ausonii idylliis vicesimum scriptum est, sed legi fere nequit. in margine vero Thebaidi scholia spisse adscripta sunt, diversa maximam partem, sicuti Garrodius monet, a commentario qui fertur Lactantii. quamobrem ei qui scholia Statiana vere edet, liber utique est adhibendus. sed in ipso versuum contextu saepissime duplex extat lectio, ab ipso librario exarata. apparet igitur iam in exemplari varias lectiones suprascriptas fuisse. ex quibus lectionibus alterae plerumque cum Puteaneo (**P**), alterae cum vulgata (ω) consentiunt.

Garrodius postquam de hoc codice l. l. disputavit selectasque lectiones proposuit, in editione sua eodem usus est. unde ego mea prompsi.

ab eodem viro docto alter quoque liber minime spernendus anno 1904 inventus est[1]: Cheltoniensis (**N**), qui saeculo X vel XI scriptus, nunc Cheltoniae in bibliotheca Phillippsiana adservatur. qui liber cum folia decem prima et ultimum perierit, adhibetur inde a Theb. 2, 66 usque ad 12, 760. quod detrimentum novis foliis insertis saeculo XV Italus quidam resarcire conatus est[2], cuius nomen in subscriptione libri videtur exstare, ubi haec: **N**

LIBER REVEN^{MI} DNI DNI D
CARDINALIS PRAESTANTISSIMI
CIARPELLONE VVLGARITER NVNCVPATVS
NICOLAVS FVLGINAS DOC· ARTIVM

proxima pagina leguntur haec: *Iulius Caesar Valencinus bibliothecarius* | *obiit anno 1652* |. *Michel Angelus Zaccaria Romanus bibliothecarius fecit anno* | *Gubernantibus Ill^{mis} D. D. francisco de Fabius Virgilio Cincio Andrea Muto et Ludovico Casalio.* unde non dubito quin a doctioribus fata libri enucleari possint.

codex ipse admodum neglegenter conscriptus est, adeo ut vel versuum partes sedem inter se mutaverint: 4, 170 *pars arte reperta.* 4, 171 *pars anguibus aspera vivis* aut quod exstat, plane contra loci sententiam dictum sit: cf. 4, 785 *certamina* **N** pro *certantia.* 5, 217 *indigno solvit sua bracchia collo* **N** pro *indigno non solvit bracchia collo.* multis etiam locis synonymis substitutis genuina lectio expulsa est: 4, 724 *portare* **N** pro *vectare.* 2, 401 *vallibus* **N** pro *montibus.* cui neglegentiae occurrit corrector qui haud raro genuina revocavit, ita ut plerumque errores radendo deleret, nec tamen correctoris desunt interpolationes aut coniecturae, velut 2, 235 *parentes* suprascripsit *-tem Adrastum,* vel 2, 279 ubi pro *draconum* $\mathbf{N}^1$ scripserat *draconem* corrector *dracona* restitui voluit. similiter verum obruit 4, 833 (825): *quam tu non* **P**: *quam* (*qua* **K**) *tum non* ω: *qua non* $\mathbf{N}^1$, quam la-

1) cf. Class. Rev. l. l. p. 301.
2) unde codicem illo tempore in Italia fuisse manifestum est.

cunam sine auctoritate ac sensu explevit **N**[2] *quam ne non.* tamen, cum Garrodius utrum unum an plures correctores liber perpessus sit, non indicet et multis locis quid librarii ipsius sit, quid correctoris, non distinguat, eius partes accuratius definiri nequeunt. mihi vero praeter notas in Garrodi editione propositas collatio praesto non est.

r eiusdem aetatis atque Cheltoniensis est codex Regius Musei Britannici 15 CX, qui fuit olim monasterii Roffensis (**r**). quo libro primus Ricardus Bentley ad Statium recensendum usus est, qui collationem cum quattuor aliorum lectionibus ad marginem editionis suae Gevartianae adposuit. quod exemplar nunc exstat in Museo Britannico, unde notas Bentleianas in Ottonis Mülleri usum quondam descripsit Polonus quidam Henricus de Michalowski. praeter has schedas collationem ipsius codicis adhibere licuit, quam de sex prioribus Thebaidis libris Godofredus Kinkel confecit. eadem Müller in editione sua usus est. ex posterioribus autem libris quaedam E. M. Thompson Londiniensis in Kohlmanni usum enotavit.

praeter ipsum librarium haud pauca corrector quidam adscripsit, quem usum esse libro quodam affinitate cum vulgatis posterioris aetatis exemplaribus coniuncto indicavi Rhein. Mus. 59 (1904) p. 383 sq.

II. codici Gallici

P Gallorum codicum non solum, sed omnium praestantissimus est Puteaneus qui dicitur, Bibliothecae Nationalis Parisinae codicum latinorum 8051 (**P**), quo de libro accurate disputavi in praefatione Achilleidis.[1]) hunc codicem postquam Lindenbrogius hic illic adhibuit cui vocatur Regius alter, ne Amarius quidem ac Lemairius diligenter de eo rettulerunt.[2]) unde factum est, ut quanti esset momenti ad genuina Stati verba restituenda, ante Ottonem Müller per-

1) Stati Achilleis 1902 p. V sq.

2) P. Papinii Statii quae exstant opera omnia. Parisiis 1825 sq.

spiceret nemo. post hunc autem Philippus Kohlmann per totam Thebaidem Puteaneum adscivit, sed ut fit, cum ceteris meliorem esse cognosceret, caeca eum adulatione prosecutus est, adeo ut plus semel contra versus leges peccare non dubitaret, dummodo Puteanei lectionem amplecteretur.

contulerat codicem accuratissime in Mülleri usum Paulus Meyer. cuius collatione Müller in editione sua sex librorum Thebaidis usus est. mihi vero tota collatio Meyeri praesto est. dein Kohlmannus ipse quoque totam Thebaidem contulit. sed cum haud paucis locis diversa atque Meyer rettulerit de codice, locos singulos examinaverunt Wilkinsius et Plater, unde non nullis locis certiora et veriora quam apud Kohlmannum in editionibus Anglorum extiterunt. tamen rem penitus resarcire, ut par erat, noluerunt. itaque gaudeo, quod mihi contigit, ut anno 1901 codicem benignissime Monachium transmissum in Bibliotheca Regia diligenter excuterem. cum vero fere semper mea collatio cum Meyeriana conspiret, et ubi differunt, uter sit errori obnoxius, facile perspiciatur, iam quantum penes homines est, accuratam me Puteanei libri notitiam spero proposuisse.

codicem, qui saeculo IX exeunte ant X ineunte scriptus esse videtur, ad bibliothecam monasterii Corbeiensis pertinuisse demonstravit Otto Müller.[1]) nam subscribitur in calce libri:

lib(er) s⟨ancti Petri⟩
co⟨rbei . . . .⟩

ubi quae uncis fractis circumscripsi, erasa sunt — nempe ut furtum celaretur —, sed certo cognita. neque quicquam obstat, quominus codicem Corbeiae etiam scriptum esse arbitremur. idem vir doctus ineptias librariorum praeterea additas transcripsit. sex enim subscripti sunt Thebaide finita versus. primus est hic:

Scriptor sum talis demonstrat litera qualis.

deinde adiectum est primum ex Distichis Catonis[2]):

---

1) Electa Statiana. progr. Berolini 1882 p. 12.
2) Otto Müller, Wochenschr. für Philologie 20 (1903), p. 195.

Si deus ⟨est animus⟩ nobis ⟨ut⟩ carmina dicunt
Hic tibi praecipue sit pura mente colendus.

sequitur:

Non fuit ista domus pro nominis[1]) *facta duobus.*

hos versus paulo post ipsum librum confectum scriptos esse Müller sibi persuasit. mihi vero recentioris originis visi sunt, cui sententiae videtur favere versus primus Leoninus in bisyllabum. constat autem versus neque ab ipso librario neque ab aequali correctore esse scriptos. infra eos postea primus versus bis repetitus est.

textus binis columnis versuum ferme XLI scriptus est sine scholiis. ac ne interpretationes quidem nisi rarae eaeque multo post adscriptae inveniuntur. sed praeter librarium ipsum ($\mathbf{P}^1$) eiusdem aetatis corrector ($\mathbf{P}^c$) non pauca emendavit, quae librarius aut propter exemplaris eius, unde ipsius textus descenderat, defectum aut neglegentia omiserat aut peccaverat. tamen multa emendanda reliquit. quae autem ratio intercedat inter $\mathbf{P}^1$ et $\mathbf{P}^c$, infra exponemus.

ab aequalibus illis correcturis diligenter secernenda sunt ea quae saeculo XII et XIII ab aliis mutata sunt, quos ego signo $\mathbf{P}^r$ comprehendo. neque enim singulis sua distribuere operae pretium est, propterea quod nihil boni attulerunt, sive de suo poetae succurrere conati sunt, sive recentiore quodam codice usi sunt.[2]) cum autem apud ceteros editores quid aequali correctori, quid recentioribus debeatur, non satis accurate separatum sit, variae auctoritatis variaeque originis lectiones uno nomine significantur. quae res quanti sit in ipsis poetae verbis constituendis momenti, uno exemplo, sed eo luculentissimo docebo. Theb. 11, 490 enim in vulgatae libris (ω) sic exit:

dum Cadmus arat dum victa cadit Sphinx.

---

1) *nonnis* legendum suspicatus est Müller. cui coniectura haud scio an praestet *dominis.* certe versum a librario esse transcriptum, non compositum in propatulo est.

2) nonnullis locis hoc certum est, e. g. Theb. 2, 37 sq.

contra in editionibus post Queckianam omnibus recepta est haec lectio:

dum Cadmus arat, dum semina surgunt,

quam dicunt Puteanei auctoritate firmari, adeo ut Fridericus Vollmer alteram suspectae fidei esse contenderit.[1]) quae opinio quam falsa sit, egregie perspicitur, ubi quid in Puteaneo scriptum sit, diligentius observaveris. ipse enim librarius **P**^{1} mancum versum sic scripsit:

dum Cadmus arat, dum victa cadit.

itaque in eo codice pervetusto, unde Puteaneus originem traxit, exitum versus non lectum esse apparet, id quod haud raro factum esse comprobavi.[2]) sequitur Puteaneum quoque favere ei lectioni, quae in ceteris codicibus extat. contra ea quae nunc in editionibus regnat:

dum Cadmus arat, dum semina surgunt,

soli recentiori codicis Puteanei correctori debetur. carbonem igitur pro thesauro obtulerunt. neque enim quicquam offensionis inest in ea quam probavimus lectione. quod vero Sphingem ante Lai mortem, quae v. 461 significatur, non apte commemorari quis crediderit, plane nihili est. non enim ordinem rerum Statius nec hic nec alibi diligenter observavit. in ipso contextu versus Theb. 3, 467—526 (inde a fol. 12^v, 1) et 2, 454—464 nec a librario nec a correctore **P**^{c} scripti sunt, sed ab alio quodam aequali, contra Theb. 4, 308—343 **P**^{1} omiserat spatio relicto, quod explevit **P**^{r}. itaque hoc loco cum triginta sex versus in exemplari defecisse senserit librarius, folium periisse apparet aut in ipso aut in exemplaris exemplari. quam ob rem in codice Iuliani — nam hoc utique verisimilius est — singulis paginis duodevicenos versus exaratos fuisse concludimus. sed de altero supplemento Theb. 3, 467 sq. cave quicquam collegeris. neque enim propter exemplar alius hic librarius successit.

---

1) P. Papinii Statii Silvarum libri 1898 p. 560.
2) Achilleis 1902 p. VII sq.

S ex eodem monasterio unde Puteaneus, prodiit codex Sangermanensis (**S**), Bibliothecae Nationalis Parisinae inter codices latinos numero 13046 notatus. cuius codicis qui saeculo X scriptus est, paginam Chatelainius arte phototypica effingendam curavit.[1]) Kohlmanni merito codex innotuit, qui ex eo in apparatu critico quaedam adnotavit. tamen Garrodius non merito eum invehitur, quod de **S** paucis tantum locis rettulerit. nam ubi nihil enotatum est, in universum **S** cum vulgata congruere ex Kohlmanni ratione concludendum est. cum vero neuter editor ubique accurate codicis lectiones videatur proposuisse, bene accidit, quod Alexander Souter in censura editionis Garrodianae certiora promulgavit.[2]) qui utinam collationem diligenter factam quam videtur possidere, viros doctos ne celet. suum enim codex **S** habet pretium vel eo quod cum Puteaneo ipso patriae communitate coniunctus est: fuit enim et hic codex S. Petri Corbeiensis, sicut Souter monuit. nam Kohlmannus id ex ipso codice testari non operae pretium esse duxit. item Souter notas **S**^{2} ab aequali correctore confectas esse docuit. continet autem codex foliis 117 Thebaidem cum scholiis, sicut Kohlmannus testatur.[3]) idem eum nec in initio nec in fine integrum esse dicit, sed quantum desideretur, non adnotat.

Q iam de codice Parisino Biblioth. Nation. lat. 10317 (suppl. 1670), Echternacensis quondam monasterii[4]) (**Q**)

---

1) Paléographie des classiques latins II. p. 161.

2) Classical Quarterly 1 (1907) p. 80 sq. quae disputatio cum auctoris benignitate mihi transmissa sit, rogo ut haec apparatui critico addantur — nam textus ipse Stati nostri iam prelum exercebat —: 4, 413 *limine* **S**^{2}**N** 4, 460 *frondes* **PS**^{2}**N** 4, 704 *omnes* etiam **S**^{1} *natatos* **S**^{2}ς 4, 809 *primo* **S**^{2}**NCf**
ł *cui*
5, 113 *quod* **S**^{2} 5, 395 ł *fulmine* sscr. **S**^{2} 5, 668 vittae **SBMC** 5, 851 *Curva* **S**^{2}**DN**^{1} (quid **S**^{1} scripserit, incertum) 6, 409 *fulmina* **S**^{2}**CQf** 6, 427 ▒*solito* **S**^{1} (non *solito,* ut vulgo referunt): *solito* **P**: *insolito* ω 7, 158 *iaculatum* **S**^{2}**NC**$\mu^2\nu$ 8, 158 *heros* **S**$^1\omega$: *hemon* **S**^{2}**P**. unde apparet correctorem codicem adscivisse simillimum libris **N** et **C**.

3) Thebais 1884 p. IX.

4) Sandys, History of classical scholarship. 1903 p. 618.

postquam Kohlmannus eo in Achilleide recensenda usus est, quaedam, sed parum utilia Carolus Wotke exposuit[1]), qui primum tantum librum contulerat. ego quoque codicem, Monachium mihi missum in edenda Achilleide adhibui eumque descripsi in praefatione eius editionis p. XXIV. qua occasione etiam Thebaidem excussi exeunte anno 1900 et ineunte 1901. usus est eodem Garrodius ex collatione Plateri amici.

liber qui praeter Thebaidem etiam Achilleidem complectitur, a quattuor librariis saeculo X exaratus est — singulis sua distribui l. l. — praeter supplementa quaedam multo post, certe non ante saeculum XIII addita. quorum ambitu demonstratur in exemplari codicis tricenos versus singulis paginis extitisse, in Achilleide tricenos binos. quibus supplementis addenda esse Theb. 12, 236—295 et 12, 716—775[2]) recte monuit Garrodius. quibus de supplementis, quae ex libro infimae notae petita sunt, ego codicem **Q** non laudavi, ne diversa coniungerentur. itaque quod codex ipse tricenos fere versus in singulis paginis exhibet, ad exemplar accommodatum est. poetae nomen in primis tribus subscriptionibus legitur hac forma: PAPINII · STACII · THEBAIDOS · LIB · I EXPLICIT et sim. nisi quod in tertia subscriptione PAMPINII scriptum est et in alterius SVRSVLI agnomen a recentiore manu insertum. in reliquis autem libris nude exstat: EXPLICIT · LIBER · QVARTVS. ac ne tota quidem Thebaide confecta subscriptio addita est, sed subsequitur Achilleidis titulus: STACII · PAMPINII · SVRSVLI · LIBER | PRIMVS ACHILLEIDOS INCIPIT. subscriptio nec primi nec alterius libri exstat. itaque cum in Achilleidis titulo falsum agnomen legatur, quo Thebaidis librarius abstinuit, non ex eodem fonte utrumque opus manasse consentaneum est, praesertim cum initio libri scriptum sit: *Continet Statium poetam secundum XII libros eius.*

librarius haud raro quae perperam scripserat, ipse emendavit. praeterea is qui lacunas illas explevit, etiam in

---

1) Eranos Vindobonensis 1893 p. 211 sq.

2) non 774 sicut Garrodius praef. p. IX. scripsit, nam ante 12, 774 legitur 12, 775.

reliquo codice grassatus est, cuius operae exempla quaedam ex Achilleide proposui Achilleis p. XXVI. unde apparet correctorem Q^2 usum esse libro quidem aliquo, sed multo deteriore. nam praeter ampla illa supplementa versus addidit hic illic singulos a Q^1 omissos, velut 1, 399. 6, 73. 6, 445. 9, 53. 9, 637—645. 10, 349. raro nugatus est, velut ad 7, 259 suae fabricae versum adscripsit: *Et bellator abas nolebat mandere fabas.*

Turon. de lectionibus codicis Turonensis saeculo X scripti, quantum ad primum Thebaidis librum pertinet, Carolus Wotke rettulit collatione usus a Lebègue viro docto Parisino facta.[1]) qui binis columnis paginas conscriptas esse monuit a librario parum docto, qui verba saepissime perperam distinxit, syllabas omisit, ita ut haud raro monstra, non vocabula extent. de fatis autem libri egit Leopoldus Delisle[2]): codex furto abreptus e bibliotheca Sti. Martini Turonensis, postea ad Bibliothecam Nationalem Parisinam pervenit, ubi inter codices latinos recens acquisitos signatus est numero 1627, nobis est *Turon.* dolendum est sane de hoc codice primum tantum librum innotuisse, sed cum Roffensis libri maxime affinis accuratiorem notitiam haberemus, collatione quamvis aegre careri posse nobis visum est.

Gallicis libris adnecto

Helveticum

b codicem Bernensem 156 saeculi XI (b), quem anno 1901 Monachii in Academia contuli.[3]) liber formae oblongae a duobus librariis scriptus est, quorum alter fol. 1r—59v (i. Theb. 1, 1—8, 299) confecit, alter reliqua. singulas paginas initio complent versus quinquageni, qui numerus sub finem usque ad septuagenos quinos accrescit. fuit quondam

1) l. l. p. 211 sq.

2) Notices et Extraits de manuscrits de la bibliothèque nationale 31 I (1884) p. 157.

3) codicis lectiones de sex prioribus Thebaidis libris ex auctoritate Godofredi Kinkel etiam in appendice editionis Müllerianae adnotatae sunt.

codex Petri Danielis, cuius nomen in calce primae paginae invenitur: *Petri Danielis Aurel. 1564.*[1]) unde vero ille librum acceperit, ex nota perspicitur quae fol. 1^v et 2^r summa margine scripta est: *hunc librum contulit ..... bardus Monachus Patri Benedicto. quem si quis subripuerit anathema sit.* quibus ex verbis cognoscitur codicem quondam pertinuisse ad bibliothecam cuiusdam monasterii Benedictinorum prope Aurelianos siti, unde codices Danielis plerosque subreptos esse constat.

librarius ipse (b^1) magis religiose quam prudenter transtulit exemplar, ita ut ex. gr. cum Theb. 8, 378 *nrigroque* scriberet, et primariam exemplaris lectionem et correcturam conservaret. nam hanc eius imaginem fuisse consentaneum est: $\overset{n}{r}$*igroque*. plerumque autem cum de vera lectione dubitaret, spatium vacuum reliquit. quas lacunas corrector quidam (b^2) explevit, codice adhibito, fortasse ipso exemplari — nam versus omissos haud semel recte supplevit, ex. gr. Theb. 5, 405. 5, 467. 6, 102 al. —, tamen saepe supplementa temere addidit, cf.

Theb. 4, 230 *animis* om. b^1 in lac.: *viris* add. b^2

5, 59 *Nulla deae sedes movet et caelestia quondam* om. b^1 pro quo versu b^2 addidit:

Indignata dea est, movet et celestia quondam.

6, 196 *tenuia* om. b^1: *pueri* add. b^2

6, 212 *mulciber* om. b^1: *iam rogus* add. b^2

6, 358 *phlegramque* om. b^1: *phlegraeaque castra* add. b^2

6, 657 *cervas* om. b^1: *dammas* add. b^2

7, 149 *non certa* om. b^1: *non mitra* add. b^2

8, 197 tene]*don cirrhamque* om. b^1: *-don delphosque* add. b^2. unde apparet correctorem satis quidem doctum fuisse, sed nimis indulsisse arbitrio.

---

1) idem adscripsit ad Theb. 2, 36 *Desunt quatuor versus* (nempe 2, 37—40); Theb. 6, 502 *Increpitans eschetonque* supra scriptis numeris *2 1* transponenda verba indicavit. voluit igitur legi: *Ascheton increpitansque.* denique in ultima Achilleidis pagina iterum legitur *Petri Danielis Aurel. 1564.* ab eodem additus est versus post Ach. 2, 166 *Aura silet puppis currens ad littora venit.*

bis ampliores in codice **b** extant lacunae nec a librario significatae nec a correctore, unde eas in exemplari extitisse manifestum est. desiderantur enim Theb. 8, 556—687 et 9, 464—559. atque hoc loco cum 96 versus deficiant, apparet aut duo folia versuum 24 aut unum versuum 48 periisse. sed alter locus, ubi 132 versus desunt, ad eandem rationem redigi non potest. nam duo folia versuum 33 exciderunt. itaque alteram lacunam altius ascendere necessario statuimus. sed quamvis alio loco lacunam 132 versuum etiam in codicibus **QK** invenerimus, tamen cautius erit nihil pro certo adfirmare, praesertim cum **b** artius quam ad **QK** se ad codices **B** et **r** applicet, id quod infra demonstrabimus. ac ne hoc quidem quod in **b** sicut in **PQK** Achilleis post Thebaidem invenitur — nam plerumque Thebais sola traditur — quicquam nobis utilitatis adfert. nam cum in **b** lacuna illa communis codicum **QKC**[1]) non exstet post Ach. 1, 528, ab his codicibus **b** separatur. accedit quod sicut in **Q**, ita in **b** Achilleidem non ex eodem exemplari transcriptam esse conicio, unde Thebais sumpta est. nil dico quod in codicibus maxime cum **b** cognatis **B** et **r** Achilleis non legitur: ex ipsa Thebaidis subscriptione (fol. 88^r) recte concludere mihi videor, aliam esse originem Thebaidis, aliam Achilleidis. nec enim aliter expedio, quod ultimi Thebaidis libri subscriptio PAPINII · SVRSVLI · THEBAIDOS · DVODECIM(us) | FELICITER · EXPLICIT · AMHN variis coloribus deleta est, ita ut rubro colore adderetur Achilleidis titulus: INCIPIT · LIB(er) · STACII · ACHILLEIDOS. nota etiam in Achilleide nomen adulteratum non legi neque in titulo, quem exscripsi neque in subscriptione, ubi EXPLICIT **b**^{1} scripsit, *Stacius Achilleidos* addidit **b**^{2}. contra in Thebaide libris 1. 2. 3. 5. 7. 12 nomen subscribitur PAPINII · STATII · SURSULI, post libros 4. 6. 9. 10. 11 nude legitur EXPLICIT · LIBER · III · (et sim.), in una octavi libri subscriptione nomen STATII solum apparet.

denique occasione oblata utor, ut errorem a me quon-

1) cf. Achilleis p. XXX sq.

dam commissum corrigam. nam quod contendi[1]) Bernensem diversum esse ab eo Danielis codice, cuius lectiones in editione sua Lindenbrogius protulit, falsum est. consentiunt enim Danielis liber ab illo laudatus et Bernensis fere omnibus locis atque etiam eis quibus nugas suas corrector b² inculcavit e. g. 4, 230. 6, 196. 7, 149. ego quondam motus sum eis potissimum locis quibus Lindenbrogii liber Danielianus et Bernensis discrepant. sunt autem si manifestos Lindenbrogii errores omittimus, plus minus triginta loci. ex quibus gravissimum est, quod ille in omnibus suis libris Theb. 12, 177 desiderari contendit.[2]) id quod omnes viri docti etiam ad Danielis codicem rettulerunt, tamen ubi a Lindenbrogio undecim locis lectiones Puteanei ei attribui perspexeris, etiam de reliquis quin maximam partem error editoris subsit, vix dubitabis. ex quibus nonnullas ad librum Petavii referre licet, quo Lindenbrogius in editione usus est, praesertim 1, 673 *lachrymas*, nam b *extemplo* exhibet.

III. codices Germanici

Germanicorum codicum vetustissimus fuit is cuius unus quinio Lipsiae in Bibliotheca Reipublicae adservatur (Rep. I 12ª, nobis *A*). fragmentum quo continentur Theb. 4, 352—753 contuli Lipsiae autumno anni 1903. scriptus erat ipse codex saeculo X scholiisque satis amplis instructus. tamen hunc librum periisse non tanto opere dolendum est, propterea quod eius fragmento collato ostenditur, quanta diligentia quantaque cura de exemplari suo transcriptus sit saeculo XI *A*

codex Bambergensis N IV 11 (**B**), qui foliis 93 Thebaidem cum scholiis largiter adscriptis continet. quo libro primus Otto Müller usus est in sex prioribus libris edendis. dein Kohlmannus in his libris Müllero fretus ad sex posteri- **B**

---

1) Rhein. Mus. 59 (1904) p. 384 adn. 1.

2) quod omnes codices suos hunc versum non agnoscere dicit, ita potest explicari, ut eum non codice b ipso, sed excerptis a Daniele factis usum esse statuamus.

ores libros codicem ipse contulit. cuius collatio cum minus accurate aut facta sit aut adhibita, gaudeo quod mihi Mülleriana suppetit etiam ad posteriores libros.

atque in titulo operis scriptum est: INEP · (sic) LIB · I · STATI · PAPINII · SVRSVLI · THEBAIDOS, contra in subscriptione primi libri verum nomen apparet: P. PAPINI · STATI · THEBAIDOS · LIB̄ · I · EXPLICIT, itidemque in reliquis libris constanter. itaque concludere licet adulteratum nomen postea in hanc quoque familiam esse inlatum. cui opinioni favet quod post primi libri titulum illa vita poetae legitur medio aevo confecta, unde falsum nomen inrepsisse veri simile est. versus scripti sunt singulis paginis triceni quini, qui numerus paulatim usque ad quadragenos quinos ascendit. uno folio post sexagesimum tertium exciso perierunt Theb. 7, 296—383. inde a Theb. 7, 461 usque ad 7, 700 quadrageni versus singulis paginis exarati sunt, quem numerum ad exemplaris similitudinem a librario servatum existimaverim. nam ibi in calce unius cuiusque paginae singuli versus erasi sunt eidemque initio sequentis pallidiore quidem atramento, ab ipso tamen librario additi. cuius rei rationem non expedio, nisi ab illo loco exemplaris paginae diligenter expressae sunt.[1]) quod exemplar etiamsi numeri quadrare videantur, non eum esse codicem cuius superest fragmentum Lipsiense infra demonstrabimus. sed cur non statim a fronte libri **B** exemplar secutus est? opinor quod vita Stati adiecta ordo ab initio turbatus erat.

in ea quoque re Müller praecipua dignus est laude, quod non solum quid nunc in codice legatur, diligentissime enotavit, sed etiam correctoribus singulis sua attribuit. nam praeter eum librarium qui textum conscripsit, duorum minimum notae facile secernuntur: eius qui scholia addidit $\mathbf{B}^2$ et recentissimi cuiusdam correctoris $\mathbf{B}^3$. hic post saeculum XIII multa emendavit, multa restituit, quae antiquitate pessum-

---

1) eodem videtur pertinere quod fol. 43 Theb. 5, 140—219 i. octoginta versus non ab ipso librario, sed ab eo qui scholia adnotavit, scripti sunt.

data erant vel madore. tamen cum partim de suo, partim de libro admodum recenti[1]) doctrinam prompserit, raro eius emendationibus uti possumus. e. g. 12, 576 quo loco pro nomine *sinin* a $\mathbf{B}^1$ omisso *sinonem* $\mathbf{B}^2$ addidit, qua lectione consentit cum $\mathbf{L}^{\sigma}$**Cb**μ, corrector ille $\mathbf{B}^3$ *busirim* substituit, coniectura plane futtili. alia res est de $\mathbf{B}^2$. nam quamquam permulta iam ab ipso librario correcta sunt, tamen quaedam $\mathbf{B}^2$ emendavit, qui quin codice quodam usus sit, sed non eo solo unde $\mathbf{B}^1$ sua hausit, non est dubium. nam 3, 553 vocem *hoc* a $\mathbf{B}^1$ omissam supplevit, quam non neglegentia librarii $\mathbf{B}^1$ excidisse consensu codicis **b** probatur. 8, 742 *arcadii* $\mathbf{B}^1$ scripsit. cum idem in **Q**$\mathbf{f}^1$ legatur, manifestum est, hoc in exemplari codicis **B** fuisse. itaque quod $\mathbf{B}^2$ correxit *atrei* (sic **P**$\omega\Sigma$) aliunde petitum videtur.

Bambergensi et aetate et pretio suppar est codex Lipsiensis Bibl. Reip. I 12 qui ipse quoque Stati Thebaidem continet solam foliis 141, versibus 32 ad 34 in singulis paginis scriptis. praeter textum scholia quoque praebet satis ampla. significatur littera **L**.[2]) qui liber postquam antea a Lenzio inspectus est, qui Statium editurus erat[3]), diu neglectus iacuit.[4]) quod non merito factum esse ostendi in Hermae vol. 40 (1905) p. 349 sq. nam codicem una cum fragmento Lipsiensi anno 1903 Lipsiae contuli. **L**

exaratus est codex a tribus librariis, e quibus primus fol. 1ᵛ—39ᵛ (i. vitam Stati medio aevo confectam, Theb. 1, 1—3, 639) conscripsit, alter fol. 40ʳ—73ᵛ (i. Theb. 3, 640—7, 154), tertius reliqua. discernuntur autem librarii maxime diversis compendiis adhibitis. nam ipsae litterae non multum differunt. titulus exstat fol. 1ʳ *Statij Thebais.* nomen poetae solum post alterum librum indicatur: *Papinii statii thebaidos*

1) hoc eo potissimum probatur quod versus insiticios 2, 37—40 adscripsit, qui versus nisi in recentissimis codicibus non leguntur.

2) codex unde in bibliothecam Lipsiensem inlatus sit nescitur.

3) cf. Statius ed. G. Queck II (1854) p. IV et IX.

4) hoc maxime propter errorem Quecki factum videtur, qui altero loco codicem saeculo XVI pro XI adscripsit.

lib(er) III incip(it) arg(umentum). post reliquos libros nihil legitur nisi ARGVMENTVM · LIBRI · IIII · vel EXPLICIT · LIBER · VIII vel INCIPIT · LIBER · VIII sim. cum igitur in plena subscriptione minusculis librarius uteretur litteris, eum ipsum capitales exosum titulos librorum contraxisse apparet. quid, quod ne in calce quidem totius operis nomen auctoris invenitur? sed multo post recentiore manu post ultimum versum repetitum adscripta sunt haec:

Explicit . . . .
finito libro ▨*ur vacca magistro*

qui versus quater repetitus est. sed haec quoque praeter aliqua vestigia deleta sunt.

litterae initiales singulorum versuum plerumque, ut moris est, rubro colore pictae sunt, in quibusdam vero partibus altera rubro colore a rubricatore, altera atramento fusco eodem quo scholia exaratae sunt. idem cui scholia debentur, multa correxit ($\mathbf{L}^{\sigma}$). quaeritur autem utrum eodem usus sit in corrigendo exemplari, ex quo ipse librarius textum petivit, an alio quodam codice arcessito notas et correcturas addiderit. ac mihi quidem pro explorato est, eum non modo sua ex eodem exemplari non petisse, sed ne legisse quidem librarii $\mathbf{L}^1$ exemplar. nam in eo codice unde sua prompsit corrector $\mathbf{L}^{\sigma}$, versus illos qui in uno Lipsiensi leguntur post Theb. 4, 713, omnino non extitisse demonstravi.[1]) dein saepissime diversas lectiones $\mathbf{L}^{\sigma}$ adnotavit, quas ex aliquo codice fluxisse manifestum est; velut Theb. 1, 295 *se adtollat* scripsit librarius, quae lectio in codicibus haud paucis exstat, *ad-* delevit corrector, ut fieret *se tollat*, quod ne ipsum quidem codicum auctoritate destitutum est. similiter res se habet 1, 319 ubi *luce* $\mathbf{L}^1$ scripsit, *laude* suprascripsit $\mathbf{L}^{\sigma}$, quae lectio est codicum $\mathbf{M}^1\mathbf{Q}^2$. 2, 367 $\mathbf{L}^1$ falso scripsit *Nec*, tamen hoc non proprio Marte excogitavit, id quod consensu codicum **Mf** evincitur, $\mathbf{L}^{\sigma}$ adnotavit quod in ceteris exstat, in his codicibus correctura revocatum *Fit*. 4, 227 ge-

1) Hermes 40 (1905) p. 350.

nuinam lectionem *et oloriferi* quam $\mathbf{L}^1$ praebet, corrector pessumdedit addito *-que,* sed hoc ex codice aliquo manasse ostenditur consensu codicum **DMfg**$\boldsymbol{\mu\nu}$. 5, 462 *lemnos clamatur* est lectio $\mathbf{L}^1$, *celebratur* supra addidit $\mathbf{L}^\sigma$, neutrum non aliis codicibus traditur. similiter 10, 218 *Solus eo atque adeo venit ille* $\mathbf{L}^1$, *Solus eo solus venit ille* $\mathbf{L}^\sigma$. mira autem res est 8, 614 ubi *Nutat* recte $\mathbf{L}^1$ exaravit, idem totidem litteris $\mathbf{L}^\sigma$ supra scripsit, unde apparet in libro a correctore adhibito aliam fuisse in ipso contextu lectionem — aut *Mutat* (sic **P**) aut id quod veri similius est *Nutrit* (sic $\mathbf{gr}^1\boldsymbol{\mu\nu}$) —, *Nutat* autem supra additum ut variam lectionem. plane eadem ratione explicandus est locus 4, 786 (779) ubi *ponitque* $\mathbf{L}^1$, *ł ponit* $\mathbf{L}^\sigma$, quasi aliud librarius scripsisset. quibus exemplis luculentissime demonstratur, quantopere codicibus inter se collatis et lectionibus permixtis familiae coniunctae sint vel turbatae. idem apparet aliis quoque locis, quibus explicationes correctoris non respondent lectionibus ipsius codicis. velut 3, 280 ubi librarius scripsit:

Arma tibi sed scopulos et aena precando eqs.

quae lectio eo minus ipsius neglegentiae attribui potest, quod eadem lacuna Puteaneus quoque laborat, eadem in quibusdam codicibus temere expleta est, cum *sed quid scopulos* scriptum sit in **MfC**$\boldsymbol{\mu\nu}$: contra glossator $\mathbf{L}^\sigma$, qui *eclipsis* supra adnotavit, procul dubio in suo codice legit

Arma tibi, tu — sed scopulos et aena precando eqs.

quae est reliquorum codicum scriptura. prorsus similis est res 2, 187, ubi *Tu poteris thebane queri* $\mathbf{L}^1$ scripsit cum $\mathbf{MCQ}^1$ $\mathbf{K}^2\boldsymbol{\nu}^2$, sed $\mathbf{L}^\sigma$ cum *fratre melior* interpretatus sit, non dubium est, quin explicet lectionem *Tu potior* eqs., quae in plerisque libris invenitur. etiam 8, 48 a librario *Accedam et* haud temere exaratum esse consensu codicis **C** probatur, tamen correctorem qui *Mercurius* suprascripsit, non hoc, verum *Arcadan et* (sic $\boldsymbol{\omega}$) sibi interpretandum putasse elucet. nec minus dissentiunt $\mathbf{L}^1$ et $\mathbf{L}^\sigma$ 9, 499 ubi $\mathbf{L}^1$ *dimissa* scripsit pro *demissa* facili errore, sed quo consentit cum Puteaneo, veram lectionem $\mathbf{L}^\sigma$ explicat voce *deorsum.* eun-

dem neglegentius vel parum prudenter munere suo functum esse cognoscitur eis quoque locis, ubi inepta litterarum vestigia adscripsit, quibus verba non explicantur, sed obscuriora fiunt, e. g. 3, 287 ad vocem *virgo* adnotavit *crimone*, debebat (*h*)*ermione*. quae cum ita sint, pro duplici codice nobis sunt $\mathbf{L}^1$ et $\mathbf{L}^\sigma$. ille vero codex quo $\mathbf{L}^\sigma$ usus est, maxime affinis fuit codicibus $\mu\nu$ et **Mf**. quod paucis probo exemplis:

4, 179 *mesene* $\mathbf{L}^\sigma$**MfCr**μ: *messene* $\mathbf{L}^1$**P**ω
4, 227 *et oloriferique* $\mathbf{L}^\sigma$**Mf**$\mu\nu$**Dg**: *et oloriferi* $\mathbf{L}^1$ al.
5, 498 *Arripit* $\mathbf{L}^\sigma$**M**$\mu\nu$: *Abripit* $\mathbf{L}^1$**P**ω
7, 59 *Pone* $\mathbf{L}^\sigma\mathbf{M}^1$ e corr.: *P*(*a*)*ene* $\mathbf{L}^1\mathbf{P}\mathbf{M}^1$ ante corr. ω
7, 535 *flebilis ora* $\mathbf{L}^\sigma\mathbf{Q}^1$**DNMf**$\mu\nu$: *flebiliora* $\mathbf{L}^1$**P**ω
9, 811 *vultum* $\mathbf{L}^\sigma$**Mfr**ν: vultu $\mathbf{L}^1$**P**ω
10, 293 *optat* $\mathbf{L}^\sigma$**f**ν: *optet* $\mathbf{L}^1$**P**ω
10, 897 *queruntur* $\mathbf{L}^\sigma\mathbf{Q}^1$**bMf**$\mu\nu^1$[1]): *-quierant* **PB**: *-runt* $\mathbf{Q}^2$
12, 168 *notatae* $\mathbf{L}^\sigma$**Mf**: *notati* $\mathbf{L}^1\mathbf{D}^c\mathbf{N}^1\mathbf{B}^2$ mg. ω: *gelati* $\mathbf{P}\mathbf{B}^1\mathbf{Q}\mathbf{D}^1\mathbf{N}^2$.

post correctorem $\mathbf{L}^\sigma$, quem librario aequalem fuisse manifestum est, alii (nobis $\mathbf{L}^2$) hic illic quaedam, non multa vel correxerunt vel adnotaverunt, velut is qui 4, 131 *te*^{g}*runt* corrigi voluit et 4, 400 $^{t\ fruges}$*truces* glossas nonnullas Germanicas addidit, quas hic compono:

slingon
4, 153 *amenta*
besulon
4, 262 *sordere*
knouffon krohhoda[2])
4, 266 *nodis inrugat*
bogenhuot
4, 269 *corytos*.

unde codicem in Germania adservatum esse probatur. ibidem eum scriptum esse concludimus litteris *v* et *f* haud raro permutatis. quae permutatio adeo a linguis quae dicuntur

1) idem ex *querunt* **N**.
2) aut sic aut *-ola* ex *-oca* correctum.

Romanicis abhorret, ut Poggio constet ludibrio fuisse monachos Germanos, qui mălum vetitum a mālo fetido parum distinguerent. exempla autem ex **L** pono haec: 1, 491
f *nif* *ŧ facem*
Devixus **L**$^{\sigma}$. 2, 389 *mavestat* **L**$^{\sigma}$. 3, 692 *vocem* **L**$^{\sigma}$. 3, 436
e vulso
≋ulso (f) **L**$^{\sigma}$. 4, 345 *mavortia* ex *mafortia* **L**^{1}. 4, 709 *phariis*
v
ex *variis* **L**$^{\sigma}$. 4, 746 *pulferis* **L**$^{\sigma}$. 5, 228 *finxerat* ex *vin-*
v
xerat **L**$^{\sigma}$ (cf. 5, 269). 7, 348 *Cefisi* ex *Cevisi* **L**^{1}. 9, 848 *fidit* **L**$^{\sigma}$. 11, 761 *favet* ex *vavet* **L**^{1}. item ad originem Germanicam pertinet scriptura *caterv̶vam.*

ex ipso autem contextu de exemplaribus codicis Lipsiensis quaedam licet concludere. nam Theb. 2, 112—138 omissi sunt media pagina, sed folio inserto suppleti ab ipso librario adscriptis in folii capite nota *ħ* (i. hic) et eo loco quo referendi sunt *đ* (deest vel desunt). quod cum oculorum errore explicari nequeat, redire codicem apparet ad aliquem librum, in quo viceni seni versus singulis paginis extabant. sed id non ad ipsum exemplar pertinere his locis mihi videor assequi: Theb. 10, 923 et 11, 91. nam illud quoque memorabile est, quod post 10, 923 iterum leguntur 10, 902 et 10, 895 — atque hoc quo dixi ordine — suis locis inter contextum omissi, sed aut ab ipso librario (10, 895) aut a correctore (10, 902) margini adscripti. quod sic expedio: in exemplari cum versus 10, 923 paginae ultimo versu esset scriptus, adiecti erant in calce paginae versus omissi 10, 902 et 10, 895. unde in eadem pagina versus minimum a 10, 894 ad 923 i. plus tricenos extitisse certum est. similiter peccatum est in libro undecimo, ubi post 11, 91 iterum exstant 11, 56—58 media in pagina ipsius Lipsiensis. deleti sunt autem ab ipso librario, antequam initiales adderentur. quae res sic videtur explicanda, ut statuamus in exemplari versus 11, 56 et 11, 91 paginarum se excipientium primos fuisse. quod si verum est, in codice unde **L** transcriptus est, singulis paginis XXXV fere versus erant scripti. denique adnoto neumis notatos esse versus 12, 336 —341, quasdam voces etiam 12, 327 et 330 et 331.

f codex Monacensis 6396 (inter Frisingenses 196, unde significatur littera **f**) foliis centum triginta sex versuum tricenum ternum, qui numerus sub finem ad tricenos novenos augetur, saeculo XI scriptus Thebaidem continet solam cum scholiis, ita tamen ut exitus libri duodecimi a versu 657 desideretur ac ne subscriptio quidem inveniatur post 12, 656. qui versus cum ultimus extet in fine paginae ultimae, qua quaternio septimus decimus finitur, veri certe simile est ipsum Frisingensem olim damnum tulisse. exaratus est ab uno librario, nisi quod inde a medio versu 2, 678 usque ad 3, 115 alter eius vices subiit, sed post 3, 115 prior munus denuo suscepit. indigenam autem esse codicem patet litteris *f* et *v* permutatis, qua de permutatione modo diximus, cf. e. g. 12, 16 *fulvum* ex *vulvum* $\mathbf{f}^1$, similiter 9, 727 *vulva* pro eo quod in reliquis extat *fulva* scriptum est. cf. etiam scriptura *enze* pro *ense* 4, 631.

nomen poetae, cum plerique libri subscriptione careant, praeter secundi initium et finem et sexti finem non legitur ac ne his quidem plene scriptum est:

S. P. S. LIBER SECUNDUS INCIPIT
S. PAPINII · SURSULI · LIB̄ · II · EXPLIC̄
UI. l̄. S. P. S. THEBAIDOS

quae nomina cum in exemplari pleniora extitisse verisimile sit, Sursuli cognomen poetae non a librario **f** est attributum.

correctores complures nactus est codex. sed cum pleraque ipse librarius diligenter emendavisset, pauca relicta erant correctori $\mathbf{f}^2$, qui scholia videtur addidisse. corrector vero $\mathbf{f}^2$ adhibueritne praeter exemplar alium codicem, non diiudico. contra recentior quidam corrector $\mathbf{f}^r$ multa correxit, pleraque tamen ad suum arbitrium immutavit.

codicem postquam a Lenzio collatum Queckius adhibuit[1]) et hic illic Robertus Unger adscivit in Coniectaneis Statianis[2]), in sex prioribus libris eo usus est Otto Müller, sed contulerat totum. quae collatio mihi praesto est. sed ipse

1) edit. p. III.
2) P. Papinii Statii ecloga ultima ed. R. Unger 1868 p. 155 sq.

iam antequam ea ad me pervenit, codicem contuleram Monachii anno 1901.

de Cassellano codice CLXIV scripto anno 1010 docte et diligenter disputavit Carolus Fridericus Weber[1]), cuius ex libello haec repeto: constat codex quaternionibus viginti, in calce numeris I—XX signatis, nisi quod in undecimo fasci tria tantum folia compacta sunt; accedit post quaternionem ultimum ternio, qui numero caret. sunt igitur folia 162 versuum tricenum. amplectitur codex Thebaidem integram. praeter titulum in fronte libri rubro colore pictum PVB · PAPINY STATY THEBAIDOS LIBRI · XII singulis libris praescribitur vel subscribitur nude *incipit* (vel *explicit*) *liber II* etc., sed post tertii libri argumentum exstat *Incipit liber IIIus Statii Thebaidos,* post prologum, i. e. post 1, 45 interpositum est: *Explicit · prologus · papii Pampinii Statii Thebaidos incipit liber primus,* ante 1, 21 vero: *incipit liber Imus Statii Pampinii sursuli. Thebaydos.* in fine operis subscriptio non exstat. apparet igitur falsum Sursuli cognomen initio tantum penetrasse. litterae initiales invicem vel minio vel atramento effictae sunt. **C**

de origine et fatis codicis edocemur epigrammate quodam in extremo libro scripto:

Bis quingenteno Bis trino Bis quoque bino
Nascentis XPI Thebais scripta fuisti.
Aribo donavit, Vbi Hasungae Claustra locavit.

unde scriptum esse codicem anno p. Chr. n. 1010 perspicitur instinctu Aribonis cuiusdam, qui monasterium Hasungense condidit librumque eiusdem bibliothecae dono dedit. eum Aribonem, Henrici II. imperatoris cognatum inde ab anno 1021 usque ad mortem — obiit autem diem supremum anno 1031 — archiepiscopum Moguntinum fuisse adnotavit Weber, qui de institutione illius monasterii docte disseruit. ex bibliotheca Hasungensi, cum anno 1528 monasterium sublatum est, codex in bibliothecam publicam Cassellanam pervenit.

---

1) commentatio de codice Statii Cassellano. progr. Marburgi 1853. ibidem imago codicis proposita est.

praeter ipsum textum scholia adscripta sunt ad Theb. 1, 696—2, 93 ab ipso librario. igitur ex duobus foliis exemplaris scholia videntur esse transcripta, in ceteris omissa. quod si recte conicio, in exemplari singulis paginis versus triceni terni extiterunt. textus ipse a tribus librariis confectus est, qui laudabili diligentia potius quam prudentia munere suo functi sunt. certe interpolationibus nemo ex eis indulsit. itaque pauca restabant emendanda correctori, qui altero codice adhibito quaedam adnotavit, e. g. 1, 12 *arcus* recte librarius scripserat, corrector effecit *arcum,* quae est lectio codicum **DLb**$\mu\nu$ Turon. 1, 74 *parentem* cum plerisque codicibus, *carentem* corrector **C**^{2}, item **PL**μ. 1, 144 *fulta* **C**^{2} ex *fulva* correxit, *fulta* exstat in libris **M**^{1}**fL**$\mu\nu$. 1, 223 *pelagus* **C**^{1} exaraverat consentiente in errore Puteaneo, *pelago* correxit **C**^{2} quod exstat in ω[1]). 1, 281 ex *miseresce* **C**^{2} effecit *miserere*[2]) quod legitur in **D**. 1, 365 *Miratur* ex *-tus* **C**^{2}; hoc in **PBMD** exstat, illud in ω. 2, 418 *ger$\overset{i}{e}$ns* **C**^{2}: *gerens* **P**ω: *geris* **DN**. 7, 134 *plausit* **C**^{1}**P**ω: *ł pressit* suprascr. **C**^{2}**M**$^\sigma$. itaque duplicem nobis codicem Cassellanus quoque repraesentat, alterum prima manu, alterum manu correctoris. huius autem codex, id quod in apparatu critico magis etiam perspicuum est, quam paucis propositis exemplis, affinis erat libris cum **D** tum **M**. cum vero non satis multae exstent lectiones **C**^{2}, eius codicis admodum obscura est imago.

glossas raras praeter illum correctorem ab aliis quoque additas esse monet Weber l. l. p. 20. idem collationem ut videtur accuratissimam in illo programmate proposuit.

K codice Gudiano 54 (**K**) usus est Queckius, deinde Kohlmannus in Achilleide edenda. idem eum ad Thebaidem recensendam adhibuit.[3]) cuius collatione in editione promulgata ego quoque utor. sed ne temere ei credidisse dicerer, rogavi Ricardum Bürger amicum Guelferbytanum, ut partem

---

1) utramque lectionem **D** quoque exhibet.
2) hoc velim suppleas in apparatu critico.
3) Achilleis 1879 p. X, Thebais 1884 p. IX.

codicis denuo inspiceret. qui officio summa cum benevolentia functus me de Theb. 1, 389—2, 242 accuratissime edocuit nec non de damnis, quae codex contraxit. quamobrem ei gratias habeo maximas. unde cognovi, quamquam non summa nec uti quis aequum censuerit diligentia Kohlmannus de codice rettulit, tamen in universum ei fidem habendam. ex utriusque viri docti descriptione haec in meum usum converto: scriptus est a pluribus librariis saeculo XI continetque foliis numeratis 162 — sed errore numerus 20 duobus foliis insequentibus adscriptus est — Thebaidem et Achilleidem, quae inde a folio 145 exitum libri complet. scholia ad Thebaidem exstant uberrima, ad Achilleidem nulla. hanc non ex eodem fonte manasse probabile est. nec enim in ω Achilleis umquam videtur fuisse coniuncta cum Thebaide. quae cum ita sint, vanam spem fuisse elucet, de Achilleidis traditione quaestionem una cum Thebaide posse absolvi. immo haec res de integro videtur tractanda, sed ab hac occasione aliena est.

perierunt codicis ipsius quaternio primus, quo erant scripti Theb. 1, 1—388, dein septimi quaternionis folium ultimum i. 4, 840 (833)—850 (843) cum argumento libri quinti, tum toti quartus decimus et quintus decimus quaterniones insequentisque folia quattuor i. 8, 127—9, 230 denique totus quaternio septimus decimus i. 9, 454—903. contra lacuna Ach. 1, 529—660 altius ascendit, quippe quae Gudiano communis sit cum **Q**. hic illic picturae admodum ineptae additae sunt. singulis autem paginis versus viceni octoni vel noveni exarati sunt. unde vero liber in Gudii manus pervenerit, indagari nequit. nunc cum reliquis Gudianis in bibliotheca Guelferbytana adservatur.

in subscriptionibus et titulis Sursuli cognomen quod sciam nusquam apparet, velut finita Thebaide legitur EXPLICIT · LIB · XII · THEBAIDOS · INCIPIT · P · PAPINII · STATII · ACHILLEIDOS · LIB · I. corrector quidam saeculi XII in Achilleide versus singulos aut plures omissos[1]) supplevit, idem magnam illam lacunam Ach. 1, 529 sq. explevit. neg-

1) cf. Kohlmanni Achilleis p. X.

legentius enim Achilleis quam Thebais scripta videtur in hoc codice. eiusdem ut videtur aetatis corrector in Thebaide quoque quaedam emendavit.

μ tum saeculo XII scripti sunt duo codices Monacenses, quos anno 1901 Monachii ipse contuli. e quibus alter notatus numero 312 (nobis μ) e bibliotheca Hartmanni Schedel Norimbergensis in bibliothecam regiam pervenit. legitur enim in interiore tegumento LIBER DOCTORIS HARTMAÑI SCHEDEL DE NORIMBERGA. qui unde codicem acceperit, nescitur. tamen Germanicae eum esse originis et ipsa re probabile est et demonstratur litteris *f* et *v* commutatis e. g. Theb. 8, 646. continet foliis 148 numeratis — vel potius 149, nam post fol. 21 unum folium numero caret — Thebaidem solam constatque quaternionibus, quorum singulis paginis versus leguntur inde a tricenis quaternis ad senos. fol. 1^v vita illa Stati medio aevo conscripta exarata est. unde non mirum quod in titulo primi libri falsum Sursuli cognomen apparet fol. 2^r: INCIPIT · LIBER · PRIMVS · THEBAI|DOS · STATII · PAP$\overset{i}{A}$NII · SVR$\overset{o}{S}$VLI quae rubro colore picta sunt, nisi quod correcturae postea atramento sunt factae. post singulos autem libros poetae nomen non commemoratur ac ne confecto quidem toto opere legitur nisi D(e)O GR(ati)AS FINIS VENIT.

quamquam librarius in omittendis versibus minime parcus fuit, tamen praeter hanc neglegentiam pleraque recte transcripsit. unde correctori μ^2 non multum operae relictum. tamen eum non eodem codice usum esse, unde μ^1 descendit, licet demonstrare. nec enim solum versus spurios 2, 37—41 supplevit aliosque a μ^1 praeteritos, sed etiam versus quosdam addidit, qui cum in codicibus permultis desiderentur, non ipsius librarii culpa in μ omissi videntur. nam

4, 270 praeter μ^1 omittunt **BMLNCfr**ν: addidit μ^2
9, 53 „ μ^1 „ **BMLQCf**ν: addidit μ^2
9, 187 „ μ^1 „ **BM**^{1}**QS**^{1}**f**: addidit μ^2 cum lectione *Debilitare*, sicut **N**, eandem in textu **S**^{2} exhibet, pro varia lectione **D**.

hinc apparet μ^2 codice usum esse alieno ab eis in quibus illi versus non leguntur. cum vero 9, 378 ne a correctore quidem suppletus sit, parum veri simile est, in codice ab eo ascito eum extitisse. unde seiunguntur praeter **P** etiam **DN**. sed aliis locis μ^2 aliqua certe affinitate cum **N** coniunctum esse probatur, id quod paucis monstrabo:

3, 71 *ominibusque* (sic **P**ω) in nonnullis codicibus (**B**^{1}**Lf**) corruptum est in *omnibusque*. quod cum versui non responderet, natum est *cunctisque* in **NC**; idem μ^2 in rasura scripsit. itaque quin in μ ab initio aut *ominibusque* aut id quod mihi quidem probabilius est *omnibusque* extiterit, non est dubium.

7, 764 pro *devitare* simplex verbum μ^1 scripserat lacuna relicta ad versum mancum complendum: *iam* interposuit μ^2, *iam vitare* exstat in **N**.

8, 5 pro *artus* voce *atris* μ^2 substituit, quae est lectio codicum **Q**^{1}**N**.

quod in codice μ leguntur 6, 227—233 post 6, 204, cum uno quantum scio **K** consensus est. sed proprium codicis μ peccatum est 6, 744 sq. nam 6, 744—777 locum mutaverunt. suo enim loco desiderantur, sed comparent post 6, 794 in continuo textus ordine. recentior quidem corrector addito signo đ et ad 6, 743 et ad 6, 794 quo transponendi sint versus, notat. itaque triginta quattuor versus versibus septendecim intermissis leguntur. unde manifestum est, olim in libro cuius singulis paginis versus septeni deni extiterunt, unum folium transiluisse librarium, sed postquam sequentis rectam paginam confecit, cognito errore damnum resarsisse. hoc non in ipso codicis exemplari factum esse inde concludo quod is qui librum μ exaravit, ipse errorem non videtur agnovisse. accedit quod septenum denum versuum paginae ad antiquissimos maxime codices conveniunt. itaque longius errorem repetendum esse in propatulo est.

in Monacensi altero 19481 (olim Tegernseensi 1491, ν
nobis ν) foliis 140 *Stacii papinii sursuli* | *Rhetoris et poete* | *libri XII Thebaydos* leguntur. post singulos vero libros solum Statii nomen invenitur: *Stacii Thebaidos lib*(*er*) *I ex-*

plicit et sim. sed opere confecto subscriptum est: *P·STATJ· PaPiNi SurSuLi TheBaiDos · LiBer DuoDeCiMus Ex| Pli-Cit · FeLiCiTer · AMeN.* igitur falsum agnomen in solo initio et fine exstat, in ipsum librum non est inlatum. ab initio genuina tantum nomina fuisse scripta elucet. octona folia, sicut plerumque tunc fiebat, in quaterniones compacta sunt, singulae autem paginae amplectuntur versus circiter tricenos et quaternos, nisi quod sub finem hic numerus imminuitur paginis non completis. ad vocem *sublata* 4, 37 glossa Germanica adscripta est: *ûfgezogen.*

corrector $\boldsymbol{\nu}^2$ qui errores haud paucos a librario commissos emendavit — huius quoque codicis librarius praesertim versibus omissis peccavit — librum confectum cum alio quodam contulit. id quod demonstratur cum aliis locis tum hisce:

1, 201 *unda* $\boldsymbol{\nu}^1\mathbf{P}\omega$: *una* $\boldsymbol{\nu}^2\mathbf{Q}^1\mathbf{M}^1\mathbf{f}^1\mathbf{Lrb}$ Turon.
1, 292 *quod* $\boldsymbol{\nu}^1\mathbf{P}\omega$: *quo* $\boldsymbol{\nu}^2\mathbf{QMfL}\mu$
1, 279 *tectis* $\boldsymbol{\nu}^1\mathbf{P}\omega$: *terris* $\boldsymbol{\nu}^2\mathbf{QM}^1\mathbf{f}$
2, 549 *voco* $\boldsymbol{\nu}^1\mathbf{P}\omega$: *vocor* $\boldsymbol{\nu}^2\mathbf{Q}^2\mathbf{Mf}$
3, 137 *per et* $\boldsymbol{\nu}^1\mathbf{P}\omega$: *perquc* $\boldsymbol{\nu}^2\mathbf{MfC}$
3, 322 *iamdudum aut* $\mathbf{PNQ}^2$: *dudum aut* $\boldsymbol{\nu}^1\mathbf{BLQ}^1\mathbf{rb}\mu$: *dudum vel* $\boldsymbol{\nu}^2\mathbf{MfC}$[1]
3, 648 *capaneus* $\boldsymbol{\nu}^1\mathbf{P}\omega$: om. $\mathbf{M}^1\mathbf{fC}$: del. $\boldsymbol{\nu}^2$[1]
7, 89 *toto* $\boldsymbol{\nu}^1\mathbf{P}\omega$: *tuto* $\boldsymbol{\nu}^2\mathbf{M}^\sigma\mathbf{f}$
8, 344 *Praegrediens* $\boldsymbol{\nu}^1\mathbf{P}\omega$: *Progrediens* $\boldsymbol{\nu}^2\mathbf{C}$
10, 46 *aurae* $\boldsymbol{\nu}^1\mathbf{P}^1\omega$: *agnae* $\boldsymbol{\nu}^2\mathbf{CD}^1\mathbf{P}^r$.

unde apparet correctorem usum esse codice quodam simili maxime libris **MfC**. convenit quod versum Theb. 4, 270 non supplevit $\boldsymbol{\nu}^2$, qui versus deest in $\mathbf{BLNMfCr}\mu$.

fragm. Monast. adiungimus fragmenta quaedam codicum Germanicorum. ac primum quidem de fragmentis Monasteriensibus dicendum est, de quibus Ferdinandus Deycks haec memoriae tradidit[2]: *sex igitur folia sunt apud nos membranacea, decerpta quondam ad librorum tegumenta perficienda, codicis perboni saeculi XII magisque accurate quam eleganter scripti.*

---

1) quamquam hoc loco dubitavi utrum correctura ab $\boldsymbol{\nu}^1$ an ab $\boldsymbol{\nu}^2$ profecta esset.

2) Index lect. hibern. Monasteriensium 1865/6 p. 5 sq.

forma est quae dicitur in folio minor, versuum in quavis pagina lineis distributa numerus quinque et triginta, quorum primus est fere desectus. scholia[1]) *ad marginem nitide et quemadmodum ex atramenti colore patet fusciore, postea sunt adiecta. e duodecim paginis tres ita sunt vastatae, ut ex parte tantum legi possint. in iis vero quae ibi leguntur, hae apparent Thebaidos partes:*

3, 334—473 (fol. I. II.) 693—719 (IV)

4, 1—18 (extremae tantum voces sunt, in fol. IV)

4, 26—55. 63—90 et 379—407. 415—442 (fol. III cuius tamen extrema pars interiit)

4, 451—477 et 486—512 (fol. IV cuius dimidia pars est resecta)

4, 725—843[2]) *et 5, 1—4 (fol. V et VI)*

scriptura codicis est dilucida, compendia literarum pauca tantummodo, neque ultra lineolam pro n *et* m *et* q. *pro* -que, p *pro* per pro prae, fri *pro* fratri, ds *pro* deus, nc *pro* nunc *et nota illa pro* ur er us *in fine habens;* ae *et* e *semper sunt distinctae, nomina propria fere recte scripta, emendationes a manu secunda non nisi rarae, explicationes inter versus haud saepe inculcatae eaeque uno fere verbo comprehensae.*

haec Deycksius. quae quam non sufficiant ad codicem vere describendum, cuilibet manifestum est, praesertim cum Deycksius unde fragmenta accepisset, silentio obtexerit. id quod eo magis dolendum est, quod fragmenta nunc aut perierunt aut abiecta latent. nascitur autem suspicio de aetate a Deycksio definita posse dubitari.

extant igitur:

Theb. 3, 334—473 = 140 vers. = 4 pag. = 2 fol.: I. II.
desunt: 3, 474—691 = 219 vers. = 6 pag. = 3 fol.
deinde extant:
3, 693—4, 97 = 143 vers. = 4 pag. = 2 fol.: IV. III.[3])

---

1) ex eis Deycksius l. l. p. 12 proposuit quae pertinent ad Theb. 3, 337—353.

2) titulus argumenti et libri quinque versus explet. accedit ipsum argumentum versuum duodecim.

3) foliorum III et IV infima parte resecta septeni versus in fine paginae cuiusvis perierunt.

desunt: 4, 98—378 = 281 vers. = 8 pag. = 4 fol.
tum extant:
4, 379—520 = 142 vers. = 4 pag. = 2 fol.: III. IV.[1])
desunt: 4, 521—725 = 204 vers. = 6 pag. = 3 fol.
denique extant:
4, 725—5, 4 = 140 vers. = 4 pag. = 2 fol.: V. VI.

quam rationem ubi ducimus, apparet folia sic coniuncta fuisse, ut fol. I. II essent media quaternionis alicuius folia, III et IV exteriora insequentis, V et VI media tertii cuiusdam quaternionis. cum vero ante fol. I 1830 fere versus perierint, his folia viginti sex completa fuisse facili computatione efficimus. ex quibus cum tria ad eum quaternionem, cuius folium medium (I. II.) extat, supplendum necessaria sint, ratio manifestissime apparet: postquam folio primo primi quaternionis titulus et vita Statii extiterunt, ea quae ante fol. I perierunt, tribus quaternionibus et quarti foliis tribus exarata erant. sequuntur fragmenta:



Quaternio IV.



Quaternio V.



Quaternio VI.

ac sola folia quinti quaternionis inter se cohaesisse eo efficitur quod Deycksius duobus tantum numeris IV. III et III. IV ea significavit, sed I a II nec minus V a VI separata erant apud eum. de origine fragmentorum certi quicquam nunc quidem assequi non possumus, coniectura eam definire infra conabimur. sed quibus cum codicibus liber ille Deycksianus coniunctus fuerit similitudine quadam, licet adumbrare. nam omissis eis lectionibus quae fragmentorum propriae sunt[2]), his cognatio ostenditur:

---

1) foliorum III et IV infima parte resecta septeni versus in fine paginae cuiusvis perierunt.
2) cf. praesertim 3, 428. 4, 35. 403. 783. 795. 820. 833.

3, 367 *Occurit* Monast. **D**: *Accurit* **P**ω
3, 391 *Et* Monast. **Mf**: *At* **P**ω
3, 395 *omnis* Monast. **B**[1]: *omnes* **P**ω
3, 410 *armiger* Monast. **fK**: *armifer* **P**ω
3, 427 *cursum* Monast.[1] **BQ**[1]: *currum* Monast.[2] **P**ω
4, 65 *maniplos* Monast. **B**[1]; *maniplis* **P**ω
4, 456 *nefastos* Monast. **BΔLQMfrbC**[2]: *nefasto* **P**ω
4, 468 *ipse* ex *ipsa* Monast.: *ipsa* **D**: *ipse* **P**ω
4, 774 *obtatis* ex *oblatis* Monast.: *oblatis* **L**[1]: *optatis* **P**ω
4, 823 *e* Monast. **BfCrb**: *a* **P**ω: om. ν^1

unde elucet codicem illum deperditum pendere a fonte horum potissimum codicum **BQKLMfD**. tamen accuratius quicquam nequit definiri.

in subscriptione libri quarti nomen poetae sic scribitur: P·PAMPINII·STATII·THEBAIDOS|LIBER·QVARTVS·EXPLICIT·INCIPIVNT·DVODECIM·VERSVS. singulis autem paginis versus inter tricenos et tricenos senos scripti erant.

ex ipsis fragmentis Monasteriensibus de eius codicis origine nihil effecimus. sed aliunde nobis lux affertur. codicis enim cuiusdam olim Werdensis fragmenta ex bibliotheca Düsseldorfiensi in lucem emisit Guilelmus Schmitz.[1]) qui eiusdem quaternionis duo folia sibi praesto esse perspexit hoc ordine ab initio coniuncta: *fragm. Werd.*

alterum igitur et septimum folium[2]) servatum erat, quibus continebantur 9, 865—10, 12 una cum argumento libri decimi et 10, 298—368, ita tamen ut multa corrosa perierint. unde cognoscitur singulis paginis scriptos fuisse versus inter

1) Rhein. Mus. 21 (1866) p. 438—443.
2) ea folia ad quartum decimum quaternionem pertinuisse summa cum probabilitate Schmitzius coniecit.

tricenos ternos et tricenos senos. finito autem libro nono legebatur: P · PAP · STATII · THEBAID · LIB · VIIII · EXPLICIT. hoc quoque videtur memorabile libri numerum singulis paginis ita inscriptum fuisse, ut folio verso legeretur LIBER, folio recto eius numerus. decimo saeculo codicem exaratum esse censuit, qui fragmentum invenerat Woldemarius Harless. cuius iudicio Schmitzius accedit. idem saeculo sequente correctorem quendam emendationes et scholia glossasque addidisse adnotat.

miro casu accidit ut paucis annis intermissis in alterum eiusdem codicis Werdensis fragmentum in eadem Düsseldorfiensi bibliotheca incideret Guilelmus Crecelius.[1]) item servata sunt duo folia unius quaternionis atque XIII, sicut numero supra scripto indicatur. singulis vero paginis triceni quini versus exarati sunt. itaque prima leguntur Theb. 9, 325—269, altera 9, 270—304; tertia 9, 726—756, quarta 9, 761—791 ita tamen ut quaterni versus in fine tertiae et quartae paginae recisi sint. cum autem inter duo illa folia servata desiderentur versus 422, sex folia inter ea excidisse in propatulo est, primum igitur et ultimum tertii decimi quaternionis folium tenemus:



quod fragmentum quamquam Crecelius utrum decimo an undecimo saeculo tribuendum sit dubitat, tamen ad eundem codicem Werdensem utrumque fragmentum pertinere manifestum est. nam sicut Crecelius recte perspexit, cum tertii decimi quaternionis folium ultimum quondam finitum sit versu 9, 795 — nam folii octavi quattuor versus periisse supra monuimus — inter eius fragmentum et Schmitzianum undeseptuaginta versus intersunt, i. duo paginae versuum

1) Rhein. Mus. 32 (1877) p. 632—636.

triginta quattuor vel triginta quinque. adde quod etiam in quaternionis quarti decimi foliis superstitibus i. in fragmento Schmitziano parum constans est numerus versuum. quae cum ita sint, quin fragmenta quondam uno folio intermisso se exceperint, non est dubium.

difficilior autem quaestio exoritur de fragmentis Monasteriensibus, quae saeculo duodecimo Deycksius attribuit. diversi codicis atque Werdensis ea fuisse censet Schmitzius, Crecelio ex eodem fluxisse admodum veri simile est. pervenisse autem folia illa Monasteriensia in Deycksii manus per amicum quendam Düsseldorfiensem conicit a quo et alia Deycksio tradita esse constat. ab hac igitur parte admodum probabilis est Crecelii opinio. tamen propter Deycksii in describendis foliis suis neglegentiam rem in lubrico versari non nego.

accuratam autem rationem subducere non possumus, propterea quod in singulis paginis fragmentorum et Monasteriensium et Werdensium versuum numerus non satis sibi constat. tamen haec via non prorsus destituenda est. igitur cum quaternionis sexti folium 6^v finitum sit versu 5, 4, quaternionis tertii decimi folium 1^r coeperit a versu 9, 235, inter utrumque desiderantur versus Statii 3501 (5, 5—753. 6, 1—929.[1]) 7, 1—823. 8, 1—766. 9, 1—234), quibus addendi sunt argumentorum quattuor versus duodequinquaginta nec non quater quaterni subscriptionum et inscriptionum versus. itaque computamus in universum versus 3565. paginae autem exciderunt inter fragmenta Deycksiana (quat. VI fol. 5^v) et fragmentorum Werdensium initium (quat. XIII fol. 1^r) 102. sunt enim sex quaterniones integri et ultimae sex paginae quaternionis sexti. itaque si licet aequa fere ratione distribuere illos versus 3565, singulis paginis scripti fuerunt versus treceni quini, raro treceni quaterni. ergo ne haec quidem impedimento sunt, quominus fragmenta Monasteriensia et Düsseldorfiensia eiusdem codicis Werdensis reliquias iudicemus.

---

1) non numerati sunt versus qui in melioribus libris non leguntur 6, 79—83. 88—89. 227—233. 719—721.

nec tamen propterea pro certa explorataque re opinionem ausim venditare. nam triceni quini versus vel numerus parum diversus in multis eius aetatis codicibus singulis paginis leguntur. ac ne id quidem videtur neglegendum, quod Deycksius fragmenta sua duodecimo saeculo attribuit, Düsseldorfienses sua decimo vel undecimo. quamquam de Deycksii auctoritate dubitari posse non nego. sed accedit gravissimum. supra enim demonstravimus fragmenta Monasteriensia cognata esse cum libris praecipue **BQKLMf**. iam vero hos mihi consideres velim locos:

9, 276 *capetum* **P**: *calet(h)um* *ω*: *caplethum* **Bb**: *ca-⁞letum* frg. Werd.
9, 290 *minanta* *ω*: *minanta* ex *-tem* frg. Werd.: *minantem* **b**: *mimanta* **BD**: *mi*^{u}*na*^{n}*ta* **P**^{c}
9, 741 *torv*^{u}*isque* **L**$^{\sigma}$ frg. Werd.: *torvusque* **P***ω*
9, 749 *erythion* **P**: *ericion* frg. Werd.: *eurytion* *ω*: *euricton* **b***μν*
9, 865 *oblitus* **P** frg. Werd.^{1}: *obliquus* frg. Werd.^{2} *ω*
9, 872 *tegmine* **PBQL**^{1}**b**^{c}**C***ν* frg. Werd.^{1}: *tegmina* frg. Werd.^{2} *ω*
9, 879 *casside* *ω* frg. Werd.^{2}: *cuspide* frg. Werd.^{1} **P**
9, 881 *prensis* *ω*: *pressis* **P** frg. Werd.
10, 314 *thamyrin* **P**: *-rim* *ω*: *-rum* **BL***μ*: *thamarim* **K***ν*^{2} frg. Werd.
10, 319 *Calpetus* **PQ** frg. Werd.: *Palpetus* *ω*
10, 367 *Numen* **P***ω* frg. Werd.^{2}: *Lumen* frg. Werd.^{1} **L**^{1}.

apparet igitur fragmenta Werdensia artiore vinculo cohaerere cum libris **BbQKL**[1]): cum eisdem fere Monasteriensia quoque fragmenta coniuncta esse ostendimus. quae cum ita sint, equidem non dubito quin eiusdem codicis Werdensis disiecti membra partim a Deycksio, partim a Düsseldorfiensibus publici iuris sint facta. tamen cum non plane certa sit haec sententia, suo quamque partem nomine nuncupandum censui.

denique adnoto etiam codicem Werdensem correctum esse

---

1) quod compluribus locis fragmenta Werdensia cum **P** conspirant, infra explicabitur.

non solo exemplari adhibito, sed etiam alio libro, cf. 9, 741. 865. 872. 879. 10, 367.

fragmenta quaedam Monacensia, ne quid omisisse videamur, breviter hic perstringere liceat. nam in codicis Monacensis lat. 11309 tegumento interiore agglutinatum est unum folium duarum columnarum, quibus scripti sunt Theb. 1, 226—268 et 1, 451—494. hinc ex primo alicuius codicis quaternione aversam scripturam tertii folii, rectam sexti esse servatam cognoscitur, si quidem quadragenos quinos versus in singulis paginis extitisse quondam veri simile est. nam inferiore margine quaedam recisa sunt. antecedunt autem ante ea quae legi possunt, versus 225, i. e. 5×45:



deinde in codicis Monacensis lat. 11812 anteriore tegumento extant fragmenta versuum Theb. 8, 95—123 et 8, 321—349, in posteriore eiusdem codicis 8, 187—215 et 8, 232—259. quae fragmenta sic quondam coniuncta fuisse manifestum est, ut hic intimum folium quaternionis (4^{v} et 5^{r}), illic proximum eiusdem (3^{v} et 6^{r}) sit adhibitum:



cum vero partes tantum paginarum servatae sint, seni deni versus in calce cuiusque recisi sunt.

quae fragmenta cum ad artem criticam nihil adferrent, in apparatu critico omittenda duxi.

Germanicis libris adiungimus

Batavum

codicem Gronovianum (Leidensem 374, nobis **g**), in **g**
quo saeculo undecimo foliis 214 Thebais cum scholiis a com-

pluribus librariis scripta est.[1]) hic codex olim ad bibliothecam Herbipolitanam pertinuit. cuius rei testimonium est nota ab ipso fortasse Berneggero, penes quem codex quondam fuit, adscripta in tegumento: *Nobiliss(imus) Ioan(nes) Ludovicus Peyer Scaphusianus hoc bibliothecae Herbipolitanae spolium dono misit Matthiae Berneggero 1635.* Bernegger autem librum Gronovio utendum permisit, qui plus semel eius mentionem fecit. ab hoc codex in bibliothecam Leidensem pervenit.

collatione utor Kohlmanniana in editione promulgata. imaginem autem duarum codicis paginarum exhibet Chatelainius.[2]) denique

Italicum codicem

M adhibui unum Mediceum bibliothecae Laurentianae Plut. 38, 6, nobis **M**. quem antea fere neglectum[3]) anno 1906 Florentiae contuli. liber scriptus saeculo undecimo Stati Thebaidem foliis centum octoginta versuum vicenum septenum continet multis scholiis enarratam. in Laurentianam e parva bibliotheca Sancti Spiritus (banc. VIII 9) translatus est. olim Ioannis Boccaccii fuit, cuius manu et lacunae quaedam expletae et litterae madore corruptae in ultimis praesertim foliis restitutae sunt. scripsit autem Boccaccius folia insiticia 43. 100. 111. 165. 166. 171. praeterea varias lectiones e libro recentissimo, nempe ex eodem unde lacunas supplevit, idem hic illic adnotavit. poetae nomen praeter frontem libri — hic *Statius Thebaidos* legitur — non extat.

errores multos ipse librarius ($\mathbf{M}^1$) emendavit, plures etiam corrector quidam aequalis, qui scholia adscripsit ($\mathbf{M}^\sigma$); idem varias lectiones haud raro adscripsit. correctorem vero altero codice esse usum, non eodem unde $\mathbf{M}^1$ fluxit, cum multis, tum his locis inlustratur:

3, 516 *phoebi* $\mathbf{M}^1\mathbf{P}\omega$: *caeli* $\mathbf{M}^\sigma\mathbf{Q}^1\mathbf{r}$ ($\mathbf{N}^1$?)
4, 765 *pluvioque* $\mathbf{M}^1\mathbf{P}\omega$: *fluvioque* $\mathbf{M}^\sigma\mathbf{C}$

---

1) cf. Kohlmanni Thebais 1884 p. XI.
2) Paléographie des classiques latins II pl. 163.
3) cf. O. Hecker, Boccacciofunde 1902.

5, 618 *orbae* **P**: *ori* (*or≣* $\mathbf{B}^1$) $\mathbf{M}^1\mathbf{B}^1$ mg. **ω**: *ore* $\mathbf{M}^\sigma$**C**
6, 20 *lacessunt* $\mathbf{M}^1$**ω**: *lacessant* $\mathbf{M}^\sigma$**PC**
6, 61 *bello* $\mathbf{M}^1$**ω**: *be≣lo* **LKN**: *belo* $\mathbf{M}^\sigma$**PQb**
6, 68 *Gloria* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *Gratia* $\mathbf{M}^\sigma$**b**: *Gloria* ex *Gratia* $\mathbf{B}^1$
6, 70 *toro* $\mathbf{M}^1$**ω**: *rogo* $\mathbf{M}^\sigma$**P**$\mathbf{B}^1$**b**
6, 71 *funcre* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *munere* $\mathbf{M}^\sigma\mathbf{Q}^2$**N** (cf. 6, 117)
6, 320 *voles* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *vales* $\mathbf{M}^\sigma\mathbf{Q}^1$
6, 338 *castaliae* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *castalio* $\mathbf{M}^\sigma\mathbf{B}^1$ in ras. **LCr**
6, 391 *aeque* $\mathbf{M}^1$**ω**: *aequa* $\mathbf{M}^\sigma$**PCf**
6, 409 *flumina* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *fulmina* $\mathbf{M}^\sigma$**QCf**
6, 525 *saltem* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *saltim* $\mathbf{M}^\sigma$**C**
6, 563 (*atalan*)*tes* $\mathbf{M}^1$**ω**: *-tis* $\mathbf{M}^\sigma$**PC**
7, 575 *cibos* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *dapes* $\mathbf{M}^\sigma$**BLbKS**
10, 167 *reddit* $\mathbf{M}^1$**ω**: *tendit* $\mathbf{M}^\sigma$**P**$\mathbf{D}^1$**BK**$\mathbf{Q}^2\mathbf{f}^2$
10, 886 *inservante* $\mathbf{M}^1$**ω**: *infestante* $\mathbf{M}^\sigma$**QKfμ**: *infestare* **D**
11, 715 *inrita* $\mathbf{M}^1$**ω**: *anxia* $\mathbf{M}^\sigma$**BQb**$\mathbf{L}^\sigma$: *aspera* **P**$\mathbf{D}^1\mathbf{N}^2$**S**
11, 729 *abducam* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *avellam* $\mathbf{M}^\sigma$**BQ**
12, 76 *perenni* **Pω**, item in fonte codicis **M**: *perennes* $\mathbf{M}^\sigma$**CfKμν**.

quibus locis consideratis correctorem codice quodam usum esse manifestum et eo simili libris **CBQ** potissimum. sed est etiam necessitudo quaedam cum libris **DN**, cf.:

6, 744 *Materiae* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *Materiam* $\mathbf{M}^\sigma$**DNμν**: *-em* **C**: *-iẹ̄* $\mathbf{b}^1$
6, 851 *Vara* $\mathbf{M}^1$**PBC**: *Curva* $\mathbf{M}^\sigma$**D**$\mathbf{N}^1\mathbf{S}^2$
9, 453 *vultus* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *fluctus* $\mathbf{M}^\sigma$**DNrμ**: *fructus* $\mathbf{L}^\sigma$
9, 800 *patres* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *matres* $\mathbf{M}^\sigma$**Dbμν**
10, 129 *iura* $\mathbf{M}^1$**Pω**: *iussa* $\mathbf{M}^\sigma$**DSrbμνQ**

cum vero ex his codicibus nullus in Italia scriptus sit, ne codici **M** quidem Italiam esse patriam elucet. quo autem auctore aut quando Alpes superaverit, nescitur. sed quam intricata sit librorum affinitas, hoc quoque exemplo probatur. nec enim solum $\mathbf{M}^1$ et $\mathbf{M}^\sigma$ diversos codices adiisse demonstravimus, sed ne huius quidem originem unam atque simplicem esse perspicitur.

his igitur adminiculis nisus ad Thebaidem recensendam aggressus sum. quamquam non omnium me quotquot aetas

tulit librorum manuscriptorum notitiam habere ipse quam maxime moleste fero. sed in tanto numero codicum superstitum non unius est hominis praesertim occupati, ex bibliothecis longinquis abditos eruere thesauros. tamen et quod potui, feci nec me destiturum spondeo, si quid forte indagare liceat, unde aut ad Stati verba restituenda aut ad textus historiam constituendam utilitas redundet. nam sicut illud munus eis quos novimus libris perfici posse mihi pro explorato est, ita ad alteram partem officii spero haud pauca esse accessura, quibus quae coniecturae loco ponere nunc cogimur, aut demonstrare aut supplere liceat.

CAPVT ALTERVM

de stirpe *ω*

eorum codicum quos descripsimus, nullum ex altero esse transcriptum certum est. nec minus omnes eos codices ex una stirpe esse procreatos in propatulo est. consentiunt enim non solum in mendis paucis quidem, si operis ambitum respexeris, sed talibus quales non ex una editione, sed ex uno libro pendere manifestum sit. nam compluribus locis, ut de aliis corruptelis non dicam, lacunae extant damno exterius allato effectae nec tamen quicquam antiquitus traditum habemus, nisi eam lectionem quam nos in codicibus legimus aut ipsam aut adulteratam.

versus certe integer periit post Theb. 9, 759 quo de loco recte iudicavit Weber.[1]) nam quem versum recentiores librarii interposuerunt, eum merito expunxerunt editores. quod vero Garrodius hiare orationem non agnoscit, plane non intellego. dicendum est enim quod vulnus alter ex Abantiadis acceperit, id quod ς recte senserunt. de reliquis autem versuum totorum lacunis dubitari posse concedo.

medio vero in versu plus semel lacuna exstat:

1, 291 *Obtestor mansurum et inrevocabile verum* codices omnes exhibent nisi quod in recentioribus quibusdam

---

1) de Stati codice Cassellano 1853 p. 20. cf. Herm. 40 1905) p. 361.

verbum emendatum est et *μ atque* offert pro *et*, quae lectio coniecturae deberi videtur, quamvis probabili. nec minus versus hiat

6, 446 *Admetus laxo cum tandem ab orbe reductis* eqs.

ubi variis rationibus, sed nulla probabili ς damnum resarcire conati sunt. etiam

7, 205 *Expugnare dedi mea est iactura pigetque*

huc pertinet. nam *-que* post *mea* excidisse mihi persuasum est. saepissime enim *-que* omissum est, ubi linea per litteram Q ducta qua compendium indicari solebat, male pro delendi signo est accepta.[1])

contra auctus est versus una syllaba

5, 643 *Hic sese Argolicis immunem servabat ab armis*

sicut in omnibus codicibus exstat, nisi quod *servat* correctura effectum est a **B**^{3}**f**^{2}, *servat* scriptum in **Mb**. sed cum codices cum **Mb** cognati *servabat* exhibeant, in his verum coniectura revocatum esse apparet.

singulas autem corruptelas, quae plerumque unius aut duarum litterarum sunt, adferre non opus est. ad unum codicem omnes nostros redire nemo ibit infitias. quem archetypum ante Dracontium scriptum esse efficio ex Dracont. Rom. 10, 165, ubi *impiger ales* ex imitatione loci Statiani Theb. 1, 292 dictum est. idem in omnibus codicibus antiquis invenitur. tamen quin recte emendatum sit in recentioribus *impiger alis* equidem non dubito.

unam autem illam Thebaidis memoriam iam antiquis temporibus in duas abiisse stirpes, qui primus quaesivit, qua ratione inter se codices Statiani cohaererent, Otto Müller indicavit potius quam demonstravit.[2]) nam cum editionem doctam atque amplam bonis auspiciis inchoatam non ultra primum volumen produxerit, prolegomena quibus erat de codicibus disputaturus, desiderantur. qui vero ante eum Statium ediderunt, ei hoc vel illo codice adhibito textum in

---

1) ceterae coniecturae nullius pretii sunt.
2) P. Papini Stati Thebais et Achilleis I 1870 p. VII.

vulgatis editionibus casu constitutum tradiderunt magis quam traditum restituerunt. cui temeritati finem fecit Otto Müller, qui duo genera codicum Statianorum constituit: alterum solo Puteaneo (**P**), alterum ceteris codicibus (*ω*), quibus vulgatus per medium aevum textus propagatus est.

singularem autem Puteanei libri condicionem inde explicari apparet, quod unus omnium recta via descendit a codice Iuliani illius v. c. cuius nomen in quinti Thebaidis libri subscriptione legitur. quam possessoris significationem neque ad Puteaneum ipsum pertinere neque ad eius exemplar certum est. neque enim illum Iulianum post saeculum quintum aut sextum fuisse ipso titulo viri clarissimi ostenditur. itaque alterum ex eis fuisse conieci, qui Symmachorum familiaritate usi sunt.[1]) cui opinioni egregie convenit, quod Prisciani testimonia cum Puteanei lectionibus optime congruunt contra ceteros codices.[2]) cum vero ipsum Puteanei exemplar insulari quae dicitur scriptura exaratum fuerit, ipsum codicem Iuliani capitalibus litteris scriptum ab Aelberhto archiepiscopo Eboracensi ex Italia in Britanniam advectum esse suspicati sumus. nam adportasse eum codicem aliquem Stati discipulus testatur Alcuinus.[3]) cui sententiae optime respondet quod Puteaneus ad codicem redit damnis exterioribus haud mediocriter affectum.[4]) multae enim extant in eo lacunae partim servatae, partim expletae a correctore aequali $\mathbf{P}^2$. quae lacunae cum in ceteris codicibus *ω* non appareant, hos non pendere ex Iuliani codice manifestum est.[5])

iam vulgati libri *ω* utrum ad unum exemplar redeant an paulatim depravati sint ex archetypo quaeritur. quamvis

1) Philol. 63 (N. F. 15) 1904 p. 157 sq.

2) cf. Hermes 40 (1905) p. 341 sq. quo loco ad ea quae neglegentia peccavit Priscianus addas Theb. 12, 811 quem locum Priscianus laudat G L II 331, 9 pro *multum* synonymo *longum* substituto.

3) de sanctis Euboracensis ecclesiae 1552 (Poetae aevi Carol. I p. 169 sq.).

4) cf. Achilleis 1902 p. VII.

5) unde cadunt ea quae Garrodius (praef. edit. p. VII) excogitavit.

in ω quomodo sit aucta corruptio et interpolatio saeculis decimo et undecimo luculenter perspiciatur, tamen hanc quoque familiam ab uno codice emanasse demonstrari potest. ac primum quidem primi libri argumenta et pedestre, ad quod respicit Schol. Theb. 1, 61[1]), et versibus conceptum[2]) perierunt. itaque communis codicum ω pater in initio mutilus erat. deinde etiam Theb. 10, 100 sq. damno exteriore laborant omnes vulgatae traditionis codices. nam desiderantur versus 10, 100—105 et 10, 112—117, de quorum origine Statiana nemo sanus dubitat. cum vero bis seni versus amissi esse videantur, similitudo numeri non explicatur nisi inferiorem folii alicuius partem abscissam esse statuimus, cuius in pagina recta 10, 100—105, in aversa 10, 112—117 lecti erant. quod si recte sumimus, duodeni tantum singulis paginis versus scripti fuerunt in archetypo familiae ω aut in eius patre. qui numerus cuipiam non satis magnus esse videatur, quo paginae compleantur. itaque haud scio an liceat conicere picturis eum codicem fuisse illustratum.[3]) quomodo autem factum sit, ut in quosdam codices ς 10, 100—103 recepti sint, totidem in altera lacuna in codice Collegii Corporis Christi Oxoniensis inveniantur, non expedio. certe ad ipsum codicem Iuliani illi versus non redeunt. consentiunt enim cum **P** in errore insulari scriptura effecto: 10, 103 pro *Martigenae* in **P** legitur *martigerae*, in ς aut *martigero* aut *mulcigero*. hoc quin interpolationi debeatur, non est dubium.

longum est autem numerare, quot locis ω a Puteaneo recedat. itaque quaedam eligenda sunt. atque ea potissimum animum advertenda censui, ubi vulgati codices consentiunt in lectionibus quibus versus deletur. plura si quis quaesiverit, adeat apparatum criticum.

---

1) *harum omnium seriem fabularum in argumento digessimus.*

2) cf. Archiv für lat. Lexikographie 15 (1907) p. 261. de sexti libri argumento quod in recentioribus tantum libris invenitur, forsitan haeseris.

3) picturae ex codicibus superstitibus in solo Gudiano **K** exstant. quae utrum antiquitus traditae sint an impudenter fictae, cum codicem ipse non viderim, nescio. sed Ricardus Bürger ineptissime eas effectas mihi scripsit.

2, 594 *Solus in arma voco. neque in his mora; quos ubi plures* **DP**[1]): *in* om. **ω**.

3, 322 *Territat omne coma iamdudum aut ditibus agris* **PNQ**^{2}: *iam* in **ω** desideratur. unde ad versum resarciendum *dudum vel* in **MfC** scriptum est.

6, 309 *Caeruleum differre patrem; stupuere relicta* **P** vulgari corruptela *differre*, pro qua verum exstat in **Dbμν**: *deferre*. tamen in **ω** scriptum fuisse *ferre* vel eo apparet, quod variis rationibus versui laboranti succurrere conati sunt librarii. genuina autem lectio **ω** invenitur in **B**^{1}**LS**^{1}**g**^{1}, adulterati sunt codices **Q** *sic ferre*, **MfK** *perferre*, **C** *transferre*, **S**^{2}**N** *portare*.

9, 160 *Protegis, ipse manu Tyria tibi captus Adrastus* **P** ubi optime se habet dativus ille qui dicitur ethicus. in **ω** pro *tibi captus* solum *captus*, nisi quod *iam captus* vel *captatus* in singulis exstat codicibus. quae lectiones quin e corruptela *captus* procreatae sint, non dubito.

9, 258 *Sanguine et e fluvio neutri fatale reverti*: sic **PDCf**, contra in **ω** *e* exciderat, unde coniectura natum, quod in quibusdam legitur: *et a* **μ**: *de* **ν**: *et est* **r**: *sed* **N**.

9, 617 *Nec mihi secretis culpam occultare sub antris* **PD**.[2]) in ceteris pro voce *culpam* glossema *crimen* intravit, nisi quod versum magis quam sensum curavit **Cf**^{1} lectione *crinem*.

10, 309 *Exigit aptatamque cava testudine dextram* **PDKν**. in **ω** *aptamque* extitisse apparet: *aptamque* **LCrμ**: *apt*^{ta}*amque* **B**^{1}**Q**^{1}**f**^{1}: *artamque* **M**: *captamque* **N**.

10, 466 *Ecce et Dirceae iuxta dux concitus alae* **PDCν**. in **ω** *et* omissum erat, quod correctum est in **B** et **L**: ^{et}*dircaeae* **B**^{1}: *-que dircaeae* **L**.

11, 22 *Nec iam hostes turmae aut ferrum mortale time-*

---

1) ex vulgatis codicibus **ω** nullum non hic illic cum **P** consentire adnoto. quibus locis ea lectio quae est in **P**, iure postliminii pro corrupta lectione **ω** reducta est. qua de re infra p. LXI agendum est.

2) idem in **μν** correctura restitutum est.

tur **P**. ubi cum in usu adiectivo vocis *hostes* haesissent, *hostiles* in *ω* substitutum est. genuina autem lectio in **BDf** correctura revocata est.

11, 391 *Mater io patria o regum incertissima tellus.* sic **P** nisi quod pro *patria o* exaratum erat *patriae*, nunc *-e* deletum est. pro interiectione *io* usitatiorem *o* scripserat *ω*. versui autem librarii **Drb** succurrerunt potius quam sensui, cum scriberent: *Mater enim o patria* eqs.

11, 607 *Vinci io miserum, vincis Natura, parentem* **PN**^{2}. pro *io* in *ω* extat *me* ($\overset{me}{\textit{tu}}$ ν^{2}). quod cum in **BL** supra versum additum sit, in *ω* *io* omissum fuisse concluserim.

11, 609 *Volnera et in molles sequitur manus inpia planctus* traditur cum hac varietate: *et in* **PN**$\mu\nu^{1}$: $\overset{et}{\textit{in}}$ **f**^{1}: *in* **BLQr**: *im-* **M**: *iam* **DCb**: *quin* ν^{2}. unde manifestum est *et* olim excidisse.

12, 362 *Cum tamen erectas extremus virginis aures* **P**:
Cum tamen extremus erectas virginis aures *ω*,
ubi **C** lectione *extremis* versui consuluit.

falsa verborum distinctione peccatum est in *ω*, ita ut sensus omnino non evadat 8, 48 *Arcada nec* **PD**: *Arcadan et* *ω*: *Accedam et* (inani coniectura) **LC**. glossarum in *ω* receptarum luculentissimum exemplum est: 4, 66 *Mos neque sanguis — habet* **P**[1]): *Mos neque sanguis inest* *ω*, cf. similis error in **D** 4, 540 *melior cum sanguis inesset* (pro voce *opertas*). 1, 48 *sub nocte* in *ω* legitur, *sub morte* in **P** quod unice intellegi potest. illud oculis vagantibus e versu antecedente repetitum.

quae autem inter duas stirpes **P** et *ω* intercedat ratio, postea videbimus. nunc de vulgatae familiis pauca delibo. nam in quaestione admodum intricata brevitati potissimum studuimus, ne amplitudine disputatio fieret obscura. nec enim umquam licet familiis subtiliter separatis stemma codicum simplex proponere, ubi per longum temporis spatium vicinae fuerunt familiae. itaque cum familias quasdam con-

---

1) *habent* certa emendatione restituit Otto Müller.

stituimus, non tam eos quos comprehendimus codices ab reliquis secernimus, quam ad unum quasi caput redire iudicamus. nam sicut ubi per aliquot saecula gentes quaedam hominum vicinis locis sederunt, omnes fere affinitate quadam coniuncti sunt, ita etiam traditione per longum tempus producta non cognatione tantum, sed etiam affinitate singuli libri cohaerent. id quod iam ex primo capite elucet, quo fere semper a correctoribus alios codices adscitos esse demonstravimus. itaque ea via progrediendum nobis visum est, ut prius singuli codices inter se coniungerentur.

ac primus **B** ab ***A*** vix ulla littera differt, adeo ut in minutiis quoque orthographicis summa sit similitudo. cf. praesertim 4, 523 *Fumidus* **Pω**: *Funditus* **B**^{1} (*Fumidus* **B**^{1} mg.): *Fundi*^{mi}*tus* ***A***^{1} (*fumidus* ***A***$^\sigma$ mg.). 4, 604 *tydeus* **Pω**: *deus* **B**^{1}***A***: *deus haec* **bQ**^{1}. 4, 607 *haustus* **Pω**: ^{ad}*haustus* **B**^{1}: [illegible] (ad) *haustus* ***A***. alia dabit apparatus criticus. nec tamen **B** ex ***A*** transcriptus est, cf. 4, 404 *gelatis* **PωB**: *velatis* ***A***. 4, 501 *divae* **PωB**: *divos* ***A*LbD**[1]): *div*^{o}*s* **Q**^{1}. itaque ex eodem codice manaverunt ***A*** et **B**. quorum consensu demonstratur, quanta fide **B** potissimum exemplar repetierit. unde huius libri auctoritas eis quoque partibus crescit, quibus ***A*** non servatur.

ad communem autem codicum ***A*B** fontem proxime accedunt cum **L** tum **b**. cf. 3, 632 *nihil* **PB**^{1}**L**^{1}**b**^{1} (metro repugnante): *nil* **ω**.[2]) 3, 652 *vanis* om. **B**^{1}**L**^{1}. 3, 706 *et inlaetabile* **Pω**: *et laetabile* **Lr**: *in et laetabile* **B**.[3]) 4, 153 pro *haud* in **BL**^{1}**b**^{1} legitur *aut*. 4, 260 *percussus* **Pω**: *perculsus* (ex *-cussus* **B**^{1}) **BLb**. 4, 517 *sed* **Pω*A***$^\sigma$: *si* **B*A***^{1}**Lb**. 4, 614 *in* om. **B*A*Lbr**. 4, 696 *nemeen* **Pω**: *neemen* ***A***: *ne*[illegible]*men* **B**: *nemen* **b**. 6, 700 *Molis* **PωL**$^\sigma$**B**^{3}: *Mollis* **B**^{1}: *Molles* **L**^{1}. 7, 271 *plebes* **Pω**: *pubes* **BLbC**^{2}. 7, 581 *argis*

1) qua in lectione glossam supra scriptam *vos* textum penetrasse puto.

2) cf. 4, 326 *nil* **Pω**: *nihil* **BLQ**^{1}**b**^{2}

3) natum ex ^{in}*et laetabile*.

$\mathbf{P^cL^\sigma}\omega$: *antris* $\mathbf{P^1L^1Bb}$. 8, 61 *ad* om. $\mathbf{B^1Lf}$. 8, 139 *maneant* $\mathbf{B^1Lb^1Mf^1}$. 9, 393 *in* om. $\mathbf{B^1L^1b}$. 9, 791 *bellare* $\mathbf{P}\omega\mathbf{B^3}$: *bella* $\mathbf{B^1L}$: *iam bella* **C**. 10, 133 alterum *iterumque* om. $\mathbf{B^1L^1}$. 10, 782 om. **f**, in $\mathbf{BL^1}$ post 787 legitur. 10, 858 *unde* $\mathbf{P}\omega$: *una* $\mathbf{BLr^1}$: *nulla* $\mathbf{bD^c}$.

de cognatione artissima quae est inter **B** et **b** cf. etiam 2, 300 *omnis* $\mathbf{P}\omega$: *ignis* (*at omnes* $\mathbf{B^1}$ mg.) **Bb**. 3, 244
nisi
-ni $\mathbf{P}\omega$: *-ni* $\mathbf{B^1}$: *nisi* **b**. 5, 33 *hic* om. $\mathbf{B^1b^1}$. 5, 395 *in* om. $\mathbf{B^1b}$. 6, 68 *Gloria* $\mathbf{P}\omega$: *Gratia* $\mathbf{bM^\sigma}$: *Gloria* ex *Gratia* $\mathbf{B^1}$. 6, 169 *nil* $\mathbf{P}\omega$: *nihil* $\mathbf{B^1b}$ metro reluctante. 6, 242 *stat* supra versum add. $\mathbf{B^1b^2}$. 6, 547 *Sestias* $\mathbf{P}\omega$: *Shestias* **Bb**: *[illegible]hestias* (*T-*) $\mathbf{Q^2}$. 6, 659 *abreptum* $\mathbf{P}\omega$: *adreptum* **Bb**. 7, 522 *hic* $\mathbf{P}\omega$: *hoc* **Bb**. 7, 698 *aufertur* $\mathbf{PB^1b}$: *infertur* ω. 7, 737 *iactus* **P**: *iactu[illegible]* **Bb**: *iaculo* ω. 7, 743 *infestos* $\mathbf{P}\omega$: *infessos* $\mathbf{D^1Q^1C}$: *insessos* **Bb**. 8, 479 *it* $\mathbf{P}\omega$: *et* **Bb**. 8, 488 *funduntur* vel *find-* $\mathbf{P}\omega$: *striduntur* $\mathbf{B^1b^1}$. 9, 215 *i* om. $\mathbf{B^1b}$. 9, 276 *capetum* **P**: *calet(h)um* ω: *caplethum* $\mathbf{B^1b}$: *ca[illegible]letum* Werd. in minimis quoque rebus ea cognatio cernitur, e. g. 2, 179 *sicyolis* $\mathbf{B^1b}$. 5, 611 *inachi* **Bb**. 6, 565 *honerat* $\mathbf{B^1b}$.[1]) 6, 566 *inhermes* **Bb**. 6, 714 *theathri* **Bb**. 6, 743 *fincxit* **Bb**. 7, 769 *hossibus* **Bb** (ubi *hostibus* **C**). 8, 534 *illatus* $\mathbf{Bb^1}$. 10, 364 *hethera* **Bb**. tantum similitudinem in casu positam non esse manifestum est.

deinde ex uno codice fluxisse libros **M** et **f** cum multis, tum his locis comprobatur: 1, 157 *emissus* $\mathbf{P}\omega$: *mensurus* **f**:
ł emissus
mensurus $\mathbf{M^1}$. 2, 28 *iam nigra tumebant Colla* $\mathbf{P}\omega$: *iam colla tumebant Nigra* **Mf** collocatione adiectivi a Statio aliena.[2]) 3, 190 *ad* om. **f**, supra versum add. $\mathbf{M^\sigma}$. 3, 322 *iam dudum aut* **P**: *dudum aut* ω: *dudum vel* **MfC**. 3, 475 *molossis* $\mathbf{P}\omega$: *molossi* (*-s* add. $\mathbf{M^1}$) **Mf**. 3, 501 *post* $\mathbf{P}\omega$: *iam* **Mf**. 3, 530
or
fortior $\mathbf{P}\omega$: *fortiter* **f**: *fortiter* $\mathbf{M^\sigma}$. 3, 702 *tuosque verendos*
ł verendos *ł potentes*
ω: *tuosque nepotes* $\mathbf{M^\sigma}$: *tuosque nepotes* $\mathbf{f^1}$. 4, 222 *clipeo*

---

1) item 8, 291 *honerare* **Bb**.

2) ob eandem causam 12, 8 codicis **P** lectio *belli meminit victoria saevi* abicienda est, quam Garrodius falso ω adscripsit.

victum **P**ω: *victum clipeo* **Mf**. 4, 594 om. **M**^{1}**f**, add. **M**$^{\sigma}$.
ut
5, 320 *ut* **P**ω: *et* **f**: *et* **M**^{1}. 6, 178 *illa* om. **f**, supra versum add. **M**^{1}. 6, 180 *o proceres* **P**ω: *proceres* **f**: ^{o}*proceres* **M**^{1}.
† arctoae
7, 35 *arctoae* **P**ω: *hibernae* **f**: *hibernae* **M**$^{\sigma}$. 7, 78 *hunc germane sub axem* **P**ω**M**$^{\sigma}$: *hunc modo in aera velox* **M**^{1}**f**.[1]) 7, 373. 372 **Mf**, ordinem restituit **M**^{1}. 8, 662 *volet* **PM**$^{\sigma}\omega$: *volat* **M**^{1}**f**. 8, 752 *Laetitiaque* **PM**$^{\sigma}\omega$: *Laetiaque* **M**^{1}**f**. 9, 89
tant *it*
Adventant **P**ω: *Adve<u>nerat</u>* **M**^{1}: *Advenẹrạṭ* **f**^{2}. 9, 291 *Thebaeumque* **PM**$^{\sigma}\omega$: *Phebeumque* **M**^{1}**f**. 9, 299 *inhumatus* **P**ω:
in
nechumatus **M**^{1}: *nechumatus* **f**. 9, 501 *Passurum* **P**ω:
† passurum *† tenentem*
Pensurum **M**^{1}: *Pensurum* **f**. 10, 278 *tenentem* **P**ω: *regentem* **M**^{1}**f**^{1}. 10, 900 *segnes* om. **Mf**. 11, 382 *elanguescere* **P M**$^{\sigma}\omega$: *liquescere* (*≣l-* **f**) **Mf**. 11, 443 *qualis* **PM**$^{\sigma}\omega$: *quamvis* **Mf**. 11, 478 *ite* **PM**$^{\sigma}\omega$: *ne* **M**^{1}**f**. 12, 168 *notati* ω: *notatae* **L**^{1}**Mf**. 12, 351 *tempore in omni* **P**ω: *tempus in omne* **Mf**.

quibus ex locis apparet codicem **M** ex communi fonte transcriptum, postquam cum alio quodam ille codex collatus est, cf. potissimum 1, 157. 3, 475. 5, 320. 6, 178. 6, 180. 7, 372 sq. 9, 89. 9, 299. 9, 501. **f** autem antequam ille correctorem passus est, emanavit.

iam ad codicem **Q** se adplicat codex **K**. quamquam quod praeter Thebaidem Achilleidem quoque complectuntur eadem lacuna minutam[2]), inde de Thebaide plane nihil efficitur. nam in **Q** aliunde Thebaidem, aliunde Achilleidem petitam

1) conspirat in hac lectione cum libris **Mf** alter ex codicibus Behottianis (cf. Adriani Behottii observationes variarum lectionum in XII Thebaidos libros). recentior in quo primus liber secundique initium desiderabatur, nullius omnino pretii est (cf. Rhein. Mus. 59 [1904] p. 383), alter affinis est libro **f** potissimum, cf. praeter eum quem supra laudavi locum 1, 157 *mensurus* Beh. alt. 4, 727 *fluvii* **M**^{1}**f** Beh. 4, 694 *et* om. **fC** Beh. 4, 161 *signata* **M**^{1}**f** Beh. 7, 213 *lustra* **PM**ω: *iussa* **f** Beh. 7, 35 *hibernae* **M**^{1}**f** Beh.

2) cf. Achilleis p. XXX.

ostendimus.[1]) maioris autem momenti est, quod in **QK*μ*** versus ab optimis libris alieni 6, 227—233 in textu leguntur, quamvis non eodem loco. nam in **Q** post 6, 226 extant, in **K*μ*** post 6, 219. unde apparet in communi fonte hos versus subditicios in margine extitisse. de singulis quibusdam lectionibus cf. 2, 615 *taurum prensis* **ω**: *prensis taurum* **QKPBCrb**. 3, 698 *obvia* **ω**: *o ubi* **PQ**: *quo tibi* **K**, quod natum est ex lectione **PQ**, non ex **ω**. 10, 536 *fenestrae* **PDN**^{2}: *pharetrae* **ω**: *pharetrem* **QK**. 12, 423 *discessuros* **QK**: *dissensuros* vel *discens-* **ω**. 12, 576 *sinin* vel *sinonem* **ω**: *sinon* **QK**^{1}**f**: *sin* **P**.

sed proxime in singulis lectionibus **Q** accedit ad **B**: 3, 384 *iuvenum* **Pω**: *iuven*$\overset{u}{e}$*m* **B**^{1}: *iuvenem* (superscr. *um*) **Q**^{1}. 3, 427 *cursum* **BQ**^{1} frg. Monast.^{1}. 5, 36 *Ocului* **BQM**^{1}. 5, 278 *Accelerate* **Pω**: *At celerate* **BQ**. 5, 313 *penetralibus* ex *penetrabilibus* **B**^{1}**Qb**. 5, 401 *utrimque* ex *utrumque* **BQb**. 6, 20 *lacesscunt* **BQ**. 6, 38 *inhachii* **BQb**^{1}. 6, 359 *cantarat* **Pω**: *cantabat* **BQbν**. 6, 599 *leonis* **Pω**: *leones* **BQ**. 6, 868 *hispida* **Pω**: *hispia da* **Q**: *hispi*⁝ *da* (*a*) **B**. 7, 82 *hanelabant* **BQ**. 7, 137 *omni* **Pω**: *om*⁝*ni* (*e*) **BQ**. 8, 394 *supinant* **Pω**: *fatigant* **BQ**. 9, 106 *pheret*⁝*is* (ex *pharetris* **B**^{1}) **BQ**. 11, 751 *domosque* **Pω**: *deosque* **BQ**. 12, 53 *rogis* **Pω**: *r*$\overset{o}{e}$*gis* **B**^{1}**Q**^{2}. 12, 45 *fruuntur* **Pω**: idem ex *feruntur* **B**^{1}**Q**^{1}**f**^{2}.

denique cohaerent codices ***μν***, cui rei hi loci sint testimonio: 1, 625 *rabidamque* **Pω**: *rapidamque* ***μν***. 4, 288 *saltus tum* (*tunc* **P**) **Pω**: *tum saltus* ***μν***. 4, 227 *et oliviferique* ***μν***. 4, 319 in corruptela consentiunt omisso *-que* **Mf**: *tenero unde.* glossema inrepsit in ***μν***: *in tenero unde.* 5, 33 *o miserae* **Pω**: *o miseresce* ***μν***. 6, 691 *dulce* **Pω**: *dulce est* ***μν***. 7, 1 *Atque* **Pω**: *Utque* ***μν***: *Atque* (superscr. *ι Ut*) **M**^{1}. 8, 614 *utroque* (ex *-amque* **Q**^{1}) **Pω**: *utramque* ***μν***: *utr*$\overset{i}{u}$*mque* **r**. 8, 636 *nectebant* **Pω**: *iactabant* ***μν***. 9, 5 *furebas* **ω**: *fe-*

---

1) cf. supra p. XIII.

rebas **P**μ: *f$\underset{.}{\overset{u}{e}}$rebas* ν. 9, 436 *lavare* $\mathbf{P}^{r}\omega$: *le$\overset{v}{\underset{.}{b}}$are* $\mathbf{P}^{c}$: *levare* $\mu\nu$. 9, 749 *eurytion* ω: *erythion* **P**: *euricton* $\mu\nu$.

cum vero etiam libri **Mf** aliquo modo cum **BLQb** coniuncti sint ac ne $\mu\nu$ quidem omnino absint ab his codicibus, licet hos libros comprehendere. qui cum in Germania potissimum aut nati sint aut adserventur, commoditatis causa eam stirpem Germanicam nuncupare liceat. comprehensioni autem favent inprimis lacunae quaedam communes vel omnibus vel plerisque ex eis. nam hic illic unum vel alterum librum a sua stirpe discedere non est quod miremur, propterea quod etiam in nostrorum codicum exemplaribus idem accidisse consentaneum est, quod de ipsis supra demonstravimus, nempe ut emendarentur aliis codicibus praeter exemplaria adhibitis. itaque non omnes libri quamvis cognati in eis lacunis consentiunt.

4, 270 om. $\mathbf{BLMfCNr}^{1}\mu^{1}\nu$
4, 346 sq. peccatum est in **BLSCb**$\mu\nu$
9, 53 om. **BLQMfCr**μ
9, 187 om. **BSQMf**μ
11, 186 om. **BLQMfbN**
11, 459 om. **BLMfKb**μ.[1])

qui consensus firmatur multis lectionibus quae eisdem libris peculiares sunt. e quibus paucas adnoto:

1, 267 *Haec sera subvenitque tuis sententia curis* librarius quidam exaraverat, cum ex memoria versum scriberet, pro genuina collocatione *Subvenitque tuis sera haec* eqs. qui error cernitur in libris **BLQMfr**ν.

3, 361 *exsanguesque metu* **P**ω: *exangues metu* $\mathbf{BLQ}^{1}\mathbf{rb}^{1}$.
4, 456 *nefasto* **P**ω: *nefastos* **BΛLQMfrb** frg. Monast.
4, 704 *amnis* **P**ω: *omnes* $\mathbf{B}^{1}\mathbf{\Lambda}^{1}\mathbf{M}^{1}\mathbf{fb}$
5, 731 *pius* **P**ω: *prius* **BLQMfb**

6, 72 sq. aberraverat librarius quidam a (*Munera*)*que* ad (*Nam*)*que*, ita ut unus pro duobus versus exsisteret: *Muneraque illi et pharetras brevioraque tela dicarat.* cuius erroris vestigia exstant in libris **BLQMfCN**

---

1) $\mathbf{Q}^{1}$ deest.

6, 494 *in* om. **BLQM**^{1}**fr**ν

6, 629 *latus hoc* **P**ω: *litus* **BQ**^{1}**M**^{1}**fNCr**μ

7, 99 *astris* **P**ω: *aris* **BLQMfb**μ

7, 158 *nubibus* **P**ω: *nuribus* **B**^{1}**LQ**^{1}**M**^{1}**f**

7, 237 *propellunt* **P**ω: *propellant* **BQ**^{1}**Mfb**^{1}μ

7, 238 *Ostentant* **P**ω: *Ostentent* **BL**^{1}**Q**^{1}**M**^{1}, qua ex lectione natum in **f** *Ostendant.*

7, 416 *acheloon* **P**ω: *acheloum* quamvis versu obstante **BQfC**, in **M** utraque lectione contaminata legitur *acheloun.*

8, 307 *viris* vel *viros* **P**ω: *vires* **BLQ**^{1}**M**^{1}

8, 648 *deiectaque* **P**ω: *delectaque* (*dil-* **L**) **BLQ**^{1}**Mfr**^{1}μ

10, 224 *ignavaque* **P**ω: *ignaraque* **BL**^{1}**QM**^{1}**f**^{1}

10, 248 *sperantibus* ω: *spirantibus* **PBLQM**^{1}**f**^{1}

10, 275 *relinquit* **P**ω: *reliquit* **BLQfC**μ

10, 499 *nemeaeo* **P**ω unde factum est *nemeo* in **N.** tum ut versui qualicumque ratione succurreretur, *iam nemeo* interpolatum est in **BLQMfbC**

11, 195 *rhodope* **P**ω: *rhodopes* **BLQMfC**μν

11, 654 *populis* ω: *populos* **PL**^{1}**QKMf**

12, 602 *Cum posuit* **BL**^{1}**Qf**ν: *Composuit* **P**ω.

ne Gronovianum quidem codicem a stirpe Germanica esse alienum his potissimum locis ostenditur, quibus se ad eius principes adplicat: 5, 2 *li$\overset{n}{\text{}}$quebant* **g**^{1}**Q**^{1}: *liquebant* **B**: *linquebant* **P**ω. 5, 6 *$\overset{h}{\text{}}$Ausissent* **g**^{1}**Q**^{1}: *Ausissent* **Bb**: *Haussissent* **P**ω. 5, 12 *paethonio* **g**^{1}: *peraethonio* **BMfb**: *paraetonio* **P**ω. 11, 567 *non frater* **gMf**μν^2: *frater non* ω: *fraterno in* **PSQ**^{c}**N**: *frater sub* **BDC.**

eodem pertinere codicem Pragensem s. XII, quo de egit Aloisius Rzach 1), his fere locis comprobatur, quibus a vulgatorum librorum turba ille secedit certisque ex eis se adiungit: 2, 41 *longas* Prag. **B**^{1}**b**: *longos* **P**ω. 2, 331 *tacitas* Prag. **BbQr**μν: *tacitus* **LMfC**^{2}: *tacita* **DNKC**^{1}: *tacite* **P.** 2, 549 *vocor* Prag. **MfQ**^{2}**r**^{2}: *voco* **P**ω. 2, 693 *Heros* Prag. **MfLQ**^{1}**CD**μν. 3, 280 *sed quid* Prag. **MfC**^{2}**r**^{2}μν: *tu sed*

1) Festschrift für Th. Gomperz 1902, p. 364—372.

ω: *sed* **PL**^{1}. 3, 458 *dirumque* Prag. **Mf**: *diraque* **P***ω*. 3, 352 *Armigeros* Prag. **Mf**: *-as* **P***ω*. 3, 552 post 554 legitur in Pragensi; similiter ordo turbatus est in **L**, ubi sic se versus excipiunt: 552. 554. 553. 3, 648 *Illud* Prag. **B**^{1}: *Illum* **P***ω*: *Ille* **Df***μ*. 3, 698 *hinc* Prag. **LMfQ**^{2}**Nr**^{2}: *huic* **P***ω*. 3, 706 *et letabile* Prag. **Lr**: *in et laetabile* **B**: *et inlaetabile* **P***ω*.[1]) 4, 28. 31. 30 hoc ordine Prag. cum **MD**. 4, 270 om. Prag. cum **BLMfCN***μ*^{1}*ν***r**^{1}, 9, 53 cum **BLQ**^{1} **M**^{1}**fCr***μ*^{1}, 9, 187[2]) cum **BS**^{1}**QM**^{1}**f***μ*^{1}. 9, 378. 377 hoc ordine exhibet Prag. unde apparet ab initio in eius fonte desideratum esse v. 378 quem **PDN** exhibent, omittunt ceteri, nisi quod in **S***ν* a correctore additus est.

postquam unam stirpem ab reliquis codicibus segregavimus, pergimus in cognationibus detegendis. consentiunt autem saepissime inter se codices **D** et **N**, quamquam propriis interpolationibus neuter liber caret, qua in re de **D** cf. e. g. 4, 540. 5, 470. 6, 184. 9, 334, de **N** cum alios locos, tum 4, 730. 5, 216. 5, 217. 5, 463. de cognatione igitur cf. 2, 209 *haec* **P***ω*: *et* **DN**: ^{et}*haec* **S**. 2, 256 *arcem* **P***ω*: *aulam* **D**^{1}**N**. 2, 296 *longior* **P***ω*: *largior* **DN**^{1}. 2, 418 *gerens* **P***ω*: *geris* **DN**. 2, 423 *mentis* **P***ω*: *gentis* **DN**. 4, 702 *tenerique in origine culmi Inclinata seges* habent **DN** et in margine **S**^{1}.[3]) 5, 158 *admovet* **P***ω*: *admonet* **DN**. 6, 287 *et in amne* (*et* ^{in}*amne* **L**^{1}) **P***ω*: *et hamne*[4]) **C**: *et*

1) cf. supra p. XLVI.

2) in Prag. postea est additus.

3) quae aliena esse censui propterea quod ea verba nisi de vere accipi non posse putabam. tamen concedo non utique propter adiectivum *tener* id tempus anni respici. origo autem culmi tunc non ad tempus spectat, sed infimam culmi partem significat. quamquam cum ille versus nec in **P** nec in *ω* traditus suspectione non careat, nisi bis eodem modo peccatum esse statueris, ita ut et in codice *ω* et in apographo codicis Iuliani propter similem exitum vocum *macies* et *seges* media librarius transiluerit, pro genuino haberi nequit.

4) originem erroris intelleges, ubi singulos codices *ω* ab insulari scriptura pendere cognoveris. id quod infra accuratius probabimus. contra in **DN** interpolatione versus restitutus est.

amne **r**: *atque amne* **DN**. 6, 334 *adeo* **Pω**: *equidem* **DN**. 6, 851 pro genuina lectione *Vara* in aliis libris varie corrupta in **DN** glossema inrupit *Curva*. 7, 511 *et te* **Pω**: *te* **DN**: *ẹt* (*te* superscr.) $\mathbf{S}^1$. 7, 774 *scis* **Pω**: *fas* $\mathbf{D}^1$**N**. 8, 40 *dirisque* **Pω**: *diris* **DN**. 8, 207 *colant* **Pω**: *colent* $\mathbf{DNr}^2$. 8, 419 *telis* **Pω**: *iaculis* **DN**. 8, 507 *ipsum comminus hyllum* (*illum* **ω**) **Pω**: *illum comminus ipsum* **DN** Latinitate potius quam sensu respecto. 10, 862 *Plana* **Pω**: *Plena* **DN**. 11, 640 *perrumpit* **Pω**: *perrupit* **DN**. cf. etiam 2, 74. 2, 359. 2, 381. 5, 146 nec non longam seriem eorum locorum quibus **DN** soli ex antiquis quidem libris cum **P** consentiunt: 4, 81. 4, 86. 4, 386. 4, 526. 4, 544. 4, 775. 4, 832. 7, 97. 9, 378. 10, 362. 11, 46 al. cum vero correcturas in **D** ab ipso librario confectas esse testetur Garrodius, eis quoque locis uti possumus, quibus correcturae huius codicis cum **N** congruunt velut 7, 531. 8, 20. 8, 290. 8, 570 al. non opus est coacervare lectiones in re confessa.

codicem **r** artissimo vinculo esse conexum et cum fragmento Worcesteriensi 1) et cum libri Turonensi 2) ne eos quidem fugit, qui primi haec subsidia adsciverunt, cf. Schenkelius Wien. Stud. l. l. p. 168 et Wutkius l. l. p. 215. quamquam hic mire hariolatur, cum et Roffensem ex Turonensi et utrumque ex communi fonte manasse contendat. sed cum Bernensi quoque (**b**) Roffensi est quaedam affinitas, ad quam illustrandam hos adscribo locos:

2, 590 *numero seque* **Pω**: *numeros eque* **M**: *humeros* (*numero* superscr.) *seque* $\mathbf{Q}^2$: *numeros* (*-oṣ* **r**) *seque* **rb**. 3, 505 *omen* **Pω**: *omne* **rb**. 5, 619 *liquitur* **Pω**: *linquitur* $\mathbf{r}^1\mathbf{b}^1$. 7, 16 *ira* **Pω**: *ora* **rb**. 8, 230 *ingenti* **Pω**: *^{in}miti* $\mathbf{b}^1$: *inmiti* **r**. 8, 333

1) 2, 93 *sui capit* **Pω**: *capit tunc* **Wr**. 2, 101 *expromere* **Pω**: *exprimere* **Wr**. 2, 133 *consummit* **Wr**. 2, 156 *plenus monstris vanumque* **Pω**: *monstris plenus vacuumque* $\mathbf{Wr}^1$.

2) 1, 216 *saevire* **Pω**: *servire* Turon. $\mathbf{r}^1\mathbf{f}^1$. 1, 219 *ideo* $\mathbf{P}^1\boldsymbol{\omega}$: *adeo* $\mathbf{P}^c\mathbf{r}^1$: *ado* Turon. 1, 486 *iuvenalibus* **P**: idem vel *iuvenalibus* **ω**: *iuvenibus* Turon. **r**. 1, 575 *ad* om. Turon. **r**. 1, 580 *ac* **Pω**: *et* Turon. $\mathbf{r}^1$. 1, 583 *dedit herba toros* **Pω**: *somnos dedit herba* Turon. **r** (quod addas apparatui critico).

aris **Pω**: *astris* ꝉ *aris* **rb**. 10, 28 *belligeris* **Pω**: *belliferis* **rb**.
d
10, 195 *aonidum* **Pω**: *aonium* **r**: *aonium* **b**. 10, 236 *Nec deest* **Pω**: *Neque deest* **rb**. 10, 401 *-que* om. **rb**. 10, 402 *egregii nondum ducis immemor* **Pω**: *egregii ducis nondum immemor* **b**, ex qua lectione, ut versus staret, in **r** factum: *egregiique ducis non immemor*. 10, 529 *lacessunt* **Pω**: *lacessit* **rb** 11, 276 *Deest* **Pω**: *Deest nunc* **rb**. 11, 313 *iter* **Pω**: *tunc* **rb** (*ĩt* ~ *t̃c*). 11, 510 *letum utrique volens* **Pω**: *utrique volens loetum* **rb**. 12, 314 *suffusaque sanguine* **Pω**: *suffusoque in sanguine* **r**: *fusoque in sanguine* **b**. 12, 457
ꝉ *artus*
coniugis artus **Pω**: *coniugis manes* **b**: *coniugis manes* **r**. praeterea cf. 5, 342. 5, 377. 8, 324. 10, 315. 10, 380. 10, 609. 11, 728. 12, 262. 12, 611. 12, 786 al.

huc usque inter singulos codices certum cognationis gradum constituere licuit. sed ultra ut stemma fingamus, quo suus cuique codici locus assignetur, non progredimur. tamen hoc aliqua probabilitate statuitur, sicuti unam familiae stirpem Germanicam supra coniunximus, item alteram comprehendi posse, quae cum praeter alios eos potissimum codices amplectatur, qui nunc in Britannia servantur, non inepte haud scio an Anglica dicatur. quo nomine de origine librorum quicquam praedicari cave credideris. est igitur stirps Anglica horum fere codicum **WDNr** Turon. cui numero accedunt ex parte **bμν** quamquam his cum Germanica quoque stirpe affinitas est, nec longe abest **S**. qui codices vel complures vel nonnulli haud paucis locis inter se consentiunt, ex quibus quosdam profero.

6, 309 *differre* **P**: *ferre* et quae hinc nata sunt **ω**[1]): *deferre* genuina lectio **Dbμνg**^{2}**B**^{3}

7, 405 *aversique* **Pω**: *adversique* **Nrμν**.

7, 635 *iuveni* **Pω**: *iuvenis* **DNSμνC**

7, 764 *devitare* **Pω**: *vitare* **r**: *est vitare* **D**: *iam vitare* (*iam* in lac. **μ**^{2}) **Nμ**: ^{erat}*vitare* **ν**^{2}. quo loco damnum **r**

---

1) cf. supra p. XLIV.

ostendit, idem variis rationibus reliqui librarii resarcire conati sunt.

8, 36 *Admonet* **Pω**: *Admovet* (*Am-* **N**) **Nrbμ**

8, 290 *euphratae* **Pω**: *eufarie* **ND$^c\mu$**

8, 317 *negas* **Pω**: *nefas* **D^{1}Nr$^1\nu^1$**

9, 21 *pergant* **P**: *peragant* **ω**: *peragunt* **Nrb$^1\mu\nu$M^{1}g**

9, 343 *inrumpis* **Pω**: *inrumpit* ex *-is* **L^1**: *inrupis* ex *-it* **M^1**: *inrupit* **Nrbν**

9, 480 *trieterida* (vel *triat-*) **Pω**: *-ica* **DNSr$^2\nu^1$C**

9, 701 *frementes* **P**: *trementes* **ω**: *meantes* **SNrb$\mu\nu$** **B^1** mg. **CQ^c**

10, 129 *iura* **Pω**: *iussa* **DSrb$\mu\nu$M$^\sigma$Q**. quae varietas si oculorum errore nata est, facillime ex insulari scriptura explicatur.

10, 779 *Iecit* **ω**: *Iectit*[1]) **P**: *Flectit* **D^{c}r$\mu\nu^1$L$^\sigma$**

11, 131 *mundo* **PD**: *caelo* **ω**: *soli* **NS^{2}rbμM^{1}L$^\sigma$**

11, 270 *potentem* **Pω**: *potitum* **D^{1}Nrb$\mu\nu$CQ^2**

12, 177 *amorem* **Pω**: *honorem* **rbνL$^\sigma$**: *horrorem* **D** quae lectio orta est ex *honorem* mutatis *n* et *r*.

hae similitudines quantum ad omnes aut complures huius stirpis libros pertinent, in posterioribus maxime libris inveniuntur. quae res facile eo explicatur quod in prioribus lectiones singulares et propter maiorem in initiis diligentiam scribendi multo minores et rariores ortas et ubi ortae erant, multo magis expulsas esse veri simile est. nam cum codices cum aliis libris comparabantur, comparatio quoque maiore cura in fronte libri institui solebat, dein languescente animo parum accurata erat vel omnino omittebatur. quo factum est, ut in prioribus libris deletis eis quae singulorum codicum propria erant, longe constantiorem textum habeamus. sed singuli inter se codices eius stirpis hic quoque consentiunt:

1, 309 *Desiluit* **Pω**: *Dissiluit* **DQ^{1}r**. 2, 67 *et celsis* **PBDNrb**: *excelsis* **ω**. 2, 124 *perfundit* **Pω**: *perfudit* **WNr**. 2, 162 *armis* **Pω**: *arvis* **D^{1}WNSr$^1\mu\nu^1$B^{1}Mf**. 2, 285 *per-*

---

1) lectio nata ex *Ie^{c}tit*.

fundit **P**ω: *perfudit* **WDrbB**^{1}. 2, 588 *divisus* **P**ω: *diffusus* **Nrb**μ**Lf.** 2, 730 *tollens* **P**ω: *attollens* **Dr**. 3, 211 *quanti* **P**ω: *quantum* **D**μ. 3, 528 *in* om. **D**ν. 4, 27 *manantesque* **P**ω: *madentesque* **Dr.**

quam seriem ex apparatu critico augere cuivis promptum est.

medium inter duas quas constituimus stirpes locum obtinet **C.** id quod paucis illustrabo. **C** enim ad Germanicum stirpem atque ad **Mf** potissimum se adplicat cum multis locis tum his:

3, 322 *dudum vel* **CMf**: *dudum aut* ω versu laborante: *iamdudum aut* **PN.** 3, 648 *capaneus* om. **CM**^{1}**f.** 4, 747 *subito* (*-tam* **f**) *pulchram* **CMf**: *subitam pulchro* **P**ω. 5, 199 *inplacido* **P**ω: *inplacito* **CM**^{1}**fB**^{1}. 7, 369 *clonin* **CMfPS**: *clomin* vel sim. ω. 7, 416 *acheloum* (*-oun* **M** i. ex parte emendatum) **CMfBQ**: *acheloon* **P**ω. 7, 417 *acarnar* (*acanar* **M**^{1}) **CM**^{1}**f**: *acarnan* **P**ω. 10, 275 *reliquit* **CfBQL**μ: *relinquit* **P**ω. 10, 499 *iam nemeo* **CMfBLQb**: *nemeo* **N**: *nemeaeo* **P**ω. 11, 195 *rhodopes* **CMfBLQ**$\mu\nu$: *rhodope* **P**ω. 11, 408 in communi fonte codicum **CMfBQ** vocis *coeuntque* primam syllabam periisse apparet: *coeuntque* ex *euntque* **B**^{1}**f**^{2}: *euntque* **MQ**: *subeuntque* **C.**

contra ad stirpem Anglicam, maxime ad codicem **N** accedit **C** e. g. hisce lectionibus: 4, 162 *auro* **CD**: *arvo* **P**ω. 4, 183 *Aonias* **Crb**: *Aonidas* **P**ω. 8, 630 *turbare* **CN**: *turbata* **P**ω. 10, 326 *noctis* **CN**: *nocti* **P**ω. 10, 410 *gerebat* **CNK**^{2}**M**^{c}**f**^{2}**b**^{2}: *regebat* ω: *ferebat* **P.** 10, 512 *Prostringunt* **CD**^{1}: *Profringunt* vel sim. **P**ω. 10, 727 *unanimis* **N**: *mi*≣ **C**: *-mi* **P**ω. 10, 898 *auditur* **CN**: *auditus* **P**ω. 11, 406 *mixtasque* **CNrb**: *mixtisque* **P**ω. 12, 281 *angustissima* **CD**: *aug-* **P**ω.

quae affinitates cognationesque facillime explicantur, si ex Galliae septentrionalis monasteriis Thebaidem propagatam esse sumimus. cui coniecturae origo librorum singulorum quam maxime favet. nam quamquam paucissimorum codicum historia adeo nota est, ut unde prognati sint, certo scia-

mus[1]), tamen duabus de causis ab ea regione quam diximus, originem repetere licet. omnes enim codices ab insulari scriptura pendere oculorum erroribus demonstratur. deinde in omnes lectiones quaedam ex Puteaneo vel eius exemplari inrepserunt, ita ut communis eorum origo haud procul ab huius patria quaerenda sit.

ac de erroribus propter insularem exemplaris scripturam in singulis libris commissis brevis esse possum, praesertim cum prudentibus viris in apparatu critico largiter exempla praesto sint. eligo igitur commutationes quasdam factas inter litteras *n* et *r*, *a* et *u* (*ec*), *n* et *ti*.

de *n* ∼ *r* cf. 1, 48 *te^{n}rebat* r. 1, 81 *ordi^{r}ne* b^1. 1, 117 *ma^{ris}nus* Q^2. 1, 164 *ca^{r}nebat* Q^2. 2, 296 *largior* D: *^{on}largior* N. 3, 25 *Purior* ex *Punior* L^1. 3, 99 *meritisque* (pro *mentisque*) Q. 3, 179 *vanoque* (pro *varioque*) *v*. 3, 511 *Noctu^{r}nneque* Q^1. 3, 588 *Semi^{n}ra* L^{σ}. 4, 213 *grave* ex *gnave* (vel *gua-*) M^1. 4, 295 *archemeros* (pro *-nos*) C. 4, 712 *Adver^{r}nensque* Q^1. 5, 164 *ho^{rror}nus* Q^1. 5, 361 *cortinia* ex *continua* v^2. 5, 441 *Ardet* (pro *Audet*) B. 5, 519 *ripae nȳphae* Q^1. 6, 68 *Glo^{ri}ma* Q^2. 6, 243 *^{cineri}cereri* D^1. 6, 389 *versa^{r}nat* b^1. 6, 501 *amorion* B^1. 6, 559 *tardante* ex *tand-* b^1. 6, 667 *^{Territat}Temptat* b^2. 7, 170 *^{r}notari* r. 7, 417 *acarnar* Cf: *-na*≣ Q: *acanar* M^1. 7, 421 *Thebarum* (pro *-anum*) *μ*. 7, 659 *Tenariam* ex *-aniam* L^1. 7, 757 *Aetior* (pro *-on*) b^1. 8, 378 *nrigroque* b.[2]) 9, 305 *engino* (pro *erg-*) KS. 9, 425 *decentaque* (pro *-ceptaque*) L^1. 10, 119 *Discolo^{r}n* Q^1. 10, 517 *deco^{r}nis* M^{σ} (pro *-orus*). 10, 562 *caternas* C. 10, 859 *rotant* ex *no-* *μ*. 11, 345 *negavi* (pro *rogavi*) C. 11, 663

1) Corbeiensis est S, Echternacensis Q, a Moguntina bibliotheca profectus est C; in Bambergensem bibliothecam nonnullos libros Remis pervenisse docuit Ludovicus Traube, Palaeographische Forschungen IV Abh. d. bayr. Akad. 1904, p. 7 sq.

2) cf. supra p. XV.

Arce$\overset{r}{\text{ṇ}}$*i* **Q**^{1}. 11, 691 *remis* (pro *reris*) **L**^{1}. 12, 177 *horrorem* (pro *honorem*) **D**. 12, 181 *manus* (pro *nurus*) **rb D**^{c}. 12, 390 *rerarrant* **f**.

de *a* ~ *u* (*ec*) cf. 1, 167 $\overset{tuum}{\textit{ṭeċuṃ}}$ **Q**^{1}. 1, 314 *iam*$\overset{ia}{\underline{\textit{ai}}}$*mque* **Q**^{1}. 1, 394 *nat*$\overset{a}{\text{ụ}}$*rum* **f**^{2}. 1, 420 *t*$\overset{u}{\text{a}}$*ndunt* **L**$^\sigma$. 1, 589 *depast*$\overset{a}{\text{ụ}}$ **Q**^{1}. 1, 617 *nefand*$\overset{a}{\text{ụ}}$*m* **Q**^{1}**f**^{1}. 1, 625 *rabid*$\overset{am}{\text{um}}$*que* **L**^{1}. 2, 48 *fama* ex *fuma* **C**^{1}. 2, 221 *caput* ex *cuput* **M**^{1}. 2, 413 *art*$\overset{u}{\text{a}}$*s* **L**$^\sigma$. 2, 417 *ill*$\overset{u}{\text{ạ}}$*m* **L**$^\sigma$. 3, 31 *agenore*$\overset{u}{\text{ạ}}$*s* **Q**^{1}. 3, 115 *in*$\overset{via}{\text{ạṇạ}}$ **ν**^{1}. 3, 146 *indignat*$\overset{u}{\text{ạ}}$*r* **Q**^{1}. 3, 158 *ul*$\overset{u}{\text{a}}$*lata* **B**^{1}. 3, 175 *tr*$\overset{un}{\text{ạ}}$*cant* **M**^{1}. 3, 542 *h*$\overset{u}{\text{a}}$*nc* **L**^{1}. 3, 578 *dil*$\overset{ec}{\text{a}}$*taque* **L**$^\sigma$. 4, 60 *vat*$\overset{u}{\text{ạ}}$*m* **r**. 4, 568 *superasque* ex *-usque* **S**^{2}. 4, 696 *ruinas* (pro *rapinas*) **C**. 4, 715 *A*$\overset{u}{\text{a}}$*diri* **Q**^{1}. 4, 735 *p*$\overset{u}{\text{ạ}}$*tris* **B**^{1}**Q**^{1}. 5, 80 *subit*$\overset{a}{\text{ụ}}$*s* **B**^{1}. 5, 336 *Pelius* (pro *-as*) **r**. 5, 348 *incurs*$\overset{a}{\text{≡}}$*re* (*u*) **Q**^{1}. 5, 410 *muros* ex *maros* **L**$^\sigma$. 5, 529 *pluastris* **μ**. 5, 645 *vetusti* ex *vetasti* **b**^{2}. 6, 18 *Concurr*$\overset{u}{\text{ạ}}$*nt* **Q**^{2}. 6, 54 *datum* ex *data* **f**^{1}. 6, 79 *credi*$\overset{u}{\text{a}}$*la* **Q**^{2}. 6, 148 *m*$\overset{a}{\text{u}}$*ndo* **f**^{1}. 6, 152 *fariis* (pro *furiis*) **ν**^{1}. 6, 170 *excasseque* (nempe volebat *-cu-*) **ν**^{1}. 6, 345 *capiunt* (pro *cupiunt*) **r**. 6, 492 *furoris* (pro *favoris*) **D**. 6, 740 *alcidamus* (pro *-as*) **r**. 6, 763 *iact*$\overset{u}{\text{a}}$ **b**^{1}. 7, 115 *natare* (pro *nutare*) **M**^{1}**f**. 7, 117 $\overset{falso}{\underline{\textit{fuso}}}$ **ν**^{2}. 7, 121 *ulul*$\overset{u}{\text{ụ}}$*tum* **Q**^{1}. 7, 267 *atalanteumque* (pro *-amque*) **K**. 7, 290 *interf*$\overset{a}{\text{ẹċ}}$*ta* **Q**^{2}. 7, 462 *prem*$\overset{u}{\text{ạ}}$*nt* **L**^{1}. 7, 464 *l*$\overset{u}{\text{a}}$*cra* **B**^{1}. 7, 727 *c*$\overset{u}{\text{ạ}}$*pit* **Q**^{1}. 8, 46 *pandam* ex *-um* **f**^{1}. 8, 82 *fortius* inter ipsum scribendum ex *-as* **f**^{1}. 8, 163 *sol*$\overset{u}{\text{ạ}}$*tis* **Q**^{1}. 8, 290 *caspia* ex *cuspia* **L**^{1}. 8, 415 *mut*$\overset{a}{\text{u}}$ **b**^{1}. 8, 617 *br*$\overset{u}{\text{a}}$*ma* **M**^{1}. 9, 21 *fruuntur* (pro *fruantur*) **Nμ**. 9, 128 *convers*$\overset{u}{\text{ạ}}$*m* **f**^{1}. 9, 168 *mandat* ex *mu-* **L**^{1}. 9, 681 *deam* ex *deum* **C**^{1}. 10, 75 *verendum* ex *-am* **b**^{1}. 10, 319 *Palpetas* (pro *-us*) **r**. 10, 361 *l~~a~~uminis* **L**^{1}. 10, 421 *trah*$\overset{u}{\text{ạ}}$*ntur* **B**^{1}**M**^{1}**Q**^{2}: *-antur* **fμ**.

10, 424 *cunab$\overset{u}{a}$la* **M**^{1}. 10, 526 *obiect$\overset{u}{a}$s* **M**^{1}. 10, 738 *$\overset{\text{‡ruptis}}{\text{raptis}}$* **r**. 10, 879 *Destruit* ex *Destrait* μ: *Detrahit* **N**. 12, 106 *Fuma* (pro *Fama*) **L**. 12, 573 *mod$\overset{u}{a}$s* **f**^{1}. 12, 607 *$\overset{\text{tritonia}}{\text{tritonici}}$* **f**^{1}. 12, 622 *al$\overset{u}{▒e}$as* **B**^{1}. 12, 786 *m$\overset{a}{u}$tresque* **Q**^{1}. *a* apertum servatum est multis locis in **M**, praesertim sub finem codicis, quibusdam in aliis codicibus. cf. etiam 5, 32 *$\overset{cc}{e▒}$e* (non erasum *ss*) **Q**^{1}. 5, 87 *$\overset{a}{▒}$ntra* (*ce-*) **Q**^{1}. 9, 722 *illa* ex *illee* **B**^{1}.

de *n* (*u*) ∼ *ti* (*it*) ∼ *a* cf. 4, 455 *dehi$\overset{n}{\underline{ti}}$c* **Q**^{1}. 5, 201 *ac$\overset{u}{c}$iunt* **Q**^{1}. 5, 586 *$\overset{moti}{\underline{non}}$* ν^{1}. 6, 167 *$\overset{vi}{a}$ta* **M**$^{\sigma}$. 7, 369 *domiti* (pro *clomin*) **N r**^{1} ν. 7, 757 *Aenon* (pro *Aetion*) f. 8, 277 *$\overset{it}{v}$ate* **N**. 9, 312 *$\overset{oci}{s}$evos* **Q**^{1}. 10, 701 *notissima* ex *nov-* **C**. 11, 478 *ne* (pro *ite* **M**^{1}**f**). 11, 756 *Adsens$\overset{u}{\underline{it}}$* **Q**^{1}. 12, 4 *Dis$\overset{cunt}{cutit}$* **L**^{1}. 12, 56 *ve$\overset{ti}{\underline{n}}$tumque* **L**^{1}.[1])

non opus est diutius immorari in re quae exemplis allatis satis demonstrata est. nec igitur profero errores praesertim in littera *g* commissos vel falso lecta vel falso substituta. nam huius litterae forma insularis maxime a posteriore differt. unum 4, 339 nolim omittere, quo loco lectio ν nisi ex compendio insulari non intellegitur: *vos $\overset{autem}{in}$ hunc ire sinetis*. cf. similem errorem in Agroecio GL VII 114, 1 quem adnotavit Ludovicus Traube in praeclara de abbreviatura *autem* disputatione.[2])

itaque omnes codicis ω ab insulari scriptura pendent. quod vero huius scripturae vestigia non in omnibus aeque apparent, facile intellegitur. nam quo quis codex propius

---

1) in adnotatione breviter moneo nonnullis locis propter litterae *d* formam superne apertam esse peccatum. cf. 3, 482 *$\overset{v}{a}$des* **f**^{r}. 4, 521 *Dissidit* (pro *-silit*) **C**. 6, 427 *trucidentior* r. 6, 582 *nec op$\overset{n}{i}$do* **Q**^{1}. 6, 788 *arvo* ex *ardo* **b**^{1}. 12, 706 *vidui* ex *vului* **C**. talia cum facile corrigi possint, rarius apparent.

2) Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde 26 (1901) p. 232 sq.

abest ab insulari scriptura, eo magis vestigia cernuntur. compluribus autem libris intermissis ea diminui vel fere deleri consentaneum est. sed iam communem eorum codicum fontem *ω* eadem scriptura exaratum fuisse comprobatur. nam pro eo quod 1, 474 in **P** recte legitur *per*, in *ω* *post* substitutum est. quae diversitas egregie illo scribendi genere explicatur. accedunt aliae litterarum commutationes quae eodem pertinent: 3, 426 *vanos* **P**: *varios ω*. 3, 672 *Flamina* **P**: *Flumina ω*. 4, 289 *clitor* **P**: *cliton ω*. 6, 20 *lacessant* **P**: *lacessunt ω*. 6, 536 *rotantur* **P**: *notantur ω*. 6, 669 *ea viso* **P**: *exhausto* (*x* ∼ *a*) *ω*. 6, 827 *urgentibus* **P**: *ingentibus ω*. 8, 371 *riget* **P**: *nitet ω*. 8, 570 *Primam* **P**: *Primum ω*. 9, 876 *patebunt* **P**: *patebant ω*. 10, 411 *laevam* **PBC**: *laevum ω*. quoniam igitur **P** quoque a codice insulari descendat — id quod ante demonstravimus[1]), quamquam augeri potest vis argumentorum —, quicquid codicum Thebaidis superest, a duobus exemplaribus pendet, quorum unum Iuliani cuiusdam v. c. fuit, alterum communis fons codicum *ω*. ex utroque transcripti sunt insulari scriptura singuli codices, unde pendent et **P** et ceteri libri.

CAPVT TERTIVM

quae ratio intercedat inter **P** et *ω*.

vicini utriusque familiae proavi fuerunt. unde non miramur, inter eas fuisse quoddam commercium. nec enim aliter explicatur, quod et nullus vulgatae codex non hic vel illic cum **P** contra cognatos suos conspirat et ipse **P** a vulgata nonnullas lectiones accepit. illud quod ante paucis indicavi[2]), iam exemplis illustrabimus, ut appareat quanta sit hic illic similitudo vel in minimis rebus. cuius similitudinis vestigia in eis nimirum codicibus largissime patent, qui et ipsi diligentissime scripti sunt et non nimis multis libris intermissis ad communem originem ascendunt. quo in numero

---

1) Philol. 61 (1904) p. 158 sq.
2) Hermes 40 (1905) p. 352.

praesertim sunt libri **BSDLQN**. sed ne in reliquis quidem desunt certae vicissitudines. quae nec casui tribuendae sunt nec coniectura inventae. nam conferas quaeso e. g.

de **b**: 3, 398 *epidarius* **P**: *epid$\overset{u}{a}$rius* **b**^{1}. 5, 280 *qua rere* **Pb**: *qua rara ω*.[1]) 6, 70 *rogo* **PbB**^{1}**M**$^\sigma$: *toro ω*. 7, 686 *aufertur* **PbB**^{1}: *infertur ω*. 7, 737 *iactus* **P**: *iactu≡* **bB**: *iaculo ω*. 8, 107 *ini ω*: *inii* **PbL**$^\sigma$. 9, 157 *is ω*: *his* **PB**: *≡is* **b**. 9, 276 *capetum* **P**: *calet(h)um ω*, ex utroque contaminata lectio codicum **Bb** *caplethum* (cf. frg. Werd. *ca≡letum*). 10, 651 *menoeceu ω*: *menoeceum* **Pb**: *-ceu≡* **B**.

de **C**: 1, 223 *pelago ω*: *pelagus* **PC**^{1}**D**^{1}. 2, 62 *volat ω*: *meat* **PCK**. 3, 392 *oeniden ω*: *-dem* **PC**. 3, 649 *annos* **PC**^{1}: *argos ω*. 6, 20 *lacessant* **PCM**$^\sigma$: *lacessunt ω*. 6, 563 *atalantes ω*: *-tis* **PCM**$^\sigma$. 6, 901 *citat* **PC**: *ciet ω*. 7, 172 *qui* **PC**: *quin ω*. 7, 530 *rabidi* **PCK**: *rapidi ω*. 8, 529 *ire ω*: *irae* **PCB**. 8, 562 *agmina ω*: *agmine* **PC**. 8, 669 *oblivio* **PCν**: *oblivia ω*. 9, 258 *et e* **PCDf**: *et ω*. 10, 172 *pectora ω*: *pectore* **PC**: *pectorae* **f**^{1}. 10, 411 *laevam* **PCB**: *laevum ω*. 10, 470 *tactis* **PCBL**^{1}: *tactos ω*. 11, 215 *adeptum ω*: *ademptum* **PCν**^{1}: *ade≡ptum* **B**. 11, 545 *turbatos* **PC**: *turbatus ω*. 12, 266 *ipse ω*: *ipsa* **PCK**^{2}. 12, 309 *dea ω*: *de* **PC**. 12, 643 *insumite ω*: *consumite* **PC**.

de **f**: 1, 422 *redeunt* **Pf**: *reddunt ω*. 3, 399 *tepentibus* **PMf**: *potentibus ω*.[2]) 4, 268 *tonat* **PD**: *sonat ω*, *sed in* **f** scribi coeptum *t-* vel *i-*. 5, 297 *declinia* (ex *declinantia* **f**) *ω*: *declinantia* **P**. 7, 14 *accendere ω*: *accedere* **Pf**. 7, 535 *ismenes ω*: *istmenes* **Pf**. 8, 670 *abiisse ω*: *abisse* **Pf**^{1}. 9, 240 *repugnat ω*: *repugnant* **f**: *repugna≡t* (*n*) **P**. 9, 286 *flumine ω*: *fulmine* **PM**^{1}**f**^{1}. 9, 383 *quo sospite* (ex *quos hospite* **f**^{2}) *ω*: *quos hospite* **P**^{1}. 10, 632 *orbem ω*: *urbem* **Pf**. 10, 661 *pugnantis* (ex *-tes* **f**) *ω*: *pugnantes* **P**. 11, 281 *sonorae ω*: *sonare* **Pf**^{1}. 11, 327 *et* om. **Pf**. 11, 585 *ef-*

---

1) 6, 61 genuina lectio praeter **P** etiam in **Qb** exstat, correctura inlata est in **LMKN**, sed potuit e Servio peti.

2) haud scio an originem erroris in *ω* obvii indicet lectio **B**^{1} *pentibus*.

fossae **ω**: *offensae* **Pf**. 12, 100 *Qua re* (ex *Quere* **f**^{1}) **ω**: *Quaere* **P**. 12, 247 *argia* **ω**: *argiva* **P**: *argi≡a* **f**. 12, 543 *ubi* **ω**: *ibi* **PfQ**. 12, 577 *sc(h)irona* **ω**: *c(h)irona* **Pf**.

de **g**: 2, 583 *tegmina nota* **Pgμ****Q**^{1}: *tegmine noto* (*-ta* **CK**) **ω**. 7, 297 *nymphae* **Pg**: *nympha* **ω**.

de **K**: 2, 170 *stirpemque* **P**^{c}**ω**: *stirpeque* **P**^{1}**K**. 2, 247 *merentur* **P**: *mere≡tur* **K**: *meretur* **ω**. 3, 161 *fatis* **PKN**^{1}: *factis* **ω**. 3, 698 *o ubi* **PQ** (unde nata lectio **K** *quo tibi*): *obvia* **ω**. 4, 66 *habet* **PK** frg. Monast.: *inest* **ω**. 10, 404 *descendit* **PKSμ**: *descendat* **ω**. 10, 830 *amentia* **PKB**^{1} mg. **D**^{1}**N**^{2}**L**$^\sigma$: *audacia* **ω**. 10, 875 *Hi* **PKN**: *Et* **ω**. 11, 114 *cardine* **ω**: *carmine* **PK**^{1}. 11, 429 *Exter honos* **PKND**^{c}: *Externos* **ω**. 11, 570 *Huc* **PK**^{1}**Q**^{1}**B**^{1}: *I* **ω**. 12, 3 *trepidas* **PKS** (*trepidus* **L**^{1}): *tepidas* **ω**. 12, 414 *vixdum* **ω**: *vix* **PK**.

de **M**: 2, 605 *passum* (ex *-us* **M**^{1}) **PMN**: *passus* **ω**. 4, 737 *inlidunt* **ω**: *inludunt* **P**: *$\overset{u}{i}$llidunt* **M**^{1}. 6, 30 *honoro* **ω**: *honorae* **P**: *honor$\overset{o}{e}$* **M**$^\sigma$. 6, 385 *aera* **PM**: *aethera* **ω**. 7, 56 *insignibant* **ω**: *insignabant* **P**^{1}**M**^{1}. 7, 92 *placabat* **ω**: *pacabat* **PM**^{1}**B**^{1}**Lbf**^{1}. 7, 523 *quidve* (*-que* **D**) *ista* **PMD**: *quid vestra* **ω**. 8, 148 *reliquit* **PML**$^\sigma$: *relinquit* **ω**. 9, 698 *hilaris* **ω**: *hilares* **PM**^{1}. 10, 57 *manu* **PM**: *manus* **ω**.

de **r**: 1, 154 *periit* **ω**: *perit* **Pr**. 3, 136 *Ungue* (*-ge* **P**^{c}) **P**^{c}**ω**: *Igne* **P**^{1}**r**^{1}. 4, 750 *neclecta* **PrQ**^{c}**N**^{2}: *nec laeta* **ω**. 4, 756 *arquitenens* **Pr**^{1}: *arcitenens* **ω**. 5, 462 *clamatur lemnos* **P**: *lemnos clamatur* **r**^{1}**L**^{1}**Nν**: *lemnos celebratur* **ω**. 7, 588 *idan* **Pr**: *idam* **ω**. 8, 26 *serunt* **PrNν**: *ferunt* **ω**. 9, 23 *mirantur* **Pr**: *miserantur* **ω**.

de **μ**: 3, 301 *ne* **ω**: *nec* **Pμ**. 4, 376 *et* **PμD**: *est* **ω**. 4, 712 *charadrus* **ω**: *carandrus* **Pμ**^{1}. 5, 295 *e* om. **PμS**^{1}. 5, 349 *fugientum* **ω**: *fugientium* **Pμ**. 5, 466 *datur* **Pμ**: *datum* **ω**. 6, 536 *rotantur* **Pμ**: *notantur* **ω**. 6, 823 *Dicit* **Pμ**: *Dixit* **ω**. 6, 842 *unde* **Pμ**: *inde* **ω**. 7, 500 *exilio* **ω**: *exillio* **P**: *exi≡lio* **μ**. 7, 553 *abibit* **Pμ**: *abibunt* **ω**. 8, 215 *et* **P**: ≡ **μν**: om. **ω**. 9, 5 *furebas* **ω**: *ferebas* **Pμν**^{1}. 9, 317 *indulgete* **ω**: *indulgere* **P**^{1}**μS**. 9, 449 *asopos* **ω**: *asopus*

Pμ. 9, 672 *Hypseos* ω: *Hipseus* **P**μ. 9, 849 *iam* om. **P**μ^1. 10, 319 *aonios* ω: *aonius* **P**μ.

de ν: 1, 346 *rigentis* ω: *regentis* **P**ν. 2, 514 *vulnera* **P**ν**N**: *vulnere* ω. 3, 100 *dignum est* **P**ν^1: *dignum* ω. 3, 574 *Bissenos* (*no*^{s} ν^2) . . . *dies* **P**ν: *Bisseno* . . . *die* ω. 4, 805 *arta* ω: *alta* **P**ν^1**C**. 9, 35 *polynicis* ω: *polycinis* **P**ν. 9, 879 *laxata* ω: *lassata* **P**ν^1. 10, 814 *danaum* **P**ν: *danao* ω. 12, 589 *iusta* ω: *iuxta* **P**ν^1: *iuxsta* **M**.

de fragmentis Werdensibus: 9, 749 *eurition* ω: *erythion* **P**: *ericion* frg. Werd. 10, 319 *Calpetus* **P** frg. Werd.: *Palpetus* ω.

de fragmento Worcesteriensi: 2, 156 *plebique* ω: *plebiṣque* **P**^{1}: *plebisque* **W**.

de codicibus **BLQSDN**[1]) ex longissima serie pauca propono exempla atque ea potissimum, quibus contaminatio cernitur:

1, 518 *alteque* **P**: *altosque* ω: *altesque* **B**^{1} (natum ex hac imagine: *alt*$\overset{e}{o}$*sque*). 2, 153 *dextra* **PC**: *atra* ω: *atra* <u>*dextra*</u> (del. **B**^{3}) **B**: $\overset{ł\ atra}{dextra}$ **Q**^{2}: $\overset{ł\ dextra}{atra}$ **D**. 3, 75 *volantes* ω: *volentes* **PB**: *vol*$\overset{a}{ẹ}$*ntes* **Q**^{1}. 3, 499 *cunctis* ω: *cuncta* **P**: *cunct*$\overset{a}{i}$*s* **B**^{1}: *cunct*$\overset{a}{ị}$*s* **Q**^{1}: *cunctas* **b**: *cunct*$\overset{is}{a}$*s* **D**. 3, 548 *iam* om. **PB**^{1}. 3, 636 *fati* (in ras. **B**^{1}) **PB**: *prima* ω: $\overset{fati}{prima}$ **D**. 3, 641 *metus* **P**: *nefas* ω: *metis* ex *nefas* **B**^{1}. 4, 74 $\overset{ł\ dirceus}{direcus}$ **P**^{c}: *di*$\overset{rceus}{ṛẹc̣ṭụṣ}$ **B**^{1}. 5, 359 *salo* (ex *solo* **B**^{1}**Q**^{1}**C**^{1}) ω: *solo* **P**. 5, 369 *arquato* **PB**^{1} mg.: *aequato* **B**$^1\omega$: $\overset{ał\ ar\overset{q}{ç}uato}{aequato}$ **Q**^{1}. 5, 405 *hortatibus* ω: *hortantibus* **P**: *horta*≣*tibus* **BQ**. 5, 420 *quierunt* ω: *quierant* **PDr**: *qui*$\overset{v}{e}$*rant* **B**^{1}. 6, 252 *domi* **B**$^3\omega$: *domus* (ex *-mi* **B**^{1}) **PB**^{1}. 7, 104 *vovebat* **P**: *volebat* ω: *vol*≣*ebat* (*v*) **B**. 7, 782 *rapidae* **B**^{1} mg. ω: *trepidae* **PB**^{1}.

---

1) de **L**$^\sigma$ cf. 5, 494. 4, 506. 8, 148. 9, 449. 10, 849. 11, 541.

8, 17 *ustaeque* **PB**^{1} mg.: *vastaeque* **B**^{1} ω. 8, 197 *chrisenque* **P**: *chrysamque* **BQ**: *cirrhamque* ω. 8, 399 *Ense* ^{m}*inax* **P**^{c}: *Ensem inax* **B**. 8, 515 *Aequet* (ex *-at* **B**^{1}) ω: *Aequat* **P**. 9, 159 *is* ω: *his* **PB**: ⦙*is* **b**. 9, 588 *terga* (ex *torva* **B**^{1}) ω: *torva* **P**. 9, 731 *Decidit* **PB**^{1}**Q**^{2}**D**: *Effugit* **B**^{1} mg. ω. 9, 844 *hinc* **PB**: *hi*^{n}*c* ω: *hic* **Q**^{1}. 9, 875 *umquam* **PD**: *usquam* ω: *u*^{s}*m*̣*quam* **B**^{1}**L**$^\sigma$. 10, 210 *vade* **P**: *~~s~~uade* **B**^{1}: *suade* ω. 10, 665 *mittes* ω: *mittis* **PBL**^{1}. de 10, 823 cf. apparatus criticus. 10, 909 *non* **PB**^{1}**L**^{1}: *nam* ω. 11, 45 *E*^{s}*xpirat* **P**^{1}: *Procumbit* ω: *Pro*^{cumbit}*expirat* **B**^{1} (natum ex hac imagine *Procumbit*^{expirat}): ^{cumbit}*Expirat* **D**. 11, 230 *-que ferens* **PB**: *feriens* ω: *fe*^{i}*rens* **Q**^{1}**L**$^\sigma$. 11, 285 *ararum* **PBL**^{1}: *armorum* ω: *annorum* **DN**^{2}**K**^{1}. 11, 647 *ligabat* **PB**^{1}**L**: *legebat* **B**^{1} mg. ω. 12, 134 *calles* (ex *colles* **B**^{1}) **PBD**: *colles* ω. 12, 194 *furiis* **PN**^{2}: *curis* (ex *furiis* **B**^{2}**Q**^{1}) ω. 12, 489 *secta* **PL**^{1}: *serta* ω**L**$^\sigma$: *secta*$^{ł\ serta}$ **B**^{1}. 12, 627 *salamin* **P**: *salami*^{s}~~*n*~~ **B**^{1}: *salamis* (*-mi*⦙ ν^2) ω. 12, 805 *clamet* ω: *clamat* **P**: *clam*^{e}*at* **B**^{1}**Q**^{2}. vel in minutissimis saepe rebus **P** et **B** potissimum consentire, quibusdam locis comprobo: 2, 693 *alitae* **P**: *alit*⦙*e* **B**. 3, 20 *ensae* **P**: *ens*⦙*e* **B**. 7, 446 *Despectus* ω: *Dispectus* **PB**. 12, 463 *deprehendere* **PB**.

ex reliquorum codicum similitudinibus speciatim de **S** hic agendum censui quippe qui eiusdem monasterii proles sit, cuius **P**. quamobrem etiam maiorem inter hos libros exsistere affinitatem haud temere suspicamur. quae opinio largis exemplis comprobatur, e quibus pauca eligo:

1, 22 *teque* **P**^{1}: *tuque* **P**^{c} ω: ^{te}~~*tu*~~*que* **S**. 1, 478 *mulcentem* ... *regem* ω: *mulcente* (*-te*⦙ **P**) ... *rege* **PS**. 2, 383 *caestom* **PS**. 2, 295 *hac* ω: *ac* **PS**. 3, 269 *pulcherrime* ω: *pulcherrima* **P**: *-m*^{e}*a* **S**^{2}. 4, 559 *fosso* **PS**: *sulco* ω: *fossa* **B**^{1} mg. 6, 427 *solito* **P**: ⦙*solito* **S**: *insolito* ω. 6, 458 *Is* ω: *It* **P**: *Its* **S** (quae lectio ad hoc exemplar pertinet *I*^{s}*t*). 6, 917 *de-*

solavimus ω: *desolabimus* **PSN** (item **B**^{1} ut videtur). 8, 10 *furvo* ω: *fulvo* **PS**. 8, 488 *utroque* **P**: *utrimque* ω: *utr*$\overset{i}{o}$*nque* **S** (quod natum est ex *utr*$\overset{o}{i}$*nque*). 9, 17 *pulchra* ω: *ultra pulchro* **P**^{1} (nempe fuit $\overset{pulchr}{ultra}$ *o*): *ultra pulchra o* **S**. 9, 88 *conlato* (ex *-ta* **P**^{1}) **PS**. 10, 711 *honos ibi* ω: *tibi honor et* **P**^{1}: *tibi honos* **S**. 11, 633 *gaudens* ω: *gaudent* **P**, unde in **S** contaminatione natum *gaudentis*. 12, 555 *theseu* ω: *these* **PS**. praeterea cf. 2, 577. 3, 704. 5, 399. 7, 457. 7, 470. 7, 746. 8, 553. 9, 64. 9, 74. 9, 93. 9, 847. 10, 916. 12, 3.

iam vero gravissima exoritur quaestio, utrum ex **P** ipso an ex eius maioribus hae similitudines repetendae sint. qua in re quamquam illud commendari videtur talibus locis quales sunt 1, 478 ubi correctura effectum est in **P** quod in **S** legitur: *mulcente* **P**: *mulcente* **S** vel 10, 20 ubi *ferit* **S** ortum est male intellecto compendio vocis *fer̄*, quae totidem litteris in **P** scripta est, tamen altius eam affinitatem ascendere haud paucis locis comprobatur, quibus in singulis libris ω ea invenitur lectio, ex qua quod in **P** exstat, procreatum esse manifestum est. conferas velim hos locos:

3, 429 *Excutit urget* ω: *Excutit*▒ *urget* **P**: *Excutitur get* **B**

6, 764 *hebetantque* ω: *habetantque* **L**^{1}: *habitantque* **P**

7, 65 *mugire refractis* ω: *mugirere fractis* **L**^{1}: *mugibere fractis* **P**

7, 204 *sagis* ω: *sacis* **S**: *sacris* **P**

8, 325 *rape tam* ω: *rape¦tam* **L**^{1}: *repetam* **P**

9, 383 *quo sospite* ω: *quos hospite* **P**^{1}: *quos hospite* **f**^{1}

9, 391 *nec iam* **D**: *nec tam* **P**: *iam nec* ω

9, 907 *crimen* Imhofius: *munus crimen* **B**: *munus* ▒ ▒ **Q**: *munus* ω: *crinem* **P**

10, 538 *locantur* Buryus: *legantur* **S**: *locuntur* **P**: *leguntur* ω

11, 424 *discrimen apertis* ω: *discrimina pertis* **L**^{1}: *discrimina certis* **P**^{1}

11, 464 *malle* ω: *melle* **f**: *mille* **P**

11, 746 *solutas* **B**^{1}**L**^{1}**QD**^{1}: *solutus* **P**: *peractas* *ω*.[1])

quibus ex locis recte mihi videor concludere ultra **P** lectiones illas communes ascendere. itaque ubicumque unus vel complures ex codicibus *ω* cum **P** consentiunt, aut huius exemplar aut ipsum Iuliani codicem manifesto tenemus. quae cum ita sint, fieri potest, ut etiam in singulis codicibus *ω* genuina lectio servata sit, non coniectura restituta, quae in **P** leviter corrupta est, e. g. 10, 89 *oblivio* **L**^{1}: *oblivia* **PL**$^{\sigma}$ *ω*. 9, 290 *mimanta* **BD**: *mi*$\overset{u}{n}$*anta* **P**^{c}. eodem refero etiam 4, 51 quo loco **D** cum **Σ** consentit in lectione *stagilla*[2]), *strangilla* exhibet **P**. utrumque autem nomen cum corruptum sit, tamen editores foedissimam aequo animo tulisse permiror interpolationem, quae pro corrupta lectione in *ω* inrepsit *langia*. Langia enim Argolidis fons inepte hic commemoratur. hoc unus Scriverius sensit. tamen *Strongyla* quod ille excogitavit, nec metro sufficit nec aptum fonti nomen praebet. quaerenti autem in terra Sicyonia fontem — nam de hac terra res est — ultro se offert Stazusa de quo fonte Pausanias 2, 7, 4 haec narrat: *πρὸς δὲ τῇ πύλῃ* (oppidi Sicyonis) *πηγή ἐστί σφισιν ἐν σπηλαίῳ, ἧς τὸ ὕδωρ οὐκ ἄνεισιν ἐκ γῆς, ἐπιρρεῖ δὲ ἐκ τοῦ ὀρόφου τοῦ σπηλαίου· καὶ καλεῖται δι᾽ αὐτὸ Στάζουσα ἡ πηγή*. haec nonne optime respondent verbis Statianis *quos pigra vado Stazusa tacenti lambit*? itaque propius abest lectio **DΣ** a veritate quam **P**.

iam restat inquirendum id quod antea seposuimus, nempe quae ratio intercedat inter **P**^{1} et **P**^{c}. qua de re hos quaeso mihi considera locos:

1, 22 *teque* **P**^{1}: *tuque* **P**^{c}*ω*. 1, 24 *omnes* **P**^{c}*ω*: *illas* **P**^{1}. 1, 161 *non si* **P**^{1}: *quid si* **P**^{c}*ω*. 1, 356 *magno* **P**^{1}: *facto* **P**^{c}*ω*. 1, 357 *in undas* **P**^{1}: *ad arctos* **P**^{c}*ω*. 3, 136 *Ungue* (*-ge* **P**^{c}) *tremens* **P**^{c}*ω*: *Igne premens* **P**^{1}. 3, 145 *ad* **P**^{c}*ω*: *in* **P**^{1}. 3, 180 *fuit* **P**^{1}: *ruit* **P**^{c}*ω*. 5, 128 *simul* **P**^{1}: *super*

1) saepius in **P** verba corrupta ita mutata sunt, ut verba latina existerent, sensus obrueretur.

2) nam hoc ab initio in **Σ** extitisse, ipsa codicum varietate cognoscitur.

P^{c} *ω*. his igitur locis cum **P**^{c} consentiat ita cum *ω*, ut coniectura eius lectio reperta esse nequeat, **P**^{c} aliquo modo ab *ω* pendere cognoscitur. accedit quod **P**^{c} scholia novit, quae a codicis Iuliani stirpe aliena sunt. hoc licet concludere ex 6, 7 *pulvereumque fera crinem detersit oliva*, ubi *feracem* supra vocem *fera* adnotavit **P**^{c}. accusativus cur scriptus sit, apparet ex *Σ possumus et feram pro feraci intellegere.*

sed haud raro etiam textus **P**^{1} cum *ω* congruit, **P**^{c} servavit genuinam lectionem aut **P**^{1} supra scripsit, quod quin e codice Iuliani petitum sit, nequit dubitari. cf. 1, 55 *Pa*^{u}*lp*^{s}*at* **P**^{1}: *Pulsat ω* quo loco quamquam editores omnes *pulsat* probaverunt, tamen hoc verbum ad vocem *solum* — nempe de oculi solo accipiendum — minime quadrat. immo hac voce perperam de terra accepta *pulsat* videtur scriptum esse, cum fortior notio desideraretur. 1, 234 *inmeritae* (ł e supra) **P**^{c}: *inmeritae ω* quo loco item dissentio a ceteris editoribus, quibus lectio *ω* placuit. 1, 264 *fumant* **P**^{1}: *fumat ω*. hic recte Müller pluralem recepit, quo Statius uti solet duobus notionibus subiecti sequentibus. 4, 655 *icaria ω* **P**^{1} mg.: *uvifera* **P**^{1}. *uvifera* quamquam in codice Iuliani fuisse veri simile est, tamen nisi quis caeca ei se admiratione adplicat, hanc lectionem probare nequit. 5, 230 *ingerit* **P**^{1} mg.: *inserit* **P**^{1} *ω*. 12, 378 *regi*^{s}*a* **P**^{1}: *regis ω*. quo loco cum eligendum sit altera ex lectionibus *regia* et *regis* — nam erroris suspicio abest —, ego *regia* cum aliis de causis praetuli, tum quod elisione in fine versus facta Statius enuntiatum continuari aut interrumpi indicare solet. id quod hoc loco aptissimum est. interrumpitur enim sermo Argiae exclamatione *ei mihi! num quis adest?* 12, 588 *vetat* **P**^{1} *ω*: *fugat* **P**^{1} mg. 12, 709 *interea contra* **P**: *at contra ω*. quo de loco Kohlmanni sententiam sequor, qui *interea* in textum recepit. in exemplari autem codicis **P** procul dubio haec fuit imago:
at contra
interea. iam vero cum glossa vel varia lectio cum ipso textus vocabulo in transcribendis codicibus haud raro locum

mutaverit — unum affero exemplum in re confessa 5, 731
oeclides
amfiaraus P^1 —, apparet in exemplari codicis **P** e vulgata varias lectiones additas fuisse. itaque et vulgata cum codice Iuliani quodammodo coniuncta est et **P** cum vulgata, id quod minime mirum est, praesertim cum ex eisdem regionibus et **P** et codices **ω** originem duxisse demonstratum sit.

huc usque nostrum erat separare duas stirpes **P** et **ω**, ut unde quaeque lectio tracta esset, liceret cognoscere. iam ultra progredimur, ut exponamus quomodo diversitas stirpis Iulianeae et vulgatae orta sit. nam quamvis **P** ceteris codicibus antecedat, tamen non temere eum sequi licet. immo cum nec interpolationibus careat hic codex nec erroribus, unoquoque loco diligenter reputandum est, utri stirpi fides sit habenda. velut quin 3, 710 *parens* in **P** pro genuina lectione *pater* interpolationi debeatur, non dubito. cf. etiam 7, 88 quo loco versus mutilus fuisse videtur in codice Iuliani *nondum arma,* quod damnum P^1 resarcire conatus est iuxta adscripta voce *quiescunt* — nec enim continuo haec verba scripta sunt —: vera servata sunt in **ω**: *nondum arma carinis.* 8, 276 *prodita* **ω**: *prodigia* **P** quod temere mutatum videtur ex errore *prodica.* 8, 536 *certa indignatus* **ω**: *certum indignantur* **P**; nempe *indignatur* pro *-tus* scriptum fuit, deinde illud effectum ut quilibet sensus existeret. verba latina scribere satis habuit librarius **P** etiam 12, 672 ubi pro genuinis verbis *imagine torva* in **P** exstat *in agmine torvo.* alia interpolationis exempla supra dedimus, alia in apparatu critico hic illic notavimus.

sed ut recte eligere possimus, quomodo vulgatae discrepantiae exortae sint, enucleandum est. unum autem fontem mutationis detexit Otto Müller[1]), illustravit Garrodius[2]) paucis exemplis, sed ex parte minus idoneis. nam 1, 356 *agmine facto,* quod exstat in P^c **ω**, Vergiliana auctoritate[3]) esse corruptam ex genuina lectione *agmine magno* rectissime

---

1) in adnotatione ad Theb. 1, 356.
2) praef. p. XI.
3) cf. Aen. 1, 83. 8, 595 Georg. 3, 167.

Müller monuit. nihilominus et Kohlmannus et Wilkinsius futtilem illam lectionem amplexi sunt. in sequenti quoque versu Vergili locus[1]) quidam ansam dedit mutandi: *gelidas . . . ad arctos* **ω**: *gelidas . . . in undas* (sic **P**[1]) procul dubio verum est. etiam 2, 9 *transabiit animam* multo elegantius dictum est quam quod rursus Vergili imitatione[2]) in **ω** inrepsit: *transabiit costas.* praeterea cf. 4, 16 et 5, 13 quo loco Vollmer[3]) genuinam lectionem revocavit *quo fera cogit hiemps* exturbata imitatione Vergiliana[4]) *cum fera ponit hiemps* (sic **ω**).

deinde in **ω** peccatum est eadem ratione qua peccari solet in transcribendis libris. nam praeter oculorum errores mente quoque peccatum est eo quod synonyma vel vicinae notiones pro genuinis vocibus substituebantur, e. g. 2, 126 *eripitur* **P**: *erigitur* **ω**. 3, 73 *gestis* **P**: *gliscis* **ω**. 3, 88 *Absciderat* **P**: *Abstulerat* **ω**. 3, 130 *rigant* **P**: *replent* **ω** aliaque multa; quamquam ne **P** quidem a talibus erroribus immunis est, e. g. cf. 1, 572 *saevis* **ω**: *maestis* **P** ubi fortius vocabulum desiderari praecipue propter notionem *amens* Garrodius recte sensit; 9, 9 *Cadmeia pubes* **ω**: *Cadmeia proles* **P** contra Stati usum, qui voce *proles* nisi de naturali cognatione non utitur. haud raro etiam verborum collocationem proprio Marte immutavit is a cuius opera codices **ω** pendent. semper in hac re videtur praestare **P**.

plurimis autem locis difficiliorem quam **P** praebet lectionem, **ω** in vulgarem ac tritam pessumdedit. cf. e. g. 3, 412 ubi cum *calidis* quod optime dictum est, non intellegeretur, inane atque ineptum attributum *roseis* substitutum est. errores autem e minuscula scriptura repetendi non exstant communes in **P** et **ω**.[5])

1) Aen. 6, 16 *gelidas . . . ad Arctos.*

2) cf. Aen. 9, 432 *ensis . . . transabiit costas.*

3) Rhein. Mus. 51 (1896), p. 29.

4) cf. Aen. 7, 23. 10, 103.

5) errat de hac re Garrodius praef. p. VI: quae inde conclusit, futtilia sunt. itaque nec quod de archetypo omnium codicum et **P** et **ω** saeculo fere octavo scripto nec quod de duplici Thebaidis editione protulit abusus Theb. 12, 812 sq. Silv. 4 praef.

sed nolo cumulare exempla: diffidendum esse vulgatis libris nec tamen temere fidem esse habendam Puteaneo elucet. itaque ubicumque duae stirpes differunt, utrius lectio magis apta sit et usui Statiano et sensui loci diligenter quaerendum.

CAPVT QVARTVM

de origine stirpium ω et **P**.

iam si quaerimus quibus temporibus quave regione vulgatus ille textus constitutus sit, duae res viam quodammodo ostendere possunt. nam Alcimus Avitus episcopus Viennensis, qui Gundobadi regis Burgundionum aequalis erat, eandem lectionem videtur imitatus, quam exhibet ω Theb. 3, 345 *et forte verendos concilio pater ipse duces cogebat Adrastus.* cf. Avit. carm. 6, 509 *verendos religione senes.* quo loco si **P** genuinam servavit lectionem *verendus* — qua de re nunc mihi dubitatio exorta est, praesertim cum minus apte et duces nullo et Adrastus duobus epithetis ornari videatur —, Alcimus textum vulgatum legit.[1]) sed utut hoc loco res se habet, alterum exstat argumentum, quod eodem spectat. Sul-

---

18. 1 praef. 6, recto stant talo. haec coniectura si vera esset, si alteram editionem ω, alteram **P** praeberet, eis locis, ubi gravis discrepantia est inter duas stirpes, in utraque stirpe sana apparere necesse esset. atque ex tribus locis, quibus suam opinionem firmari arbitratur Garrodius, unus plane nihil facit ad rem. cf. quae de 10, 490 supra p. X sq. exposuimus. nisi quis forte eo potissimum loco usus velit ostendere, qua ratione vel maximae varietates exoriri potuerint. nec plus valent ad eius opinionem probandum reliqui duo. nam et 4, 555 et 10, 134 quin lectio **P** unice vera sit, neque quisquam dubitavit neque potest dubitari. quod vero in ω exstat, plane alienum est. videtur autem ortum esse versu a librario lecto et e memoria scripto.

1) quod Claudiano Sidonio textum ω praesto fuisse contendit Garrodius praef. p. VII, velim accuratius eum indicare quibus haec sententia locis nitatur. nam equidem eam neque refutare possum neque probare.

picius enim Severus cum dial. 2 (3), 10, 4 Statii versum Theb. 8, 751 his verbis laudat: *nimirum ut dixit poeta nescio quis*[1]) — *utimur enim versu scolastico, quia inter scolasticos fabulamur* —: *captivumque suem mirantibus intulit Argos,* scholia Statiana videtur novisse, in quibus exstant haec: *clamantibus cum admiratione faventibus.* tantum enim abest ut Severi auctoritate commotus *mirantibus* probem — Garrodii animum huc inclinare satis miror —, ut *clamantibus* longe praestare iudicem. scholia autem cum argumentis a Iulianea stirpe aliena sunt. tamen de eis accuratius disputandi hic locus non est. quam rem in aliam occasionem differimus. sed verisimile esse arbitror vulgatae stirpem in Gallia saeculis quinto ac sexto pullulasse. post saeculum certe sextum num omnino a quoquam ibi lectus sit Statius, admodum dubium est.

contra Iulianeam stirpem ex Italia esse procreatam cum similitudine textus Priscianei[2]) et Puteanei, tum maxime affinitate codicum Puteanei et Etonensis in Achilleide demonstratur. nam Etonensis Beneventana quae dicitur scriptura exaratus est saeculo XI. hunc codicem quod accuratius nunc quam in illo opere recensendo novimus, Garrodii merito factum est, qui in Achilleidis editione plena eius codicis collatione usus est.

tamen de pretio libri ante Schenkelius[3]) rectius quam Anglus editor iudicavit.[4]) ille enim cognovit Etonensem codicem contaminatum esse ex libro quodam optimae notae — unde errores quidam Puteanei emaculantur huius codicis auxilio — et ex libro pessimo, id quod ex 1, 397 potissimum perspicitur, ubi in Etonensi maiore initiali et versu bis posito initium alicuius libri indicatur, qua in re ille codex cum pessimae notae libris consentit, nec minus versu interpolato

---

1) cave ex hac significatione concluseris e memoria Statium citari. docta enim haesitatione doctrina obtegitur, quo magis eluceat.

2) cf. Hermes 40 (1905) p. 341 sq.

3) Wien. Stud. 4 (1882) p. 96 sq.

4) rem exposui Berl. Philol. Woch. 27 (1907) p. 592 sq.

1, 772 recepto, quem praeter Garrodium nemo editor agnovit. pendere autem Etonensem a codice Carolina scriptura exarato apparet ex Ach. 2, 136 ubi *-t* finalis ea scriptura invenitur. id vero exemplar procul dubio collatum erat cum exemplari quodam antiquissimo eiusdem stirpis ad quam Iuliani codex pertinuit. quod apud Benedictinos Italiae inferioris servatum fuisse non miratur qui quanti pretii libros possederint, memoria tenet. quam rem Schenkelius perspexerat, nugis obstruere conatus est Garrodius, cum dicit in Achilleidis praefatione: *num enim credi potest codicem qui toties cum solo Puteaneo consentit, numquam veram lectionem a Puteaneo ceterisque amissam servasse?* itaque non mirum quod Etonensem in manifestis quoque interpolationibus sequitur velut Ach. 1, 506. 1, 723 ut alia omittam.

denique ut breviter qualia fata Statii Thebaidis fuisse videantur, proponamus, omnium codicum archetypus non ante quartum saeculum nec tamen post quintum scriptus procreavit saeculo quinto sextove in Italia codicem Iuliani, eisdem temporibus in Gallia regnavit eius progenies. dein codex ille Iuliani saeculo octavo multis damnis affectus ab Aelberhto archiepiscopo Eboracensi in Britanniam videtur esse translatus, unde Caroli Magni aetate per Alcuinum, si coniecturae locus datur, eius apographum insulari scriptura exaratum in Galliam pervenit. a quo codice recta via descendit Puteaneus. eadem fere aetate vel paulo ante e latebris emersit codex ab initio mutilus, unde libri *ω* propagati sunt. tunc et ex codicis **P** exemplari lectiones quaedam in singulos codices *ω* inrepserunt, et in illud ex altera stirpe quaedam inlata sunt. a duodecimo fere saeculo cum Thebais et Achilleis magis etiam lectitari coeptae essent, multi codices scripti sunt, denuo et inter se collati et cum **P** ipso, unde recentiorum librorum turba (ς) emanavit. in quibus hic illic aliquid recte emendatum est, ceterum probi nihil inest.

quoniam de codicibus quaestiones quatenus fieri poterat, absolvimus, restat ut tabulam proponamus eorum nominum quae in apparatu critico laudavimus.

Baehrens coniecturas suas per litteras cum Kohlmanno communicavit.

Barthii editio post mortem auctoris prodiit Cygneae 1664.

Bentleii coniecturas Hauptius edidit (opusc. III 1876 p. 126—136).

Bernartii editio Antverpiae 1595.

Bitschofsky *de Apollinaris Sidonii studiis Statianis* 1881.

Burmanni coniecturae ex Menkii schedis apud Kohlmannum referuntur.

Buryi coniecturae apud Wilkinsium proponuntur.

Deipser, *de P. Papinio Statio Vergilii et Ovidii imitatore.* diss. Argent. 5 (1881).

Deiter, Philol. 57 (N. F. 11) 1898 p. 343—344.

Dilthey ad Th. 6, 543 apud Müllerum laudatur.

Dübneri editio Parisiis 1835.

Ellisii coniecturae apud Garrodium exstant.

Erdmann, *Collectanea* Fleck. Jahrb. 119 (1879) p. 832.

Friesemann, *Analecta critica* 1786 p. 203—227.

Garrodii editio Oxonii 1906.

Gevartii editio Lugduni Batavorum 1616.

Gronovii editio Amstelodamae 1653.
cf. Gronovii *in P. Papinii Statii Silvarum libros V diatribe* 1637 (ed. Hand, Lipsiae 1812).

Gruteri editio Heidelbergae 1600.
cf. Gruteri *suspiciones in Statii Theb. libr. I cum animadversionibus F. Handii.* Progr. Jenae 1851.

Gudii coniecturae ex Menkii schedis apud Kohlmannum referuntur.

Guyeti animadversiones in versione Gallica exstant quam edidit Michael de Marolles Parisiis 1658.
cf. J. Uri, *François Guyet* Paris 1886.

D. et N. Heinsiorum coniecturae ex Menkii schedis et excerptis Berolinensibus apud Müllerum et Kohlmannum laudantur.

Helm, *de P. Papinii Statii Thebaide* 1892.[1])

---

1) in nota ad 6, 51 adscripta errore 1896 legitur.

Housmani coniecturae apud Wilkinsium proponuntur. praeterea cf. Class. Rev. 20 (1906) p. 37.

Imhof, *emendata quaedam et observata in Statii Silvas.* Halae 1867.

„ *Statius' Lied von Theben.* 1885—1889.

Iortinus, Tracts philol. crit. II 1790 p. 424—444.

Klotz, Philol. 61 (N. F. 15) 1902 p. 292—310.

„ Rhein. Mus. 59 (1904) p. 373—390.

„ Hermes 40 (1905) p. 341—372.

cf. etiam Archiv für latein. Lexikographie 15 (1907) p. 401—417.

Koch, *Coniectaneorum in poetas Latinos pars altera.* Progr. Francofurti ad Viadr. 1865 p. 4—13.

Koestlin, Philol. 35 (1876) p. 493—533.

„ „ 36 (1877) p. 176—181.

„ „ 37 (1877) p. 276—292.

praeterea de multis locis coniecturas cum Kohlmanno per litteras communicavit.

Kohlmanni editio Lipsiae 1884.

Lachmanni coniecturas ex editionis Bipontinae exemplari Berolinensi Müller exscripsit.

cf. Scripta minora II (1876) p. 47 sq.

Legras, *Étude sur la Thébaide de Stace.* Paris 1905.

Lemairei editio cum Amario curata prodiit Parisiis II 1825. III 1827.

Leo, Senecae tragoediae I (1878) p. 107.

Lindenbrogius cf. Tiliobroga.

Madvig, *Adversaria critica II* (1873) p. 152—157.

Marklandi coniecturae in Silvarum editione propositae sunt.

Müller, *Quaestiones Statianae.* progr. Berolini 1861.

„ Rhein. Mus. 18 (1863) p. 189—200.

„ *P. Papini Stati Thebais et Achilleis* I Lipsiae 1870.

„ *Electa Statiana.* progr. Berolini 1882.[1])

„ Woch. f. Philol. 20 (1903) p. 195 sq.

1) ad 1, 390 errore scriptum est *1884.*

Nauke, *Observationes criticae et grammaticae ad P. Papinium Statium.* diss. Vratislaviae 1863.

Owen, Class. Rev. 19 (1905) p. 172 sq.[1])

Peyraredi coniecturas ex schedis Berolinensibus protulit Müller.

Phillimorii coniecturae apud Garrodium,

Postgatii apud Wilkinsium propositae sunt. praeterea cf Class. Rev. 18 (1904) p. 301.

Queckii editio II. Lipsiae 1854.

Sandstroem, *Studia critica in Papinium Statium.* Upsala universitets årsskrift 1878.

Schraderi coniecturas edidit Hauptius Opusc. III (1876) p. 126—136.

Scriverius ex Menkii schedis apud Kohlmannum laudatur.

Slateri coniecturae apud Wilkinsium proferuntur.

Tiliobrogae (Lindenbrogii) editio Parisiis 1600.

Unger, *P. Papinii Statii Ecloga ultima. accedunt de Statii locis controversis coniectanea.* Novae Strelitiae 1868.

Vollmer, Rhein. Mus. 51 (1896) p. 27—34.

Wakefieldi coniecturae apud Müllerum laudantur.

Weber, *commentatio de Stati codice Cassellano.* progr. Marburgi 1853.

Wilkinsii editio Londini 1904 (*Corpus Poetarum Latinorum ed. Postgate IV*).

apparatum criticum sic institui, ut ubicumque a codicis Puteanei litteris recessissem, accuratissime adnotarem, ex reliquis autem libris eas potissimum lectiones adscriberem, quibus aut de origine singulorum aliquid efficitur aut cognatio codicum illustratur. qua in re ad ipsa poetae verba constituenda nonnulla omitti potuisse atque esse homines quibus inutiles eae ambages videantur, ne ego quidem sum nescius. sed et in singulis libris vetustioribus vera tradita esse posse ostendi et historiam textus Statiani indicare in animo habui. cui rei male profecto consuluissem, si duo-

1) in nota ad 10, 527 corrige: *vel assere duro.*

bus aut tribus codicibus electis reliquorum turbam neglexissem, praesertim cum minime omnes Stati codices noti sint.

sed priusquam Thebaidem multos vigilatam per annos in publicum emittimus, gratias agere decet eis quibus adiutoribus quolibet modo in ea edenda usus sum. atque inprimis ut collationes codicum ipse conficerem, factum est insigni liberalitate praefectorum bibliothecarum Lipsiensis Mediceo-Laurentianae Monacensis Parisinae, qui codices mihi miserunt vel apud se ut conferrem permiserunt. deinde Ottonis Mülleri filia collationes et ab ipso patre et in eius usum ab aliis viris doctis confectas mihi tradendas curavit, ne patris egregia de Statio merita laterent. in corrigendis autem plagulis amici Ioannes Lamer Lipsiensis et Georgius Lehnert Gissensis otium suum collocare non dedignati sunt.

scripsi Argentorati mense Ianuario 1908.

Alfredus Klotz.

NOTARVM INDEX

P = codex Parisinus 8051 (Puteaneus) saec. IX (vel X ineunt.) (praef. p. VIII).

P[1] = ipsius librarii manus.

P^{c} = corrector aequalis.

P^{r} = recentiores correctores.

ω = ceteri codices aut omnes aut praeter eos qui separatim citantur.

W = fragmentum Worcesteriense saec. IX (adhibetur ad 2, 70—285. praef. p. VI).

D = codex Cantabrigiensis (Dovoriensis) saec. X (praef. p. VI).

D^{c} = correcturae et glossae ab ipso librario scriptae.

N = codex Cheltoniensis saec. X vel XI (praef. p. VII).

S = codex Parisinus 13046 (Sangermanensis) saec. X (praef. p. XII).

r = codex Roffensis saec. XI (praef. p. VIII).

Turon. = codex Parisinus nov. acqu. 1627 (Turonensis) saec. X (praef. p. XIV).

A = fragmentum Lipsiense I 12a saec. X (continet 4, 352—753. praef. p. XVII).

B = codex Bambergensis N IV 11 saec. XI (praef. p. XVII).

L = codex Lipsiensis I 12 saec. XI (praef. p. XIX).

L$^{\sigma}$ = correctur aequalis, qui scholia quoque adscripsit.

Q = codex Parisinus 10317 saec. X (praef. p. XII).

K = codex Guelferbytanus (Gudianus 54) saec. XI (praef. p. XXVI).

M = codex Mediceus Plut. 38, 6 saec. XI (praef. p. XXXVIII).

f = codex Monacensis 6396 (Frisingensis) saec. XI (praef p. XXIV).

b = codex Bernensis 156 (Danielis) saec. XI (praef. p. XIV).

c = codex Cassellanus 164 saec. XI (praef. p. XXV).

μ = codex Monacensis 312 (Schedeli) saec. XII (praef. p. XXVIII).

ν = codex Monacensis 19481 (Tegernseensis) saec. XII (praef. p. XXIX).

g = codex Leidensis 374 (Gronovianus) saec. XI (praef. p. XXXVII).

frg. Monast. = fragmenta Monasteriensia Deycksii saec. XII (?) (praef. p. XXX).

frg. Werd. = fragmenta Werdensia saec. XI (praef. p. XXXIII).

Σ = scholia vel scholiasta.

Σ^{l} = scholii lemma.

Σ^{t} = scholii textus.

ł atque

Usque **Q**^{2}**b**^{1} *indicat correcturam in* **Q** *ab altera manu effectam in* **b** *ab ipso librario, et similia similiter.*

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER I.

Fraternas acies alternaque regna profanis
decertata odiis sontisque evolvere Thebas,
Pierius menti calor incidit. unde iubetis
ire, deae? gentisne canam primordia dirae,
Sidonios raptus et inexorabile pactum
legis Agenoreae scrutantemque aequora Cadmum?
longa retro series, trepidum si Martis operti
agricolam infandis condentem proelia sulcis
expediam penitusque sequar, quo carmine muris
iusserit Amphion Tyrios accedere montes,
unde graves irae cognata in moenia Baccho,
quod saevae Iunonis opus, cui sumpserit arcus
infelix Athamas, cur non expaverit ingens

TESTIMONIA 1, 1 *Serv.* Aen. 1 pr. p. 5 Statius: fraternas . . . regna 3 cf. *Ennod.* carm. 2, 66, 5 6 *Auct. Class.* ed. Mai IX p. 387 inexorabilis unde Statius: et inexorabile . . . Agenoreae 9 *Ps. Acro* Hor. carm. 3, 11, 2 (*de Amphione*) quo carmine . . . montes

---

STATII POETAE LIBER THEBAID PRIMVS INCIPIT ∴ **P**
1, 1—388 *desunt in* **K**; 1, 1—2, 66 *in* **N** (*suppl. man. rec. saec. XV*) 2 sontesque **P** 5 rapt$\overset{v}{o}$s $\mathbf{P}^r$ 6 scrutantenque **B** 10 amphyon **P** tyrios **P**ω: Tyriis *Gronovius, sed cf. 1, 181 et Verg. Aen. 11, 131* 11 cognota **P** 12 arcus **P**ω: -um Σ^1**DLC**^{2}**b**$\mu\nu$ *Turon. cf. 1, 658. 9, 649 Silv. 2, 1, 143. 3, 1, 34 al.*

Ionium socio casura Palaemone mater.
atque adeo iam nunc gemitus et prospera Cadmi
praeteriisse sinam: limes mihi carminis esto
Oedipodae confusa domus, quando Itala nondum
signa nec Arctoos ausim spirare triumphos
bisque iugo Rhenum, bis adactum legibus Histrum
et coniurato deiectos vertice Dacos
aut defensa prius vix pubescentibus annis
bella Iovis teque, o Latiae decus addite famae,
quem nova mature subeuntem exorsa parentis
aeternum sibi Roma cupit. licet artior omnis
limes agat stellas et te plaga lucida caeli,
Pleiadum Boreaeque et hiulci fulminis expers,
sollicitet, licet ignipedum frenator equorum
ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
imprimat aut magni cedat tibi Iuppiter aequa
parte poli, maneas hominum contentus habenis,
undarum terraeque potens, et sidera dones.
tempus erit, cum Pierio tua fortior oestro
facta canam: nunc tendo chelyn satis arma referre

---

28 *Myth. Vat.* 3, 8, 10 de hac corona in principio Thebaidos Statius: ipse . . . imprimat 33 *Auct. Class.* ed. Mai IX p. 149 chelys lyra cithara. Statius Thebaidos: numero tendo chelyn

---

15 adeo **Pω**: ideo $B^3L^2Q^2C^1\mu$ 16 limes (-is **L**) **PωΣ**: limen *Baehrens* 18 spirare P^1 *Heinsius, Bentleius*: sperare P^r **ωΣ**
ł prius
20 coniurato deiectos *ex* -tos deiecto P^r 21 vix **ω**: vi[illegible] **P** tuis Q^1 22 Iovi *Lachmannus*, *sed cf. Silv. 1, 1, 79* teque o *Klotzius*:
u te
teque o P^c (*vel* P^r): ~~tu~~que o **S**: tuque o **ω**: tuque ut *Lachmannus* 23 mature *Lachmannus*: maturi **Pω**; *nisi forte maturus is dicitur qui senex obiit* subeunte (-m *add.* P^r) **P**
e omnes
24 omnis Q^1: illas (*sscr.* P^c, *exp.* P^r) **P** 26 Pliadum **M** iulci Bb^1C 28 alte **Pω**: late *Schrader* 29 aut **Pω**: ac *Baehrens*
ł laurigero
magni *ex* -a **C** 32 pierio P^c: pierio **Σ** (*om. Monac.*): laurigero **ω** tu **B** 33 tendo **Pω**: tento *Gronovius* caelin **P**
r
referte Q^1 *recte distinxit Bentleius*

Aonia et geminis sceptrum exitiale tyrannis
nec furiis post fata modum flammasque rebellis
seditione rogi tumulisque carentia regum
funera et egestas alternis mortibus urbes,
caerula quom rubuit Lernaeo sanguine Dirce
et Thetis arentis adsuetum stringere ripas
horruit ingenti venientem Ismenon acervo.
quem prius heroum, Clio, dabis? inmodicum irae
Tydea? laurigeri subitos an vatis hiatus?
urguet et hostilem propellens caedibus amnem
turbidus Hippomedon, plorandaque bella protervi
Arcados atque alio Capaneus horrore canendus.
  impia iam merita scrutatus lumina dextra
merserat aeterna damnatum nocte pudorem
Oedipodes longaque animam sub morte tenebat.
illum indulgentem tenebris imaeque recessu
sedis inaspectos caelo radiisque penates

---

36 **Σ** 4, 641 sic et in primo: tumulisque . . funera 37 *Auct. Class.* ed. Mai IX p. 193 egestus foras emissus vel vacuatus. Statius Thebaidos: egestas alternis mortibus urbes (*cf. p. 252*) 38 *Ps. Acro* Hor. carm. 4, 2, 25 Dirce enim fons est apud Thebas. unde Statius: caerula cum . . Dirce 41 *Auct. Class.* ed. Mai IX p. 336 inmodicus i. intemperatus. unde Statius Thebaidos: inmodicum irae (ne *cod.*) Tydea 45 **Σ** 8, 378 ut ipse superius: atque alio . . canendus 48 **Σ** 11, 582 mortem inperfectam: caecitatem, ut ipse in primo: longaque animam sub nocte trahebat (*apparet ab initio fuisse* sub morte)

---

35 fa≡ta **B** rebelles **P** 37 egest$\overset{a}{\equiv}$s (-i-) **P**[1] 38 quom *Klotzius*: $\overset{\text{cū}}{\text{quạm}}$ **P**[1]: cum **ω** 39 Tethys et *Lachmannus, sed cf. 5,709. 9,362 Silv. 4,6,18 al.* arentes **P** 40 hismenon **Mf** 43 Urget **P** hostilem . . amnem **PBDQC**: hostile . . agmen (*ex* hostilem . . amnem **L**[1]; *ex* hostile . . amne **ν**[2]) **ω** 45 alio **Pω**: alto *Friesemannus (Collect. crit. p. 204sq.), Lachmannus, sed cf. Silv. 4, 1, 23. 1, 5, 46 al.* horrere **r** 48 Oedippodes **Pf** $\overset{\text{morte}}{\text{morte}}$ **P**: nocte **D**: nocte **ω** *(e versu 47)* tenebat (*linea infra ducta a* **P**[r]; te$\overset{\text{n}}{\text{ṛ}}$ebat **r**) **Pω**: trahebat **Σ** 11, 582 ς

servantem tamen adsiduis circumvolat alis
saeva dies animi, scelerumque in pectore Dirae.
tunc vacuos orbes, crudum ac miserabile vitae
supplicium, ostentat caelo manibusque cruentis
palpat inane solum saevaque ita voce precatur:
'di, sontes animas angustaque Tartara poenis
qui regitis, tuque umbrifero Styx livida fundo,
quam video, multumque mihi consueta vocari
adnue, Tisiphone, perversaque vota secunda:
si bene quid merui, si me de matre cadentem
fovisti gremio et traiectum vulnere plantas
firmasti, si stagna peti Cirrhaea bicorni
interfusa iugo, possem cum degere falso
contentus Polybo, trifidaeque in Phocidos arto
longaevum inplicui regem secuique trementis
ora senis, dum quaero patrem, si Sphingos iniquae
callidus ambages te praemonstrante resolvi,
si dulcis furias et lamentabile matris
conubium gavisus ini noctemque nefandam

---

52 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 170 Dirae, -arum furiae, eo quod durae sint. unde Statius Theb. sceleris perstant in pectore Dirae 60 **Σ** 1, 56 cum dicit: si bene quid merui 62 **Σ** 7, 347 (*Cirrha*) habet stagnum Apollini consecratum. de quo ipse ait superius: si stagna petii Cirrhaea bicorni 64 **Σ** 7, 344 ut ipse in primo: trifidaeque . . regem

---

52 dies **Pω**: lues *Friesemannus l. l. at dies animi corporis nocti opponitur* scelerumque **Pω**: pelluntque *Baehrens*: saliuntque *O. Müller 1884 p. 15* dirae **Pω**: curae *Friesemannus* 53 Tunc ($\overset{T}{\text{Ṇ}}$unc **Q**^{1}) **ω**: Tum **P** 55 palpat *Klotzius*: $\text{P}\overset{u}{\text{a}}\text{l}\overset{s}{\text{p}}\text{at}$ **P**^{1}: Pulsat **ω** 56 Dii **PMLQCb**^{1}**μ** 59 tesifone *ex* ti- **P**^{r} 61 gremio *ex* genio **f**: $\overset{\text{gremio}}{\underline{\text{genio}}}$ **Q**^{1} 63 $\text{iug}\overset{o}{\text{e}}$ **P**^{1} possem **P**: possim **ω** 64 polipo **BQ** $\text{ar}\overset{ce}{\text{ṭọ}}$ **P**^{r}**L**^{2}: arto ($\text{ar}\overset{v}{\text{ṭ}}\text{o}$ **Q**^{1}: arto *ex* -vo **C**^{1}: arvo **C**^{2} *mg.*) **ω**: arce **DMν** (-ce *in ras.* **νM**^{2}) 65 implicui **P** 66 spingos (spy- **b**: -is **L**) **ΣLMfμb** 67 temet monstrante **C**^{1} (*corr.* **C**^{2}) 68 dulces **P** 69 inii **PSLf**^{1}

saepe tuli natosque tibi, scis ipsa, paravi,
mox avidus poenae digitis caedentibus ultro
incubui miseraque oculos in matre reliqui:
exaudi, si digna precor quaeque ipsa furenti
subiceres. orbum visu regnisque carentem
non regere aut dictis maerentem flectere adorti,
quos genui quocumque toro; quin ecce superbi
— pro dolor! — et nostro iamdudum in funere reges
insultant tenebris gemitusque odere paternos.
hisne etiam funestus ego? et videt ista deorum
ignavus genitor? tu saltem debita vindex
huc ades et totos in poenam ordire nepotes.
indue quod madidum tabo diadema cruentis
unguibus abripui, votisque instincta paternis
i media in fratres, generis consortia ferro
dissiliant. da, Tartarei regina barathri,
quod cupiam vidisse nefas, nec tarda sequetur
mens iuvenum; modo, digna, veni, mea pignora nosces.'

---

74 Σ 1, 56 orbum . . parentem (car- P^b) 80 *ibid.* tu saltem . . ades e. t. i. p. o. n. 81 *Serv.* Aen. 1, 185 (*de totus et omnis*) Statius et totos . . . . nepotes, id est omnes

---

70 $\overset{n}{\text{▒}}$atosque (s-?) P^1 tibi ut scis C 71 avidus ω: $\overset{i}{a}\overset{v}{u}dens$ P^1: $a\overset{i}{u}dus$ b^1 72 miseraque Pω: -osque *Garrodius* matre Pω: mente ς *Bentleius*: morte *Peyraredus; cf. Silv. 2, 1, 152* 74 carentem PLC^{2}μr^{2}Σ *ad 1, 56*: parentem ωΣ^1 (*sed videtur explicare* car-) 77 in funere P^r: in funere ς: funere ω. *versum cum in suo optimo codice deesset, omitti posse Barthius dixit probatus Lachmanno, cf. Mus. Rhen. 59 (1904) p. 380* 80 tu▒ C 81 poenam in totos *coni. Baehrens; sed* totos in *valet* in totos ordire *ex* -ne b^1 nepotes Pω: penates ς *Koestlinius* 83 abripui Pς: abrupi ω $\text{inst}\overset{in}{r}\text{ucta}$ Q^2 85 dissiliant Pω: multi dissiciant legunt Σ tartaregi (-g- *del.* L^1) L baratri P 86 sequetur *ex* -itur L^{σ} 87 modo digna veni mea pignora nosces Pω: mea digna, veni modo, p. n. ς *Baehrens, cum hyperbaton non agnosceret. multis coniecturis inutilibus locus temptatus*

talia dicenti crudelis diva severos
advertit vultus. inamoenum forte sedebat
Cocyton iuxta, resolutaque vertice crines
lambere sulpureas permiserat anguibus undas.
ilicet igne Iovis lapsisque citatior astris
tristibus exiluit ripis: discedit inane
vulgus et occursus dominae pavet; illa per umbras
et caligantes animarum examine campos
Taenariae limen petit inremeabile portae.
sensit adesse Dies, piceo Nox obvia nimbo
lucentes turbavit equos; procul arduus Atlans
horruit et dubia caelum cervice remisit.
arripit extemplo Maleae de valle resurgens
notum iter ad Thebas; neque enim velocior ullas
itque reditque vias cognatave Tartara mavult.
centum illi stantes umbrabant ora cerastae,
turba minor diri capitis; sedet intus abactis
ferrea lux oculis, qualis per nubila Phoebes
Atracia rubet arte labor; suffusa veneno
tenditur ac sanie gliscit cutis; igneus atro

---

91 Σ 1, 566 ut supra: sulphureas . . undas 92 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 113 citatior, citatissimus. unde Statius Thebaidos ponens comparativum ait: ilicet . . . astris 97 *ibid.* p. 428 piceus, -a, -um i. obscurus. unde Statius Thebaidos: piceo . . nimbo (*cf. p. 462*) 104 Σ 11, 584 intus: ipse alibi: sedet intus . . . oculis *Auct. Class.* ed. Mai IX p. 50 abactus. intromissus: Statius Thebaidos: sedet . . oculis

---

88 seve(r)ṭos **Q**^{1} 89 Avertit **L** inamenum (nam) **Q**^{2} 90 iu(x)⁝ta **P**^{1} 91 sulphureas **P** 92 austris ł astris **B**^{1}: austris **LQfr** *Turon.*: a(u)stris **b**^{1} 93 exiliit **b** 94 pavit **Q** illẹ(a) **Q**^{1} 96 Taenareae **ω** 97 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**^{1} *mg.* 98 athla⁝s (-n-) **PQ**: -as **ω** 102 cognatave **ω**: -que **PQΣ**^{1} 103 s(t)antes **P**^{1} cerastae **ω**: -assae **P** 104 minor **Pω**: minax *Lachmannus*, *sed opposita est anguis quam manu Furia gestat* sedet *s. l. add.* **D**: sed et (ł sedet) **L**$^\sigma$ 105 phobes **P** 106 Attracia **PB**^{1}**Mf**^{1}**b** labor (*ex* color **P**^{1}) (ł color) **Pω**: labor **M**$^\sigma$: color *in ras.* **f**^{2}: decor *Lachmannus*; color *fortasse legit* **Σ**: qualis color est lunae deficientis arte magica

ore vapor, quo longa sitis morbique famesque
et populis mors una venit; riget horrida tergo
palla, et caerulei redeunt in pectora nodi:
Atropos hos atque ipsa novat Proserpina cultus.
tunc geminas quatit ira manus: haec igne rogali
fulgurat, haec vivo manus aera verberat hydro.
  ut stetit, abrupta qua plurimus arce Cithaeron
occurrit caelo, fera sibila crine virenti
congeminat, signum terris, unde omnis Achaei
ora maris late Pelopeaque regna resultant.
audiit et medius caeli Parnassos et asper
Eurotas, dubiamque iugo fragor inpulit Oeten
in latus, et geminis vix fluctibus obstitit Isthmos.
ipsa suum genetrix curvo delphine vagantem
abripuit frenis gremioque Palaemona pressit.
atque ea Cadmeo praeceps ubi culmine primum
constitit adsuetaque infecit nube penates,
protinus adtoniti fratrum sub pectore motus,
gentilisque animos subiit furor aegraque laetis
invidia atque parens odii metus, inde regendi

---

109 *Σ* 3, 264 rigentes: erectas sive horribiles. ut Virgilius: riget . . . palla 118 *Comm. Bern.* Luc. 5, 71 Parnasus mons Phocidis de quo Statius: audiit . . . Parnassus 122 *Serv.* Aen. 7, 518 pressere ad pectora natos. Statius: pressitque Palaemona mater

---

108 Ire **C** 109 rigit (e *suprascr.*) **L**^{2} horida **L** 110 pectore **Q** 112 Tunc **P***ω*: Tum *Σ* ira manus **PLf***μν*: ira minas ɫ manus (ɫ illa *suprascr.*) **B**^{1}: ira manus **Q**^{2}**D** (manus *ex* minas **D**$^?$): ira minas (ɫ illa manus *suprascr.*) **r**: ira minas **b**: usque manus (*eras.* ira) **C**: ira minax *Heinsius*: *idem vel* ira minans *Gronovius* 113 ydro **Mb** 117 Hora **L** manus (ris *suprascr.*) **Q**^{2} 118 parnassos **P**: parna‖sos **B**: -asus *vel* -assus *ω* 119 impulit **P** 120 vi‖ (x *suprascr.*) **P**^{1} 122 Abripuit **PBSQC**: Arripuit **MLDb***μν*: Aripuit **f**: Abrupit ς 124 nube **P***ω*: tabe ς *Barthius* 126 Gentilisque **P**ς: -esque *ωΣ* fragor **f**

saevus amor, ruptaeque vices iurisque secundi
ambitus inpatiens, et summo dulcius unum
stare loco, sociisque comes discordia regnis.
sic ubi delectos per torva armenta iuvencos
agricola imposito sociare adfectat aratro,
illi indignantes, quis nondum vomere multo
ardua nodosos cervix descendit in armos,
in diversa trahunt atque aequis vincula laxant
viribus et vario confundunt limite sulcos:
haud secus indomitos praeceps discordia fratres
asperat. alterni placuit sub legibus anni
exilio mutare ducem. sic iure maligno
fortunam transire iubent, ut sceptra tenentem
foedere praecipiti semper novus angeret heres.
haec inter fratres pietas erat, haec mora pugnae
sola nec in regem perduratura secundum.
et nondum crasso laquearia fulva metallo,
montibus aut alte Grais effulta nitebant
atria, congestos satis explicitura clientis;
non inpacatis regum advigilantia somnis
pila, nec alterna ferri statione gementes
excubiae nec cura mero committere gemmas
atque aurum violare cibis: sed nuda potestas
armavit fratres, pugna est de paupere regno.
dumque uter angustae squalentia iugera Dirces
verteret aut Tyrii solio non altus ovaret

---

152 *Σ* 2, 433 horrida Dirces: memor poeta superiorum. nam ait: dumque . . . verteret

---

129 impatiens **P** unum **P***ω*: uno **D**: imo ς: uni *Heinsius* 130 regnis (-s *add.* **D**[2]*ν*[1]) **P***ω*: regni ς *Scaliger* 131 sic ubi **P***ω*: sicuti *Baehrens contra Stati usum* dilectos (ł de) **M**[1] 135 indivisa (er) **Q**[2] 143 *om.* **L**[1], *add.* **L**[2] 144 fulva **P***ω*: fulta **M**[1]: fulta (ł fulva) **LfC**[2]*μν* *Müller, sed non columnae ex metallo factae* 145 effulta **P***ω*: effossa *Koestlinius* 146 clientes **P** 147 impacatis **P** 152 uter *ex* iter **M**[1] dircae **Qf**

exulis ambigitur, periit ius fasque bonumque
et vitae mortisque pudor. quo tenditis iras,
a, miseri? quid si peteretur crimine tanto
limes uterque poli, quem Sol emissus Eoo
cardine, quem portu vergens prospectat Hibero,
quasque procul terras obliquo sidere tangit
avius aut borea gelidas madidive tepentes
igne noti? non si Phrygiae Tyriaeque sub unum
convectentur opes. loca dira arcesque nefandae
suffecere odio, furiisque inmanibus emptum
Oedipodae sedisse loco. iam sorte carebat
dilatus Polynicis honos. quis tunc tibi, saeve,
quis fuit ille dies, vacua cum solus in aula
respiceres ius omne tuum cunctosque minores,
et nusquam par stare caput? iam murmura serpunt
plebis Echioniae, tacitumque a principe vulgus
dissidet, et, qui mos populis, venturus amatur.
atque aliquis, cui mens humili laesisse veneno
summa nec inpositos umquam cervice volenti
ferre duces, 'hancne Ogygiis', ait, 'aspera rebus

---

164 **Σ** 1, 312 quia superius dixit: iam sorte carebat . . . honos 173 **Σ** 2, 85 Ogygii . . Thebani ab ⟨Ogyge rege⟩ indigena, ut ante: Ogygiis, ait, aspera . . . vicem

---

154 periit **ω**: perit **Pr** 155 iras **Pω**: irae *Lachmannus* 157 poli *ex* -o P^1 emissus **Pω**: mensurus f: (ǂemissus) mensurus M^1: emersus *Heinsius* 158 porta . . Hibera ς *Gruter* 160 Avius **ω**: Aut notus **P** borea **ω**: -ree **P** 161 non si **Σ** *Klotzius*: (ǂquid) non si P^c: quid si **ω** tyriaeque $P\Sigma^t$: -ve $\omega\Sigma^1$ 162 converrentur *Modius*: conferrentur *Baehrens* loca **Pω**: sola *Postgatius* 163 Suffecere **ω**: -fic- **P** immanibus **P** e(m)ptum P^1 164 loco **Pω**: toro *Schrader* carebat (ca(r)n- Q^1) **Pω**: cadebat *Bernartius; cf. Vollmer 1896 p. 31* 165 tunc **Pbμν**: tum **ω** 167 (tuum) tecum Q^1 168 nu(s)mquam P^1 169 ethioniae **M** 170 mox **L** 172 impositos **P** 173 ogygiis *ex* oc- P^1

fata tulere vicem, totiens mutare timendos
alternoque iugo dubitantia subdere colla?
partiti versant populorum fata manuque
fortunam fecere levem. semperne vicissim
exulibus servire dabor? tibi, summe deorum
terrarumque sator, sociis hanc addere mentem
sedit? an inde vetus Thebis extenditur omen,
ex quo Sidonii nequiquam blanda iuvenci
pondera Carpathio iussus sale quaerere Cadmus
exul Hyanteos invenit regna per agros,
fraternasque acies fetae telluris hiatu
augurium seros dimisit ad usque nepotes?
cernis, ut erectum torva sub fronte minetur
saevior adsurgens dempto consorte potestas.
quas gerit ore minas, quanto premit omnia fastu!
hicne umquam privatus erit? tamen ille precanti
mitis et adfatu bonus et patientior aequi.
quid mirum? non solus erat. nos vilis in omnis
prompta manus casus, domino cuicumque parati.
qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus
vela trahunt, nutat mediae fortuna carinae,
— heu dubio suspensa metu tolerandaque nullis
aspera sors populis! — hic imperat, ille minatur.'
  at Iovis imperio rapidi super atria caeli
lectus concilio divum convenerat ordo

---

174 Pacta *Baehrens* tumentes **Q** 175 Alterno≣que (-s-) **P** 177 brevem *Baehrens* 179 caecis *Gruter* 181 Sidonius *Lachmannus; cf. 1, 5* nequiquam *ex* nequaquam **L**^{1} 184 hiatus *Lachmannus* 185 Augurum **B** 186 erecta torvum *Baehrens*: e rictu torva *Müller, cf. Imhofius ad h. l.* torva cervice **D** 190 adfatu **PLQDCf**^{c}**b**^{c}$\boldsymbol{\mu}$: effatu **BMf**^{1}$\boldsymbol{\nu}$**rb**^{1} *Turon.* 193 boreas gelidus **Q** eurus **P**$\boldsymbol{\omega}$: Auster *Kootenius ad Hom. lat. 737; cf. Hor. carm. 2, 16, 23 epod. 16, 54. 10, 5 Lucan. 2, 459 Sil. 10, 322*

194 traunt **B**: thraunt **b** 196 m(s)ors **P**^{1} hi≣c **Q**: hiærc **M**^{1} 197 imperio (*scripturus erat* -ii) **P**: imperiis $\boldsymbol{\omega}$ *cf. 2, 20. 7, 77. paulo aliter si quid sentio 6, 376. 10, 2 ubi generaliter dicitur pluralis* 198 Laetus **f**: Le(c)tus **Q**^{2}: Laetus (ł lectus) **M**^{1} con-

interiore polo. spatiis hinc omnia iuxta,
primaeque occiduaeque domus et fusa sub omni
terra atque unda die. mediis sese arduus infert
ipse deis, placido quatiens tamen omnia vultu,
stellantique locat solio; nec protinus ausi
caelicolae, veniam donec pater ipse sedendi
tranquilla iubet esse manu. mox turba vagorum
semideum et summis cognati nubibus Amnes
et conpressa metu servantes murmura Venti
aurea tecta replent. mixta convexa deorum
maiestate tremunt, radiant maiore sereno
culmina et arcano florentes lumine postes.
postquam iussa quies siluitque exterritus orbis,
incipit ex alto — grave et inmutabile sanctis
pondus adest verbis, et vocem fata secuntur —:
'terrarum delicta nec exsaturabile Diris
ingenium mortale queror. quonam usque nocentum

---

203 *Schol. vet. Bemb.* Ter. Andr. 5, 3, 30 (Hermes 2, 1867, p. 342) veniam licentiam, ut Statius primo libro: nec protinus . . . donhec . . esse manu   205 Σ 1, 720 ut supra ipse ait: mox . . . semideum   206 Σ 1, 365 nubigenas: qui pluviis augentur, ut: et summis . . . amnes   213 *Serv.* Aen. 2, 54 fata . . quae dii loquuntur, ut Statius: et vocem fata secuntur. *similiter* Aen. 10, 628

---

ci ‡c
silio **Q**^{2}: consilio ν^2 199 hinc **P**ω: huic *Marklandus ad Silv. 2, 7, 14*   iuxta **P**ω: iusta ς   200 et fusa *Marklandus ibidem*: effusa **P**ω 201 adquae **P**   unda **P**ω: una **Lrb** *Turon.*: unda ν^2 (‡una): una **M**$^\sigma$**Q**^{2} (d): una **f**^{2} (‡ima)   202 de[illegible]is **B**: deus ς   vultu **P**ω: nutu *Heinsius, quod redarguit Kohlmannus cl. 8, 82*   205 iubet ω: iuvet **P**   207 compressa **P**   209 tremunt **P**^{1} (f)   210 archano **P**   211 iuxta **f**^{2} (‡iusta)   212 immutabile **P**   213 facta ν^1ς   214 exsaturabile **P**ς: exsuperabile ω: exsaturabile **D** (‡exsatiabile): exsatiabile ς   215 quonam usque **PfCb**$^2\mu\nu^1$: quor[illegible]ıadusque **B**: quoadusque **MLQDb**$^1\nu^2$

exigar in poenas? taedet saevire corusco
fulmine, iam pridem Cyclopum operosa fatiscunt
bracchia et Aeoliis desunt incudibus ignes.
atque adeo tuleram falso rectore solutos
Solis equos, caelumque rotis errantibus uri,
et Phaethontea mundum squalere favilla.
nil actum, neque tu valida quod cuspide late
ire per inlicitum pelago, germane, dedisti.
nunc geminas punire domos, quis sanguinis auctor
ipse ego, descendo. Perseos alter in Argos
scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas.
mens cunctis inposta manet: quis funera Cadmi
nesciat et totiens excitam a sedibus imis
Eumenidum bellasse aciem, mala gaudia matrum
erroresque feros nemorum et reticenda deorum
crimina? vix lucis spatio, vix noctis abactae
enumerare queam mores gentemque profanam.
scandere quin etiam thalamos hic inpius heres
patris et emeritae gremium incestare parentis
appetiit, proprios monstro revolutus in ortus.

---

225 **Σ** 3, 441 Perseus enim Argis regnavit, ut ipse alibi: Perseos . . . scinditur 227 *Auct. Class.* ed. Mai IX p. 430 impostus . . . · i · perversus unde Statius Thebaidos: mens . . manet. *cf.* p. 291 235 **Σ** 10, 796 coitu revoluta . . ut ipse alibi: proprios monstro . . in ortus

---

216 se‖vire [ǂsevire] **f**: servire **r**: servire *Turon.* 219 ideo [ǂa] **P**[c]: adeo **r**[1]: ado *Turon.*: ideo **ω** 221 phoetontea **P** 222 actum est **b** 223 pelago **ω**: pelagus **P**ς: pelagus [ǂgo] **D**[1]**C**[2] 225 argos [ǂgros] **Q** 227 inposta **ω**: imposita **P**[1]: imposita ς manet **P**: manet [movet] **D**: movet (*ex* manet **M**[a]) **ω**; *locus varie, sed frustra temptatus* munera *Koestlinius* 228 a **P**ν: ab **ω** 230 nemorum **Pω**: memorum *Müller*: hominum *Marklandus ad Silv. 4, 2, 6; agitur de Pentheo et Agaue* 231 spatio lucis **Q** 233 impius **P** 234 emeritae *Klotzius*: inmeritae [ǂe] **P**[c]: inmeritae **ω** 235 monstro **Pω**: monstrum **D**ς *Scaliger* hortus **P** *alterum* iam *om.* **B**[1]**L**

ille tamen superis aeterna piacula solvit
proiecitque diem, nec iam amplius aethere nostro
vescitur; at nati — facinus sine more! — cadentes
calcavere oculos. iam, iam rata vota tulisti,
dire senex! meruere tuae, meruere tenebrae
ultorem sperare Iovem. nova sontibus arma
iniciam regnis, totumque a stirpe revellam
exitiale genus. belli mihi semina sunto
Adrastus socer et superis adiuncta sinistris
conubia. hanc etiam poenis incessere gentem
decretum; neque enim arcano de pectore fallax
Tantalus et saevae periit iniuria mensae.'
   sic pater omnipotens. ast illi saucia dictis
flammato versans inopinum corde dolorem
talia Iuno refert: 'mene, o iustissime divum,
me bello certare iubes? scis, semper ut arces
Cyclopum magnique Phoroneos inclyta fama
sceptra viris opibusque iuvem, licet inprobus illic
custodem Phariae somno letoque iuvencae
extinguas, saeptis et turribus aureus intres.
mentitis ignosco toris: illam odimus urbem,
quam vultu confessus adis, ubi conscia magni

---

245 *Eutych.* GL V 482, 28 Statius quoque in libro I Thebaidos extulit eius (*incessendi*) activum vel neutrale verbum infinitivum: hanc etiam . . . decretum est

---

sperare
241 Altorem **C** meruere **Q**² 243 semita **Q** 244 adiuncta **P**ω: ah iuncta *Lachmannus* 246 Decretum est *Eutyches* ς archano **P**: arcani *Baehrens, quod quominus ad*
ƚe
fallax *referamus, impedimur collocatione verborum* 247 seva **P**ᶜ
250. 249 **D**, *sed ordo restitutus* 252 phoroneos **P**: pharo-
o ƚlaeto
neos (-ran- f^r **C**²: phoraneos **Q**) ω 253 improbus **P** 254 lecto-
loe
que **M**¹: petoque **Q**² 255 Extinguas **P**ς: Restinguas (Restr- **M**¹) ω*Σ*; restinguere *apud Statium nisi proprie non legitur*
257 vultu **P**ω: vultum **Q**² *Baehrens*; confessus *i. te*

signa tori tonitrus agis et mea fulmina torques.
facta luant Thebae: cur hostes eligis Argos?
quin age, si tanta est thalami discordia sancti,
et Samon et veteres armis excinde Mycenas,
verte solo Sparten. cur usquam sanguine festo
coniugis ara tuae, cumulo cur turis Eoi
laeta calet? melius votis Mareotica fumant
Coptos et aerisoni lugentia flumina Nili.
quod si prisca luunt auctorum crimina gentes
subvenitque tuis sera haec sententia curis,
percensere aevi senium, quo tempore tandem
terrarum furias abolere et saecula retro
emendare sat est? iamdudum ab sedibus illis
incipe, fluctivaga qua praeterlabitur unda
Sicanios longe relegens Alpheos amores.
Arcades hic tua — nec pudor est — delubra nefastis
inposuere locis, illic Mavortius axis
Oenomai Geticoque pecus stabulare sub Haemo

---

264 *Ps. Acro* Hor. carm. 1, 37, 14 *propter adi.* Mareoticus: ut sunt: et Mareotides albae (Verg. Georg. 2, 91) et: Mareotica fumat Coptos 268 *Eutych.* GL V p. 473, 12 *propter verbum emendandi*: Statius Thebaidos libro I: quo tempore ... emendare facta

---

258 fulmina *ex* flu- **f**[r] torques (-s *add.* **L**[σ]) **L** 260 tanta *ex* -to **Q**[1]: tanti *Gronovius* 261 mycenas *ex* ms- **P**[1]

262 Ferte **C** sol$\overset{o}{e}$ **B**[1] 264 fumant *Müller*: fumaṇt **P**[1]: fumat **ω** 265 Comptos **f**; -tos (*vel* -tus) egypti *add.* **P**[1] *mg.* aerisoni *ex* -sonet **B**[1] 267 Haec sera subvenitque tuis **BML** (*praeter* H- *in ras.* **L**[1]) **Q** (*ordo genuinus restitutus suprascriptis* c b a *a* **Q**[1]) **fr**: Subvenitque tuis sera haec (-ub- *et* sera haec *in lac. scr.* **ν**[2]) **ν** cu$\overset{r}{ṭ}$is **Q**[1] 268 a quo *Madvigius Advers. crit. II p. 153*: atque hoc *Sandstroemius 1878 p. 40*

270 sat est **Pω**: facta *Eutyches* 271 fluctivaga *ex* -go **Q**[1] propterlabitur **f**: praeter p̣ṛọp̣ṭẹṛ labitur **ν**[2] 272 alphe$\overset{v}{o}$s **M**[1]**Q**[2] 273 Archades **P** ṅefândis **D** 274 Imposuere **P** a≡xis **f** 275 Oeno$\overset{\text{magi}}{\equiv}$geticoque **B**[1]

dignius, abruptis etiamnum inhumata procorum
relliquiis trunca ora rigent. tamen hic tibi templi
gratus honos, placet Ida nocens mentitaque manes
Creta tuos. me Tantaleis consistere tectis,
quae tandem invidia est? belli deflecte tumultus
et generis miseresce tui. sunt inpia late
regna tibi, melius generos passura nocentes.'
finierat precibus miscens convicia Iuno.
at non ille gravis dictis, quamquam aspera motu,
reddidit haec: 'equidem hau rebar te mente secunda
laturam, quodcumque tuos, licet aequus, in Argos
consulerem, neque me, si detur copia, fallit
multa super Thebis Bacchum ausuramque Dionen
dicere, sed nostri reverentia ponderis obstat.
horrendos etenim latices, Stygia aequora fratris
obtestor, mansurum atque inrevocabile verbum,
nil fore, quod dictis flectar! quare impiger alis
portantes praecede notos, Cyllenia proles,
aera per liquidum regnisque inlapsus opacis
dic patruo: superas senior se adtollat ad auras

---

279 tantaliis **P** terris **Qf**: terris (ł tectis) **M**^{1}: tectis (ł terr) ν^2: regnis **D** 280 tandem (ł tamen) ν^2 belli *om.* **D**, *add.* **D**^{1}*mg.* 281 miserere **D** impia **P** passuros (a) **f**^{2} 283 precibus miscens **PQMf**: miscens precibus ω convicia *ex* -vivia **f**^{r} 284 gravi dictis, quamquam aspera, motu *Barthius* motu(-s) **P**: motus *Gruter* 285 haurebar (d) **P**^{1}: haud rebar ω 287 si detur **P**ς: detur si ω 288 thebis ω: -as **P** dionem **PBMQb**: dionem (a) **f**^{r}: dianam *ex* -onen **L**$^\sigma$ 289 Diceres et (d) **P**^{c} 290 etenim latices **PB**: latices etenim ω 291 atque (*ex* et μ^1) inrevocabile μς: et inrevocabile (hoc et inr. **Q**) **P**ω: et non rev. ς verbum ς *Scriverius*: verum **P**ω 292 quod **P**ω: quo **LQf**μ: quo (ł quod) **M**^{1}: quod (ł quo) ν^2; *cf. Verg. Aen. 12, 11* alis ς: ales **P**ω 294 -quinlapsus (e) **P**^{1}: -que elapsus (in) **M**^{1}**Q**^{1}: -que elapsus **f** 295 se attollat **PSMQfr**: se tollat ω: se adtollat **L**$^\sigma$

Laius, extinctum nati quem vulnere nondum
ulterior Lethes accepit ripa profundi
lege Erebi; ferat hic diro mea iussa nepoti:
germanum exilio fretum Argolicisque tumentem
hospitiis, quod sponte cupit, procul impius aula
arceat, alternum regni infitiatus honorem.
hinc causae irarum, certo reliqua ordine ducam.'
  paret Atlantiades dictis genitoris et inde
summa pedum propere plantaribus inligat alis,
obnubitque comas et temperat astra galero.
tum dextrae virgam inseruit, qua pellere dulces
aut suadere iterum somnos, qua nigra subire
Tartara et exanguis animare adsueverat umbras.
desiluit, tenuique exceptus inhorruit aura.
nec mora, sublimis raptim per inane volatus
carpit et ingenti designat nubila gyro.
  interea patriis olim vagus exul ab oris
Oedipodionides furto deserta pererrat
Aoniae. iamiamque animis male debita regna

---

305 *Micon* (Poet. aevi Carol. III ed. Traube) 269: obnubitque comas (*ex* cenas *corr.*) . . . galero. *Auct. Class.* ed. Mai IX p. 378 *propter obnubendi verbum*: Statius in libro Thebaidos: obnubitque . . galero

---

296 et extinctum **P** 298 herebi **BMQfCrb** hic **P**: haec *ω* 301 regn$\overset{i}{u}$m **P**^{1} 302 Haec causae *Lachmannus, qui versum spurium censuit. quo dempto languet oratio* ducam **P**: dicam *ω* 303 athlantiades **P** 304 alis *ex* -as **P**^{1} 306 Tunc **b** 307 suadere *ex* sor- *vel* sau- **Q**^{2} 309 Dissiluit **D**: Di$\overset{e}{s}$siluit **Q**^{1}: Disiluit **r** $\overset{\text{ƚ perstrepit}}{\text{inhorruit}}$ **D** umbra **f** (*e v. 308*): umbra aura **Q**^{1}: $\overset{\text{ƚ aura}}{\text{umbra}}$ **M**^{1}**L**$^\sigma$ 310 sublimis **P** (*intellego accusativum*): -es *ω* 312 a▒boris (-r-) **f** 313 furt$\overset{o}{▒}$ **B**: furtim **b** furto pererrat deserta **L** 314 $\overset{ia}{\text{iamaimque}}$ **Q**^{1} animis **P***ω*: -mus **Q** *Baehrens*: -mi *Müller*

concipit, et longum signis cunctantibus annum
stare gemit. tenet una dies noctesque recursans
cura virum, si quando humilem decedere regno
germanum et semet Thebis opibusque potitum
cerneret; hac aevum cupiat pro luce pacisci.
nunc queritur ceu tarda fugae dispendia, sed mox
attollit flatus ducis et sedisse superbus
deiecto iam fratre putat: spes anxia mentem
extrahit et longo consumit gaudia voto.
tunc sedet, Inachias urbes Danaeiaque arva
et caligantes abrupto sole Mycenas
ferre iter inpavidum, seu praevia ducit Erinys,
seu fors illa viae, sive hac inmota vocabat
Atropos. Ogygiis ululata furoribus antra
deserit et pingues Baccheo sanguine colles.
inde plagam, qua molle sedens in plana Cithaeron
porrigitur lassumque inclinat ad aequora montem,
praeterit. hinc arte scopuloso in limite pendens
infames Scirone petras Scyllaeaque rura

---

325 *Prisc.* GL II 574, 16 Statius in I Thebaidos: 'et caligantes . . Mycenas' caligantes pro caligatas dixit cf. *Ps. Acro* Hor. carm. 1, 16. 17

---

contra Stati usum sicut Ach. 1, 97; nam animi *nusquam locativus est, sed pendet ex adiectivis. de plurali cf. e. g. Silv.* 1, 4, 75

317 decere [de, ł descendere] r 319 luce **P**ω: laude [ł luce] **M**[1]**Q**[2]**L**[σ] patisci [c] **M**[1] 320 trada **L** 321 /et sedisse superbus/ ducis **P**[1] superbum **Q** 322 iam **P**: se ω 323 Extrait **BQ**[1]**b**[1] 324 danaiaque **BMLQfbr**Σ 326 ducit *ex* -at **b** eriny **P**: herinys *vel* -rynis **BQMfbr**: herenis [i] **L**[1] 327 hac *ex* haec **P**[1] immota **P** 328 Atropas [o] **L**[1] sororibus **Q** 329 baccheo **P**ω (*i. a Bacchi comitibus profuso*): Pentheo *Barthius* 330 molle *ex* mole **C**[2]: mole [ł more] **D** chiteron **P** 331 lassumque **P**ω: laps- **QDb**ς: lassumque [ł lap] **M** montem **P**ω: molem *coni. Garrodius* 332 hi≡nc **Q** arce (-rc- *in ras.* μ[1]) μ 333 schirone **P**

purpureo regnata seni mitemque Corinthon
linquit et in mediis audit duo litora campis.
  iamque per emeriti surgens confinia Phoebi
Titanis late, mundo subvecta silenti,
rorifera gelidum tenuaverat aera biga:
iam pecudes volucresque tacent, iam Somnus avaris
inrepsit curis pronusque ex aethere nutat,
grata laboratae referens oblivia vitae.
sed nec puniceo rediturum nubila caelo
promisere iubar, nec rarescentibus umbris
longa repercusso nituere crepuscula Phoebo:
densior a terris et nulli pervia flammae
subtexit nox atra polos. iam claustra rigentis
Aeoliae percussa sonant, venturaque rauco
ore minatur hiemps, venti transversa frementes
confligunt axemque emoto cardine vellunt,
dum caelum sibi quisque rapit; sed plurimus Auster

---

338 *Serv.* Aen. 2, 272 (*cf.* 5, 721) *propter singularem* biga: Statius: rorifera . . biga; *cf.* *Pomp.* GL V p. 167, 20 sq. 344 *Serv.* Aen. 2, 268 et licet utrique tempori possit iungi (*crepusculum*), usus tamen ut matutino iungamus obtinuit, licet Statius (Lucanus **C**) dixerit: longa . . . Phoebo

---

334 regnat$\overset{a}{i}$ L^1 ditemque *Schrader*: mollemque *Lachmannus* chorintho$\overset{n}{m}$ P^c: corinthon (-n *add.* B^3) **B**: corithon Q^1 335 Linquit *ex* -id b^r duo audit littora b^1 litt$\overset{o}{e}$ra Q^1 336 $\overset{e}{m}$eriti L^1 337 Titan▒is **f**: Titanis et **P** subvecta $PC^1\mu\nu^2$: subiecta $\omega\Sigma$: subvecta (ł subiecta) D^1 338 tenua averat **Q** 339 somnis L^1 avaris $P\omega$: amaris **f** *Tiliobroga* 340 Inrepsit **P**ς: Inserpit ω: Inrepit ς pro▒nusque (-ti-) **f** ex aethere **P**ς: per aera ω 342 Promisera$\overset{e}{t}$ ν^2 $\overset{bi}{n}$ula L^σ 345 a terris $P\omega$: Atraciis *Sandstroemius 1878 p. 40* 346 po los b^r: ▒los **B** regentis $P\nu$ 347 perculsa **BCfb** 348 frementes $P\omega\Sigma$: minantes **L** 349 emotum *Müller* volvunt **b**: verrunt *Baehrens* 350 hauster **P**

inglomerat noctem, tenebrosa volumina torquens,
defunditque imbres, sicco quos asper hiatu
praesolidat Boreas; nec non abrupta tremiscunt
fulgura, et attritus subita face rumpitur aether.
iam Nemea, iam Taenariis contermina lucis
Arcadiae capita alta madent; ruit agmine magno
Inachus et gelidas surgens Erasinus in undas.
pulverulenta prius calcataque flumina nullae
aggeribus tenuere morae, stagnoque refusa est
funditus et veteri spumavit Lerna veneno.
frangitur omne nemus, rapiunt antiqua procellae
bracchia silvarum, nullisque aspecta per aevum
solibus umbrosi patuere aestiva Lycaei.
ille tamen, modo saxa iugis fugientia ruptis

---

352 *Serv.* Aen. 8, 429 tris imbris torti radios: constricti et coacti in grandinem. Statius: sicco (*var.* -os) . . . hiatu (*var.* -us) praesolidat Boreas 360 *Prisc.* GL II 339, 20 *propter ablativum* veteri: Statius in I Thebaidos: funditus . . . veneno 363 *Serv.* Georg. 3, 472 aestiva autem sunt loca umbrosa quibus per aestatem pecora vitant solis calorem: Statius: et umbrosi . . . Lycaei. *hinc Isid.* orig. 14, 8, 37

---

351 tenebrosa volumina torquens **PDς**: et (ac *μ*) t. v. torquet *ω* 352 Defuditque **L**: Diffunditque (*ex* Defun- **b**^{r}) **Dbν**: Dịffundit[e]que **Q**^{1} ımbres **Q** quas **C** tremiscunt *ω ubique*: tremescunt **P** *ubique, nisi quod 9, 394* -iscunt *ex* -escunt **P**^{1}; *Silv. 5, 1, 249* tremescat **M**, *scribendum erat* -iscat 355 nemea *ω*: nemeae **P**; *recte Kohlmannus secundum Σ et Prisc.* GL II 287, 1. 2 *ubique* -a *restituit sicut in voce* Tegea *debuit. genetivus exit in* -ees *aut* -eae, *dativus in* -eae, *accusativus in* -een taenariis **P**: -eis *ω* lucọs[i] **Q**^{1} 356 altẹ[a] **Q**^{1} [ł facto] magno **P**^{c}: facto *ω* (*ex Verg. Aen. 1, 82. 8, 595 Georg. 4, 167*) 357 Inacus **PBMf** gelidos **Bb** surgens *ω*: vergens **P** in undas **P**^{1}: [ad arctos] ad arctos **P**^{c}*ω* (*ex Verg. Aen. 6, 16*): in undas **D**^{1}: ad auras *Duebner*; gelida . . in unda *Müller* 358 calcataque **P**: -andaque (-amque *ν*^{2}) *ω* **Σ**^{1} (*sed interpretatur* calcataque) 360 Funditus *ex* -ur **C** 362 Brachia **P** *sicut 3, 132. 6, 743. 7, 475. 9, 269. 10, 171. 293. Ach. 1, 98, ceteris locis* -cch-

miratus, modo nubigenas e montibus amnes
aure pavens passimque insano turbine raptas
pastorum pecorumque domos, non segnius amens
incertusque viae per nigra silentia vastum
haurit iter; pulsat metus undique et undique frater.
ac velut hiberno deprensus navita ponto,
cui neque Temo piger neque amico sidere monstrat
Luna vias, medio caeli pelagique tumultu
stat rationis inops, iamiamque aut saxa malignis
expectat submersa vadis aut vertice acuto
spumantes scopulos erectae incurrere prorae:
talis opaca legens nemorum Cadmeius heros
adcelerat, vasto metuenda umbone ferarum
excutiens stabula, et prono virgulta refringit
pectore; dat stimulos animo vis maesta timoris,
donec ab Inachiis victa caligine tectis
emicuit lucem devexa in moenia fundens
Larisaeus apex. illo spe concitus omni
evolat, hinc celsae Iunonia templa Proshymnae
laevos habens, hinc Herculeo signata vapore
Lernaei stagna atra vadi, tandemque reclusis
infertur portis. actutum regia cernit
vestibula; hic artus imbri ventoque rigentes
proicit ignotaeque adclinis postibus aulae
invitat tenuis ad dura cubilia somnos.

---

365 Miratus **PMBDC**[1]: -tur *ω* e **P***ω*; e (de) **B**[1]: ▒e **f**: de *Deipser 1881 p. 111 cl. Verg. Aen. 4, 164; sed apud Stat.* e montibus *non ad* nubigenas *pertinet* 366 Aure **P***ω*: ire ς *Lachmannus; sed cf. 12, 222* 367 pecudumque **Q f** *post* domos *ante Menkium puncto distinguebant* segnior *ex* -us **f**[1] *vel* **f**[r] 368 pastum **C**[1] 371 nec ς *Müller* 372 caeli *ex* -lo **B**[1] pelaique **L** 375 aerectae **P**: erectae *ex* rectae **L**[σ] 377 'umbone 'metuenda **L**[1] 379 animo *om.* **P** mixta (ς) timore *Peyraredus* 380 Inacus **P** calligine **L** 382 Larisseus *ex* Lal- **L**[1] 383 prosymnae **P***ω*; *sed 3, 325. 4, 44 interaspiratio in* **P** *servata* 384 habens **PΣ**ς: habet (abet **B**) *ω* [h]erculeo **P**[c]: erculeo **Q** labore ς *Peyraredus* 387 hinc **B**[1] 389 teneros *Gronovius* somnos (v) **P**[1]

rex ibi tranquille, medio de limite vitae
in senium vergens, populos Adrastus habebat,
dives avis et utroque Iovem de sanguine ducens.
hic sexus melioris inops, sed prole virebat
feminea, gemino natarum pignore fultus.
cui Phoebus generos — monstrum exitiabile dictu!
mox adaperta fides — fato ducente canebat
saetigerumque suem et fulvum adventare leonem.
id volvens non ipse pater, non docte futuri
Amphiarae vides, etenim vetat auctor Apollo.
tantum in corde sedens aegrescit cura parenti.
ecce autem antiquam fato Calydona relinquens
Olenius Tydeus — fraterni sanguinis illum
conscius horror agit — eadem sub nocte sopora
lustra terit, similisque notos dequestus et imbres,
infusam tergo glaciem et liquentia nimbis
ora comasque gerens subit uno tegmine, cuius
fusus humo gelida partem prior hospes habebat.
hic vero ambobus rabiem fortuna cruentam
adtulit: haud passi sociis defendere noctem
culminibus, paulum alternis in verba minasque
cunctantur; mox ut iactis sermonibus irae
intumuere satis, tum vero erectus uterque

---

390 tranquille *agnovit Müller 1884 p. 15*: tranquillae (*ex* -o **C**) **P**ω 391 saenium **P** abebat (h *suprascr.*) **B**^{1} 393 vigebat *Wakefieldus* 394 naturum (a *suprascr.*) **f**^{2} 396 fidens **Q**^{1} fato **P**: aevo ω 398 Id **P**: Haec ω 399 etenim . . . sedens *om.* **SK**^{1}**Q**^{1}; 399 *om.* **B**, *add.* **B**^{1} *mg. iuxta v. 401; in* **C** *post 399. 400 exstant haec*: Amphiarae vides aegrescit cura parenti relinques **Q** 402 Oenius **D** 403 et eadem nocte **f**: ▒ eadem nocte (et) **M** (sub *add.* **M**^{1} *mg.*) 404 similesque **P** 405 aciem (gla *suprascr.*) **Q** 406 gerens **P**ω: rigens *Heinsius*, *sed cf. 3, 16* tecmine **Lf** 407 gelida (\\\\\\ *suprascr.*) **P**: gelidam **L**: -da *ex* -do **C** abebat **B**: ab- (⊢ *suprascr.*) **Q** 409 passis **L** 410 alternis in ω: -ni in **P**: -ni nil *Baehrens cl. 3, 179*; *de* in *cf. 1, 440. vulgo post* paulum *distinguunt* minasque (i *suprascr.*) **Q**^{1} 411 Cunctatur (n *suprascr.*) **b**^{r} 412 Intimuere **b**: -ti- (u *suprascr.*) **Q**^{1}

exertare umeros nudamque lacessere pugnam.
celsior ille gradu procera in membra simulque
integer annorum, sed non et viribus infra
Tydea fert animus, totosque infusa per artus
maior in exiguo regnabat corpore virtus.
iam crebros ictus ora et cava tempora circum
obnixi ingeminant, telorum aut grandinis instar
Riphaeae, flexoque genu vacua ilia tundunt.
non aliter quam Pisaeo sua lustra Tonanti
cum redeunt crudisque virum sudoribus ardet
pulvis; at hinc teneros caveae dissensus ephebos
concitat, exclusaeque expectant praemia matres:
sic alacres odio nullaque cupidine laudis
accensi incurrunt, scrutatur et intima vultus
unca manus penitusque oculis cedentibus intrat.
forsan et accinctos lateri — sic ira ferebat —
nudassent enses, meliusque hostilibus armis
lugendus fratri, iuvenis Thebane, iaceres,
ni rex, insolitum clamorem et pectore ab alto
stridentes gemitus noctis miratus in umbris,
movisset gressus, magnis cui sobria curis

---

413 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 195 exertare denudare. Statius: exertare humeros 415 *Prisc.* GL II 299, 12 *propter accusativum* Tydea: Statius in I: nec non et . . animus 417 *Serv.* Georg. 4, 83 Statius: maior ... virtus; *cf.* Schol. Bern. *ibid.*

---

413 humeros **P** 415 sed **P**ω: nec *Prisc.* e$\overset{t}{\dot{x}}$viribus **b**[1] 416 totosque **PD**: totos (-$\overset{o}{u}$s **Lf**[1]) ω 419 geminant **L** 420 t$\overset{u}{a}$ndunt **L**$^{\sigma}$: t$\overset{u}{\dot{e}}$ndunt **Q**[1]: tendunt μ 422 redeunt **Pf**: reddunt ω 423 dissensus *ex* diste- **B**[1] efoebos **P** 425 Hic **C** nullaeque *Turon.* 426 scrutaṇtur **B**[1] intima *ex* ult- **B**[1] 427 ▒cedentibus (re-) **Q**: ^{re}ced- **r** intrat **P**: instat (*ex* -ant **C**) ω 429 host$\overset{li}{i}$bus **f**[1]: hostibus *Turon.* 431 insolitum *ex* -tus **C** 433 sóbria **P**ω: saucia *Lachmannus*

pendebat somno iam deteriore senectus.
isque ubi progrediens numerosa luce per alta
atria dimotis adverso limine claustris
terribilem dictu faciem, lacera ora putresque
sanguineo videt imbre genas: 'quae causa furoris,
externi iuvenes — neque enim meus audeat istas
civis in usque manus —, quisnam inplacabilis ardor
exturbare odiis tranquilla silentia noctis?
usque adeone angusta dies et triste, parumper
pacem animo somnumque pati? sed prodite tandem,
unde orti, quo fertis iter, quae iurgia? nam vos
haud humiles tanta ira docet, generisque superbi
magna per effusum clarescunt signa cruorem.'
vix ea, cum mixto clamore obliqua tuentes
incipiunt una: 'rex o mitissime Achivum,
quid verbis opus? ipse undantis sanguine vultus
aspicis.' haec passim turbatis vocis amarae
confudere sonis; inde orsus in ordine Tydeus
continuat: 'maesti cupiens solacia casus
monstriferae Calydonis opes Acheloiaque arva
deserui; vestris haec me ecce in finibus ingens
nox operit. tecto caelum prohibere quis iste
arcuit? an quoniam prior haec ad limina forte

---

434 *Ps. Acro* Hor. carm. 2, 11, 8 ut Vergilius: pendebat ... senectus

---

436 dimotis (*ex* de- **M**[1]) **PMLD**: demotis ω: dimo[?]tis (-n-) *ex* de- **b** adverso dimotis **L** diverso (ad *supra*) **D** lumine **f**: li[?]mine **M** 437 lacera ora *ex* -ro ara **P**[1] 439 audeat istas .. in manus *Kohlmannus defendit cl. Verg. Aen. 2,437* 440 inplacabilis (ł impacabilis *supra*) **M**[1] 444 horti **P** iuria **L** 445 Haut **P** 446 effesum (v *supra*) **f**[r] 447 cum mixto (cum *in ras.*) **b**[2] 449 opus est **LDC**[2] undantes *ex* -is **P**[r] vultum *Turon.* 451 Confu[?]dere **frμν**: Confundere *Turon.* orsus *ex* -sū **L**[σ] 454 haec *om.* **D** 455 quis **Pω**: quid *Baehrens, sed cf. 6,372. 11,182. 12,590* 456 Arcuit **C**[1]: *ex* Arguit **K**[2]**f**[c]**ν**[2]: Arguit **Pω** prio (r *supra*) **M**[1] lumina **f**

molitus gressus? pariter stabulare bimembres
Centauros unaque ferunt Cyclopas in Aetna
compositos. sunt et rabidis iura insita monstris
fasque suum: nobis sociare cubilia terrae —
sed quid ego? aut hodie spoliis gavisus abibis,
quisquis es, his, aut me, si non effetus oborto
sanguis hebet luctu, magni de stirpe creatum
Oeneos et Marti non degenerare paterno
accipies.' 'nec nos animi nec stirpis egentes —'
ille refert contra, sed mens sibi conscia fati
cunctatur proferre patrem. tunc mitis Adrastus:
'immo agite, et positis, quas nox inopinaque suasit
aut virtus aut ira, minis succedite tecto.
iam pariter coeant animorum in pignora dextrae.
non haec incassum divisque absentibus acta;
forsan et has venturus amor praemiserit iras,
ut meminisse iuvet.' nec vana voce locutus

---

464 Σ 4, 111 etenim ex Marte Oeneus dicitur natus, ex Oeneo Tydeus. sic enim in primo: et Marti . . . aspicies. *similia* 2, 726 *ubi* Marti . . paterno

---

457 Molitus **PQKC**^{1}**r**: -tur *ω*   458 Centa^{v}rosque f^1 cyclopas (-a- *in ras.*) **Q**^{2} ethena **L**   460 *locum sanum pessime tractaverunt editores; recte librarii aposiopesin agnoverunt; cf. etiam Gruteri suspiciones in Statii Theb. lib. I ed. Handius 1851 p. 25*   461 haud *ex* aut **B**^{1}**r**^{2} 462 si me **D**   oborto (*ex* ab- **b**^{1}) **PDfb***μ*: aborto (ab orto **B**) *ω*: a^{o}borto **M**^{1}**Q**^{1} (*vel* **Q**^{2})   463 ^{h}ebet **B**^{1}: habet *μ*   465 nos *ex* hos **Q**   egentes **P**: egemus *ω*   466 fati **P***ω*: facti **Mf**: fa^{c}ti *ν*^{2}: *utrumque novit* Σ   467 Cuncta[illegible]tur **Q**   tēnitis (tc mitis) **L**^{σ} 468 quas (*ex* quae **M**^{σ}**L**^{1}**B**^{3}**f**^{2}) **DMLBf***μ*: quae **P***ω*   inopina suasit **D**   s[illegible]sit (suasit) (-au-?) **Q**^{1} 470 impignora **B**   in *del. Lachmannus; sed sensus est: ut animorum pignora sint (vel fiant), nec* in *inepte positum, cf. e. g. Lucan. 2, 151* in fratrum ceciderunt praemia fratres. *cf. etiam Verg. Aen. 11, 292*   471 acta^{a}e **L**^{1} 472 Forsan et *ω*: Forsitan et (-it- *adras.*) **P**   praemiserit **P**: -at *ω*

fata senex, siquidem hanc perhibent per vulnera iunctis
esse fidem, quanta partitum extrema protervo
Thesea Pirithoo, vel inanem mentis Oresten
opposito rabidam Pylade vitasse Megaeram.
tunc quoque mulcentem dictis corda aspera regem
iam faciles, ventis ut decertata residunt
aequora, laxatisque diu tamen aura superstes
inmoritur velis, passi subiere penates.
  hic primum lustrare oculis cultusque virorum
telaque magna vacat: tergo videt huius inanem
inpexis utrimque iubis horrere leonem,
illius in speciem, quem per Teumesia tempe
Amphitryoniades fractum iuvenalibus annis
ante Cleonaei vestitus proelia monstri.
terribiles contra saetis ac dente recurvo
Tydea per latos umeros ambire laborant

---

483 Σ 6, 722 tigrin: simili modo etiam in primo libro de pelle dixit: tergo . . . leonem

---

cunctis
474 per **P**: post ω iunctis **L**$^{\sigma}$: iunctam *Baehrens* 475 Esse **P**ω: isse *Gruter, sed* esse *est pro imperfecti quodammodo infinitivo*
ł quantum
quanta▒ (quanta *ex* -tu **K**) partitum **P**^{c}**K**: quan▒▒um **B** 476 perithoo (*ex* pirethoo **M**^{1}) **MLQ**$^{2}\mu$ horesten **LC**: orestem
da
QMfμ 477 rabiem **B**^{1}: rapidam **Lf**ν 478 Tunc *ex* Hunc **L**$^{\sigma}$ mulcentem ω: -te▒ **P**: -te **S** regem ω: rege **PS** 479 Tam **r**: Tam *ex* Iam **L**$^{\sigma}\nu^{2}$ 480 tamen **P**ω: tandem *Peyraredus, sed illud hic non minus probum quam 2, 392. 5, 181 Liv. 5, 11, 1 al.*
ł terga
481 Immoritur **P** passi▒ **B** 482 occulis **L** 483 Telaque **Q**^{1}
a ł ple
vacat *s. l. add.* **f**^{1}: vocat **L**$^{\sigma}$**Q**^{1} 484 Impexis ν^{2}
ł quo
485 quem **f**^{1} 486 fracto (-o *in ras.*) **f** iuvenalibus **PB**^{1}**M**^{1} **fK**^{1}**b**^{1}: -ilibus **B**^{3}**M**^{2}**LQK**^{2}**Db**$^{2}\mu\nu$: iuvenibus **r** *Turon.* annis
ł armis ł annis ł us
PBν: armis ω: annis **D**: armis **L**^{1}**C**^{1} 487 vestitur **P**^{1}:
e
vestitur ω *fortasse recte* 488 Terribilis **P**: -is **b**^{1} 489 humeros **P**

exuviae, Calydonis honos. stupet omine tanto
defixus senior, divina oracula Phoebi
agnoscens monitusque datos vocalibus antris.
obtutu gelida ora premit, laetusque per artus
horror iit; sensit manifesto numine ductos
adfore, quos nexis ambagibus augur Apollo
portendi generos, vultu fallente ferarum,
ediderat. tunc sic tendens ad sidera palmas:
'nox, quae terrarum caelique amplexa labores
ignea multivago transmittis sidera lapsu,
indulgens reparare animum, dum proximus aegris
infundat Titan agiles animantibus ortus,
tu mihi perplexis quaesitam erroribus ultro
advehis alma fidem veterisque exordia fati
detegis: adsistas operi tuaque omina firmes.
semper honoratam dimensis orbibus anni
te domus ista colet; nigri tibi, diva, litabunt
electa cervice greges, lustraliaque exta
lacte novo perfusus edet Vulcanius ignis.
salve prisca fides tripodum obscurique recessus!
deprendi, Fortuna, deos!' sic fatus, et ambos
innectens manibus tecta interioris ad aulae

---

493 *Serv.* Aen. 2, 559 saevus horror: quia est et bonus, ut: laetusque . . iit

---

490 Exubiae **P** $\overset{a}{\text{tinto}}$ L^1 491 $\overset{f}{\text{Devixus}}$ L^σ $\overset{a}{\text{divino}}$ L^1 494 sentit **b** 495 Adfore **P**ω: ac fore *Gronovius* nexis **P**ω: flexis *Baehrens* 496 $\overset{l}{\text{falente}}$ M^1 498 $\overset{a}{\text{am-plex}}$[illegible] (-·s) **Q** 499 transmitis **b** $\overset{ra}{\text{side}}$ L^σ 501 $\overset{a}{\text{giles}}$ L^1 504 $\overset{s}{\text{adistas}}$ P^c $\overset{a}{\text{tueque}}$ f^1 omnia **C**: $\overset{omina}{\text{omnia}}$ $M^\sigma \nu^2$ 505 demensis *Lachmannus* 506 nigri . . . litabunt *in ras.* L^1 $\overset{\text{l et flexa}}{\text{507 Electa}}$ r^1 508 $\overset{i}{\text{vulcanus}}$ P^c: *vox a* B^3 *restituta, num idem fuerit, non liquet* 510 $\overset{a}{\text{fortuno}}$ L^1 511 interioris *Schrader*: ulterioris (*ex* int-? **B**) **P**ω; *cf. 8, 15*

progreditur. canis etiamnum altaribus ignes
sopitum cinerem et tepidi libamina sacri
servabant; adolere focos epulasque recentes
instaurare iubet. dictis parere ministri
certatim adcelerant; vario strepit icta tumultu
regia: pars ostro tenues auroque sonantes
emunire toros alteque inferre tapetas,
pars teretis levare manu ac disponere mensas.
ast alii tenebras et opacam vincere noctem
adgressi tendunt auratis vincula lychnis.
his labor inserto torrere exsanguia ferro
viscera caesarum pecudum, his cumulare canistris
perdomitam saxo Cererem. laetatur Adrastus
obsequio fervere domum, iamque ipse superbis
fulgebat stratis solioque effultus eburno.
parte alia iuvenes siccati vulnera lymphis
discumbunt, simul ora notis foedata tuentur
inque vicem ignoscunt. tunc rex longaevus Acasten —
natarum haec altrix eadem et fidissima custos
lecta sacrum iustae Veneri occultare pudorem —
imperat acciri tacitaeque inmurmurat auri.

---

523 *Auct. Class.* ed. Mai IX p. 97 Ceres .. pro ipso accipitur frumento. unde Statius Thebaidos: alii cumulare canistris perdomitam Cererem 525 *Serg.* GL IV 505, 34 *de verbo fervendi*: utrimque enim proferebantur auctoritates, Vergilius dixit: fervĕre Leucaten, Statius: obsequio fervēre domum

---

512 Egreditur C 513 tepidi *ex* tre- C^2 516 adcelebrant P^1 517 tenues Pω: tinctos *Müller*: obtentos *Deiter 1898 p. 344*: ardentes *Buryus* 518 tor$\overset{o}{e}$s L^1: t$\overset{o}{e}$os B^3 alteque P: alt$\overset{o}{e}$sque B^3: altosque (-que *add.* ν^2) ω 519 lev$\overset{i}{a}$re B^3: leviare D: lavare f et μ 522 torrere *ex* -ore f^1 523 pecodum Lμ cumulare *ex* -ure f^1 524 Edomitum C 526 Fulgebat *ex* Fluebat f^r 529 acasten P: acesten ω 530 alitrix C eadem et *ex* adimet P^c 531 veneri iustae C
532 tacitaeque .. auri *Klotzius*: tacitaque . . . aure Pω: taciteque .. auri *Deipser 1881 p. 110*: tacitoque . . ore *Koestlinius*

nec mora praeceptis, cum protinus utraque virgo
arcano egressae thalamo: mirabile visu,
Pallados armisonae pharetrataeque ora Dianae
aequa ferunt, terrore minus. nova deinde pudori
visa virum facies: pariter pallorque ruborque
purpureas hausere genas, oculique verentes
ad sanctum rediere patrem. postquam ordine mensae
victa fames, signis perfectam auroque nitentem
Iasides pateram famulos ex more poposcit,
qua Danaus libare deis seniorque Phoroneus
adsueti. tenet haec operum caelata figuras:
aureus anguicomam praesecto Gorgona collo
ales habet, iamiamque vagas — ita visus — in auras
exilit; illa gravis oculos languentiaque ora
paene movet vivoque etiam pallescit in auro.
hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis,
Gargara desidunt surgenti et Troia recedit,
stant maesti comites, frustraque sonantia lassant
ora canes umbramque petunt et nubila latrant.

---

546 Σ 6, 539 ut morientis Gorgonae expressius describeret vultum, ait: illa graves . . . in auro

---

534 egress(e) thalamo (-a) **P**[c]: egressa e thalamo (e *om.* **L ν**[1]) **ω**; *Statius egredi cum solo aut accusativo aut ablativo ponit* 536 minus **Pω**: minis *Lachmannus; recte* **Σ** terrore minus id est sine terrore no(v)a(n) **f**[1] 537 Causa *Baehrens* pallor(que) **M**[1] 538 (h)ausere **B**[1] **b**[1] **Q**[2]: ausere *Turon.*: tinxere **C** 539 s(c)antum **B**[1] red(e)ire **f**[1]: redire **b** 540 Ficta **C** 542 daneus **L** lib(a)ere **L**[1] ph(o)aroneus **Q**[1] 543 figuram **C** 544 Aureus **Pω**: Perseus *Bentleius* ~~auri~~ (angui) comam **Q**[1] praesecto *ex* praefecto **fb** 545 *om.* **P**[1], *add.* **P**[c] abet **B** vagas **r**[1] *s. l.*: *om. Turon.*: vagus **f** ita visus **Pω**: gavisus **D** aur(e)as (e) **f** 547 Pone **Lfμ**: Pone *ex* Pene **M**[σ], *dein restitutum* Pene **M**[σ]: P(o)aene **Q**[1] 548 phy(r)rgius **B**[3]: phyrgius **b**: (f) prygius **Q**[2] 549 recessit **ν**

hanc undante mero fundens vocat ordine cunctos
caelicolas, Phoebum ante alios, Phoebum omnis ad aram
laude ciet comitum famulumque evincta pudica
fronde manus, cui festa dies largoque refecti
ture vaporatis lucent altaribus ignes.
'forsitan, o iuvenes, quae sint ea sacra quibusque
praecipuum causis Phoebi obtestemur honorem'
rex ait, 'exquirant animi. non inscia suasit
relligio, magnis exercita cladibus olim
plebs Argiva litant; animos advertite, pandam.
postquam caerulei sinuosa volumina monstri,
terrigenam Pythona deus septem orbibus atris
amplexum Delphos squamisque annosa terentem
robora, Castaliis dum fontibus ore trisulco
fusus hiat nigro sitiens alimenta veneno,
perculit, absumptis numerosa in vulnera telis,
Cirrhaeique dedit centum per iugera campi
vix tandem explicitum, nova deinde piacula caedis
perquirens nostri tecta haud opulenta Crotopi
attigit. huic primis et pubem ineuntibus annis
mira decore pios servabat nata penates
intemerata toris. felix, si Delia numquam
furta nec occultum Phoebo sociasset amorem!

---

552 orbine **Q** 553 aram **P**: aras **ω**; *utrum praestet, non diiudico* 554 sociumque famulumque evi[n]cta **b** 557 ea **Pω**: haec **b** 560 Relli[gi]o P^1 561 Pleps **BQr** litant **ω**: litant P^1: litat **r** anim[o]as L^1 563 Te[r]trigenam b^1 phytona (*vel* phi-) **ω** atris **Pω**: artis *Baehrens* 564 Implexum **C** suamis **Lμ** 565 custaliis **B** 566 inficiens alimenta *Baehrens*: vitians sata laeta *Kochius 1865 p. 4; sed* veneno *dativus est* 567 absumptis **PD**: adsumptis (*vel* ass-) **ω**: a[b]ds- (*vel* a[b]ss-) b^1**ν** 568 per centum **D** 569 caedis **Pω**: caedi **BMf** 570 haut **P** 571 pubescentibus [pubem ineuntibus] **D**: pubescentibus ς 572 pios *Bentleius*: pio **Pω** pena▒tes **f** 573 Delia **Pω** (*i. Apollinis*): dulcia *Müller*: devia *Baehrens*

namque ut passa deum Nemeaei ad fluminis undam,
bis quinos plena cum fronte resumeret orbes
Cynthia, sidereum Latonae feta nepotem
edidit; ac poenae metuens — neque enim ille coactis
donasset thalamis veniam pater — avia rura
eligit ac natum saepta inter ovilia furtim
montivago pecoris custodi mandat alendum.
non tibi digna, puer, generis cunabula tanti
gramineos dedit herba toros et vimine querno
texta domus; clausa arbutei sub cortice libri
membra tepent, suadetque leves cava fistula somnos,
et pecori commune solum. sed fata nec illum
concessere larem; viridi nam caespite terrae
proiectum temere et patulo caelum ore trahentem
dira canum rabies, morsu depasta cruento,
dissicit. hic vero attonitas ut nuntius aures
matris adit, pulsi ex animo genitorque pudorque
et metus: ipsa ultro saevis plangoribus amens
tecta replet, vacuumque ferens velamine pectus
occurrit confessa patri; nec motus et atro

---

584 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 24 arbuteus, -a, -um ·i· de arbutu existens: unde Statius in libro Thebaidos: arbutei . . . libri clausa tepent *ibid.* p. 307 sed et liber dicitur pro interiore arboris cortice. unde Statius Thebaidos: tepidi sub cortice libri

---

575 Iamque C Nemeaei *vulgo*: nemei (*vel* -maei; -maee f) P ω ad *om.* r *Turon.* 577 latonae ω: -na P 578 poenae ω: poena^{e} P^c: poenam *Baehrens; cf. 6, 765. 10, 893. aliter* superos metuens *Silv. 3, 3, 79* (*ne intellegatur* δεισιδαίμων) coacti[s]s f 580 et$^{ł\,ac}$ r: et *Turon.* olivia^{ovilia} Q^1 581 mandata lendum B 582 puer$^{ł\,line}$ P^1 583 et ω: sed *ex* set P^1 584 Tecta f: Texa^{t} M^1 585 saudetque^{sua} Q^1 cau[s]a (-s-) f 586 peccori r: pecore μ fata *ex* ficta C^1 587 viridi (*ex* -dis C^1) PQbC: -dis ω 589 moysu^{r} Q^1 depastu^{a} Q^1 590 Dissicet^{i} P^c: Discicit S: Disicit D 592 ʹultro ʹipsa P^1 saevis ω: maestis P

imperat — infandum! — cupientem occumbere leto.
sero memor thalami maestae solacia morti,
Phoebe, paras monstrum infandis Acheronte sub imo
conceptum Eumenidum thalamis, cui virginis ora
pectoraque; aeternum stridens a vertice surgit
et ferrugineam frontem discriminat anguis.
haec tum dira lues nocturno squalida passu
inlabi thalamis, animasque a stirpe recentis
abripere altricum gremiis morsuque cruento
devesci et multum patrio pinguescere luctu.
haut tulit armorum praestans animique Coroebus
seque ultro lectis iuvenum, qui robore primi
famam posthabita faciles extendere vita,
obtulit. illa novos ibat populata penates
portarum in bivio — lateri duo corpora parvum
dependent, et iam unca manus vitalibus haeret
ferratique ungues tenero sub corde tepescunt —:
obvius huic, latus omne virum stipante corona,

---

596 *Prisc.* GL III 69, 13 (*propter* sērŏ) Statius in I Thebaidos: sero . . . paras. *hinc additum post Max. Victor.* GL VI 237, 16 *in cod.* b sero brevis lecta: sero memor thalami. Statius
600 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 177 discriminare dividere Statius: et ferrugineum . . anguis 608 *Prisc.* GL II 308, 15 (*propter genetivum* parvum) Statius in I Thebaidos: illa . . . dependent. parvum pro parvorum

---

596 Sera **f** me(m)≡or **Q**[1]: meṛor (m) **ν**[2] morti (ł matris) **D**: mortis *Prisc.* 597 infandi sacheronte **B** acherạnte (o) **b**[1] 599 stridens **Pω**: -que rigens *Koestlinius* surgit *ex* -at **B**[1]
601 tum (*ex* cum **C**[1]) **Pω**: tam *ex* tum **M**[σ] nocturnạ (o) **Q**[1] sualida **Lf**[1]**μ** 602 recentes **P** 603 Arripere **LMfbrμν** 604 Devesci **PD**: Di- **ω** luctu≡ (-s) (ł tabo) **P**: luctu **D** 605 Haud **P** armạrum (o) **M**[1] animi≡que **f**: animisque **D** 607 postabita **B** 608 ibat **Pω**: stabat *Kochius 1865 p. 5* poenates (-o- *del.* **P**[c]) **P** 609 in *del. Baehrens* 610 iam unca (ł unca **B**[3]) **Pω**: adunca **D**

fit iuvenis, ferrumque ingens sub pectore duro
condidit, atque imas animae mucrone corusco
scrutatus latebras tandem sua monstra profundo
reddit habere Iovi. iuvat ire et visere iuxta
liventis in morte oculos uterique nefandam
proluviem et crasso squalentia pectora tabo,
qua nostrae cecidere animae. stupet Inacha pubes,
magnaque post lacrimas etiamnum gaudia pallent.
hi trabibus duris, solacia vana dolori,
proterere exanimos artus asprosque molares
deculcare genis, nequit iram explere potestas.
illam et nocturno circum stridore volantes
inpastae fugistis aves, rabidamque canum vim

---

622 *Serv.* Aen. 3, 152 asprosque molares pro asperos
625 Σ 2, 520 ut Lucanus: impastae fugistis aves (*cf. Lucan.* *6, 627*)

---

613 Fit **P**: It (Id **B**[1]: Et **C**) ω $\overset{h}{a}$bere **B**[1]: hab$\overset{i}{e}$re **Q**[1]
617 Li$\overset{v}{b}$entis **P**[c] utrique **B**: ut$\overset{e}{r}$ique **f**[1] nefand$\overset{a}{u}$m **Q**[1]**f**[1]
618 sualentia **f**[1]: liventia (ł sualentia) **L**[1] 619 pubes **P**: plebes ω: pubes (ł virtus) **D**[1]: pubes (ł ple) ν^2: p▒bes (-u-?) μ 620 post **P**ω: per *Baehrens* lacrim$\overset{a}{i}$s **L**[1] etiamnunc **P** gaudia (ł vulnera) **D**
621 Hic **KC**μ *Turon.*: Hi[ic] **L**[σ] 622 exanimos **PLDQf** ν^1**br**: -mes **BMK**[2]**C**$\mu\nu^2$; *in his vocabulis dubia est memoria librorum*: *nom.* exanimis *5, 493. 5, 545. 7, 88. 10, 620. 12, 739. abl.* -mi *11, 236. acc.* -mem *10, 274*; -mum *9, 561. 11, 176. nom. plur.* -es *3, 114. 10, 265. 10, 655. 12, 418. acc.* -is *12, 735*; -es *8, 73. 9, 158. 9, 236* *nom.* semianimum *2, 83. acc.* -um *10, 477*; -em *3, 187. abl.* -i *8, 597. plur. nom.* -es *7, 597. acc.* -os *10, 547*; -as *6, 220* (-es ω); -is *Ach. 2, 100* unanimum *Theb. 4, 354 Silv. 5, 1, 176.* -mi *Theb. 8, 669. 9, 169. 10, 727 Silv. 5, 2, 155. itaque in eis quae a voce* anima *descendunt, tertiae declinationis formae praevalent* asprosque *ex* asperosque **L**[1]**fb**: asperosque μ 623 genis *ex* -nus **C**[2] nequi$\overset{t}{d}$ **P**[c]
624 stetere (ł stridore) **f**[2] 625 rabidumque (am) **L**[1]: rapidamque $\mu\nu$

oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum.
saevior in miseros fatis ultricis ademptae
Delius insurgit, summaque biverticis umbra
Parnassi residens arcu crudelis iniquo
pestifera arma iacit, camposque et celsa Cyclopum
tecta superiecto nebularum incendit amictu.
labuntur dulces animae, Mors fila Sororum
ense metit captamque tenens fert manibus urbem.
quaerenti, quae causa, duci, quis ab aethere laevus
ignis et in totum regnaret Sirius annum,
idem auctor Paean rursus iubet ire cruento
inferias monstro iuvenes, qui caede potiti.
fortunate animi longumque in saecula digne
promeriture diem! non tu pia degener arma
occulis aut certae trepidas occurrere morti.
comminus ora ferens Cirrhaei in limine templi
constitit et sacras ita vocibus asperat iras:
'non missus, Thymbraee, tuos supplexve penates
advenio: mea me pietas et conscia virtus
has egere vias. ego sum, qui caede subegi,
Phoebe, tuum mortale nefas, quem nubibus atris
et squalente die, nigra quem tabe sinistri
quaeris, inique, poli. quodsi monstra effera magnis

---

630 *Serv.* Aen. 6, 630 ut Statius Argivorum muros ab ipsis (*i. Cyclopibus*) dicat esse perfectos 635 *ibid.* 3, 141 hinc est: et in . . . annum 638 *Prisc.* GL II 159, 2 (dies *masc.*) Statius in I ⟨Thebaidos⟩: longumque . . diem

---

626 f[illegible]erunt (-u-) **f** 628 insurget **Bb**^{1} bivėrticis *ex* in- **f**^{1} umbra (ƚ arce) **D**ν^{2} (*om.* ν^{1}) 629 Parnasi **P** 630 Pestifere (a) **L**^{1} iacet *Turon.* cyclọrum (p) **P**^{c} 631 supertẹcto (i) **P**^{c} nebulọrum (a) **Q**^{1} incendit **P**ω: intendit *Madvigius, Adv. II p. 153, cf. 634 sq.* 634 quis **P**ω: quid *Gronovius* haethere **Bb**^{1} 637 potati μ 639 tu^{r}pia **P**^{r} (*vel* **P**^{c}): turpia *ex* tu pia ν^{1} 640 Occu[illegible]lis (l) **P** decurrere μ 642 auras **C** 643 tymbreae **P** 647 sualente (-tem **L**) **Lf**

cara adeo superis, iacturaque vilior orbi
mors hominum et saevo tanta inclementia caelo est,
quid meruere Argi? me, me, divum optime, solum
obiecisse caput fatis praestabat. an illud,
saeve, magis cordi, quod desolata domorum
tecta vides, ignique datis cultoribus omnis
luget ager? sed quid fando tua tela manusque
demoror? expectant matres, supremaque fiunt
vota mihi. satis est: merui, ne parcere velles.
proinde move pharetras arcusque intende sonoros
insignemque animam leto demitte; sed illum,
pallidus Inachiis qui desuper inminet Argis,
dum morior, dispelle globum.' sors aequa merentes
respicit. ardentem tenuit reverentia caedis
Letoiden, tristemque viro submissus honorem
largitur vitae; nostro mala nubila caelo
diffugiunt, at tu stupefacti a limine Phoebi
exoratus abis. inde haec stata sacra quotannis
sollemnes recolunt epulae, Phoebeaque placat
templa novatus honos. has forte invisitis aras
vos quae progenies? quamquam Calydonius Oeneus,
et Parthaoniae, si dudum certus ad aures

---

649 Cura (a, *superscript* a) Q^2 orbi **P** ω: orbis (-s *add.* Q^2; *in* **D** *adrasa est*) **DQ** 650 *versum Sandstroemius 1878 p. 41 deleri vult* caelo est **P** ω: caelo **BLb** ν^1 *Turon.* 651 dive **C** solum *om.* **Q** 652 praestabit *ex* -at **Sg** 653 saeve *Bentleius*: Lene **P** ω: laeve ς *Gronovius*; an illud lene? *distinxit Garrodius* 655 Luget ς *Heinsius*: Lucet **P** ω et **BQCb**[1] $\mu\nu^1$ quid *s. l.* **f**[1]: *ex* quin **B**[3]: *ex* quod **M**[1] tela **P** ω: iam **C** 656 Demor (or *s. l.*) **b**[r] suppremaque **Mf** matres *ex* -is **P**[1] fiunt ω: figunt **P** 659 insignique *Garrodius* demitte *vulgo*: dimitte **P** ω 660 imminet **P** arcus (ł argis *s. l.*) **D** 661 dispelle **P** (*idem interpretatur* Σ): depelle ω sors **P** ς: fors (*ex* fros **Q**[1]) ω aequam erentes **B** 663 Letoiden **PB**[1]**Q**[1]: Latoiden (Lo- μ) ω summissus **P** 665 *an* ac tu? stupefacta (i *s. l.*) **b**[1] a *om.* μ lumine (i *s. l.*) **P**[c] 666 abhis **B**[1] 667 aepulas (ł ae *s. l.*) **P**[1] placeat **f** 668 ivistis ad *Tiliobroga* 670 parthaoniae (*ex* porth- ν^1: parch- **Q**) **PLDQ** μ: po- ω

clamor iit, tibi iura domus. tu pande, quis Argos
advenias, quando hae variis sermonibus horae.'
deiecit maestos extemplo Ismenius heros
in terram vultus, taciteque ad Tydea laesum
obliquare oculos; tum longa silentia movit:
'non super hos divum tibi sum quaerendus honores,
unde genus, quae terra mihi, quis defluat ordo
sanguinis antiqui: piget inter sacra fateri.
sed si praecipitant miserum cognoscere curae,
Cadmus origo patrum, tellus Mavortia Thebe,
est genetrix Iocasta mihi.' tum motus Adrastus
hospitiis — agnovit enim: — 'quid nota recondis?
scimus' ait, 'nec sic aversum fama Mycenis
volvit iter. regnum et furias oculosque pudentes
novit et Arctois si quis de solibus horret
quique bibit Gangen aut nigrum occasibus intrat
Oceanum, et si quos incerto litore Syrtes
destituunt. ne perge queri casusque priorum
adnumerare tibi: nostro quoque sanguine multum
erravit pietas, nec culpa nepotibus obstat.
tu modo dissimilis rebus mereare secundis

---

671 quis *ex* per **K**[1]: per **C** agros (rg *above*) **b** 672 hae . . horae **P**: haec . . hora est *ω* 673 exemplo (t *above*) **P**[c]**f**[1]: lacrimans *ν*[2]ς isthmenius **P**: his menius **M** 674 laesum **P***ω*: laevum *Koestlinius fortasse recte* 675 tunc **b***μ* oculis (o *above*) **Q**[1] 679 miserantem noscere *Lachmannus* curae (ł causae *above*) *ν*[2] 680 thebae **P***ω* 681 Est **P***ω*: Et **C**: At (ł est *above*) *ν*[2] iocasta (r) **b** 682 Hospitis agnovit **P**: Hospici sagnovit **B**: Hospitiis cognovit **L**ς quod **C**[1] noti (a *above*) **Q**[1] 683 adversum **b***μ*[1] 684 Solvit (V *above*) **M**[σ] pudentes **P***ω*: parentis *vel* pudendos *Lachmannus*: cruentos *Garrodius; sed pudentes oculi sunt qui videre nolunt* 685 erret (ł horret *above*) **L**[σ] 686 occassibus **r** *Turon.* 688 Destituunt *ω*: Di- **P** gasusque (c *above*) **P**[1] (*vel* **P**[c]): casusque **f**: gemitusque (ł casusque *above*) **D** priorum (ł tuorum *above*) *ν*[2]

excusare tuos. et iam temone supino
languet Hyperboreae glacialis portitor Ursae.
fundite vina focis, servatoremque parentum
Letoiden votis iterumque iterumque canamus.
Phoebe parens, seu te Lyciae Patarea nivosis
exercent dumeta iugis, seu rore pudico
Castaliae flavos amor est tibi mergere crines,
seu Troiam Thymbraeus habes, ubi fama volentem
ingratis Phrygios umeris subiisse molares,
seu iuvat Aegaeum feriens Latonius umbra
Cynthus et adsiduam pelago non quaerere Delon:
tela tibi longeque feros lentandus in hostes
arcus, et aetherii dono cessere parentes
aeternum florere genas, tu doctus iniquas
Parcarum praenosse manus fatumque quod ultrast
et summo placitura Iovi, quis letifer annus,
bella quibus populis, quae mutent sceptra cometae,
tu Phryga submittis citharae, tu matris honori
terrigenam Tityon Stygiis extendis harenis.

---

696 *Ps. Acro* Hor. carm. 3, 4, 64 Patara est civitas Lyciae, in qua maxime Apollo colitur, ut Statius: seu ⟨t⟩e Lyciae Pat⟨a⟩re⟨a⟩ . . . iugis

---

692 et iam **BDMQKC**: etiam **P**ω: sed iam ς *fortassse recte* 693 yperboreae **M**: hiperboleae **C** ursae *ex-* sa **K**
695 Letoiden **P**$B^{1}Q^{1}$**D**: Lat- $B^{3}\omega$ iterum iterum **C**: iterumque (*alterum add.* b^{1}) b 697 d$\overset{m}{u}$eta P^{c} 699 tymbreus **P** 700 Ingratis (*quibus gratia non est habita*) **P**ω: Instratis *Iortinus* frygios ,$\overset{h}{u}$meris **P** subiisse **MK**ν: sub$\overset{i}{i}$sse b^{1}: subisse **P**ω 702 non **P**ω: nunc *Kohlmannus; sed negatio ad verbum referenda* 704 Ar$\overset{c}{g}$us P^{c} parentes **P**ω: -tis *Barthius* 705 aeternum (-nae *Lachmannus*) . . genae *Lachmannus, Weber* tu **P**ω: aut μ 706 ultrast *Müller*: ultra$\overset{est}{\underline{sim}}$ P^{1}: ultra est (*ex* -ro est Q^{1}; est *om.* μ) ω 707 summ$\overset{o}{\underline{a}}$ L^{1}: summo *ex* -u f^{1} qui≡ (-s) **C**: qui **K** 708 mutant f: -ent *ex* -ant b
cometttae B^{1} 709 fryga **P**: ph$\dot{y}$riga b summittis **P** honore bμ 710 tr$\overset{i}{\underset{.}{o}}$n **C** e$\overset{x}{\underset{.}{t}}$tendis b^{1} a$\overset{re}{\underset{..}{ve}}$rnis Q^{1}

te viridis Python Thebanaque mater ovantem
horruit in pharetris, ultrix tibi torva Megaera
ieiunum Phlegyan subter cava saxa iacentem
aeterno premit accubitu dapibusque profanis
instimulat, sed mixta famem fastidia vincunt:
adsis, o memor hospitii, Iunoniaque arva
dexter ames, seu te roseum Titana vocari
gentis Achaemeniae ritu, seu praestat Osirin
frugiferum, seu Persei sub rupibus antri
indignata sequi torquentem cornua Mithram.'

---

713 *Serv.* Aen. 6, 518 *Phlegyas Apollinis* sagittis ad inferos trusus. Statius: Phlegyan . . . accubitu (*var.* -to, -tum)

---

712 ^{h}Orruit **b**^{1} $\cdot^{m}$egaera **P**^{1} 713 Ievenum **B** flegyan **PB**: fle^{g}ian **M**^{1}: fleian **KC** 715 famen **b** 716 iu^{n}ioniaque **M**^{1}: iu^{no}niaque **f**^{1} a^{r}vva **Q**^{1} 717 tenes^{ames} **B**^{3} *in ras.* rosium **Q** 718 achimeniae **Q** osirin **ω**: osirim **PSr**μ 719 persaei **P** *Garrodius* *post* 720 *in* **P** *leguntur haec*: Opus primi libri mirabili delectatione | peractum est. Nunc ad secundi libri | volumen. Non dissimili animo quam | primum accepimus convertamur | STATII POETAE · LIB · I · THEBAID · EXPLIC · | INCIPIT EIUSDEM LIBER · II ·

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER II.

Interea gelidis Maia satus aliger umbris
iussa gerens magni remeat Iovis; undique pigrae
ire vetant nubes et turbidus inplicat aer,
nec zephyri rapuere gradum, sed foeda silentis
aura poli. Styx inde novem circumflua campis,
hinc obiecta vias torrentum incendia cludunt.
pone senex trepida succedit Laius umbra
vulnere tardus adhuc; capulo nam largius illi
transabiit animam cognatis ictibus ensis
impius, et primas Furiarum pertulit iras;
it tamen et medica firmat vestigia virga.
tum steriles luci possessaque manibus arva
et ferrugineum nemus adstupet, ipsaque Tellus
miratur patuisse retro, nec livida tabes
invidiae functis quamquam et iam lumine cassis

TESTIMONIA. 2 *Serv.* Aen. 6, 554 Statius de Mercurio ait: pigrae aurae eius impediebant volatum (*Stati versum excidisse vidit Fabricius*)

2, 3 vet$\overset{n}{a}$t $\mathbf{Q}^1$ turpidus **r** implicat **P** 4 zepyri **b** 5 novem *ex* novae $\mathbf{C}^1$ campis **P**ω: ripis *Bentleius* 6 clau$\overset{ss}{d}$unt $\mathbf{M}^\sigma \mathbf{Q}^2$**fCb**$\mu\nu$ 7 succedit ν^2 9 animam **P**: costas ω (*ex Verg. Aen. 9, 432*) $\overset{\text{ictibus}}{\text{ignibus}}$ $\mathbf{M}^\sigma$ 11 It *ex* Et μ^1 12 luci *ex* -os ν^2 15 et *om.* **r**

defuit. unus ibi ante alios, cui laeva voluntas
semper et ad superos — hinc et gravis exitus aevi —
insultare malis rebusque aegrescere laetis,
'vade' ait, 'o felix, quoscumque vocaris in usus,
seu Iovis imperio, seu maior adegit Erinys
ire diem contra, seu te furiata sacerdos
Thessalis arcano iubet emigrare sepulcro,
heu dulcis visure polos solemque relictum
et virides terras et puros fontibus amnes,
tristior has iterum tamen intrature tenebras.'
illos ut caeco recubans in limine sensit
Cerberus atque omnis capitum subrexit hiatus
— saevus et intranti populo —, iam nigra tumebat
colla minax, iam sparsa solo turbaverat ossa,
ni deus horrentem Lethaeo vimine mulcens
ferrea tergemino domuisset lumina somno.
  est locus — Inachiae dixerunt Taenara gentes —,
qua formidatum Maleae spumantis in auras
it caput et nullos admittit culmine visus.
stat sublimis apex ventosque imbresque serenus

---

17 superas (o *supra* a) **L**[1] illi (evi *supra*) **D** 17 *et* 18 *inter se transposuit Müller* 20 erignis **L**[1] 21 furia▒ta **f** 26 limite (n *supra*) **C**[2] recu▒bans (m) **f** 27 atque omnis (-es **P**) **P**ω: aeque omnes *Unger 1868 p. 220*: alte omnes *Lachmannus*: ecce omnes *Baehrens*: anguicomus *Kochius 1865 p. 5. Handius Tursell. I p. 483 exemplis Plautinis velut Bacch. 279* dum circumspecto, atque ego lembum conspicor *hunc locum illustrari censuit. quae vereor ne aliena sint. in illis enim improvisi aliquid enuntiato primario exprimitur. equidem secundarium enuntiatum verba usque ad* hiatus *vel potius* populo *amplecti iudico* erexit (sub *supra*) **C**[2]: surrexit (b *supra*) b[r]: subrexit (psit ł surrexit *supra*) ν[2] 28 *om.* **M**[1], *add. mg.* **M**[1] colla . . . Nigra **Mf** 32 inaciae **P** taenera **B** 33 ad (in *supra*) **P**[1]**Q**[1]: ad **L**: in ω; in *praetuli propter v. 34* 34 Id (t *supra*) **P**[c]: It *ex* Et **C** capud **f**b[1] 35 serenus ω: -nos **P** 36 falsis (ł fessis *supra*) ν[2]: summisque *Prisc.* 37—41 *versus spurii om. in textu codicum* **P**ω, *in* ν *spatium quattuor versuum relictum est. adduntur*

despicit et tantum fessis insiditur astris.
[illic exhausti posuere cubilia venti,
fulminibusque iter est; medium cava nubila montis
insumpsere latus, summos nec praepetis alae
plausus adit colles, nec rauca tonitrua pulsant.]
ast ubi prona dies, longos super aequora fines
exigit atque ingens medio natat umbra profundo.
interiore sinu frangentia litora curvat
Taenaros, expositos non audax scandere fluctus.
illic Aegaeo Neptunus gurgite fessos
in portum deducit equos, prior haurit harenas
ungula, postremi solvuntur in aequora pisces.
hoc, ut fama, loco pallentis devius umbras
trames agit nigrique Iovis vacua atria ditat
mortibus. Arcadii perhibent si vera coloni,
stridor ibi et gemitus poenarum, atroque tumultu
fervet ager; saepe Eumenidum vocesque manusque
in medium sonuere diem, Letique triformis
ianitor agricolas campis auditus abegit.
hac et tunc fusca volucer deus obsitus umbra

---

36 *Prisc.* GL II 515, 14 (*verbi* sido) passivum Statius protulit in II Thebaidos: summisque insiditur astris. *idem* II 522, 3

---

mg. $\mathbf{P}^r \mathbf{B}^3 \mathbf{Q}^2 \mu^2 \nu^2 \mathbf{r}^2$, *in textu* ς; *cf. Hermes 40 (1905) p. 357. ad argumenta ibi adlata accedit quod Statius* tonitrus *masculino tantum utitur* 38 iter est **P**ω: quies *Postgatius* 39 Insumpsere $\mathbf{P}^r \mathbf{Q}^2 \mu^2$: Insedere $\mathbf{B}^3 \nu^2$ς summus ν^2 40 pulsat $\mathbf{B}^3$

41 longas (o *suprascr.*) $\mathbf{B}^3$: -as **b** 43 frangentia *ex* flagrantia $\mathbf{B}^1$: flagrantia (frangentia *suprascr.*) $\mathbf{M}^\sigma$**r**: flagrantia **Q** 44 expositos **P**ω: -tus *Baehrens*

audax (ł sus *suprascr.*) **P**ω: audax ν^2: ausus ς: audens ς scandere **P**ω: scindere *Kohlmannus, sed cf. Ach. 1, 449* 45 aegeon **P** 46 aequos **P** 48 fama *ex* fuma **C** 49 ditat ω: ditant **P**

50 archadii **P** *quod qui mutant, nesciunt in fabulis Graecorum Arcadiam usque ad mare pertinere* peribent **Q** 53 letique **P**ω: Lethesque *Friesemannus cl. Silv. 3, 2, 112* Lethaeus ianitor. *sed cur* ianua leti (*Theb. 3, 68. Val. Flacc. 4, 281*) *non ianitorem suum habeat, non video* 55 *om.* $\mathbf{L}^1$ *add.* $\mathbf{L}^1$ *mg.* Haec **r**: Hoc (*sc. loco v. 48*) *Schrader* tunc **PD**: tum ω

exilit ad superos, infernaque nubila vultu
discutit et vivis adflatibus ora serenat.
inde per Arcturum mediaeque silentia Lunae
arva super populosque meat. Sopor obvius illi
Noctis agebat equos, trepidusque adsurgit honori
numinis et recto decedit limite caeli.
inferior volat umbra deo, praereptaque noscit
sidera principiumque sui; iamque ardua Cirrhae
pollutamque suo despectat Phocida busto.
ventum erat ad Thebas; gemuit prope limina nati
Laius et notos cunctatus inire penates.
ut vero et celsis suamet iuga nixa columnis
vidit et infectos etiamnum sanguine currus,
paene retro turbatus abit: nec summa Tonantis
iussa nec Arcadiae retinent spiramina virgae.
  et tunc forte dies noto signata Tonantis
fulmine, praerupti cum te, tener Euhie, partus
transmisere patri. Tyriis ea causa colonis
insomnem ludo certatim educere noctem
suaserat; effusi passim per tecta, per agros,
serta inter vacuosque mero crateras anhelum
proflabant sub luce deum; tunc plurima buxus

---

confusa **μ**² *in ras., videtur fuisse* dum fusca   fusca **P ω**: furva *Lachmannus*; *cf. Ov. Met. 5,286* fusca repurgato fugiebant nubila caelo

58 Unde **r**   pera(r)cturum **C**²   mediaeque **P ω**: mutaeque *Valckenarius*   60 trepidoque **D**: trepid⦙que **ν**²   62 *om.* **f**¹, *add.* **f**²   volat **ω**: meat **PKC** (*e vers. 59*)   65. 66 *om.* **D**, *sed* 66 *suppl.* **D**¹ *mg. sup.*, 65 *recisus est*   65 ad (t)hebas **f**ʳ   66 La(i)tus **P**¹ (*vel* **P**ᶜ)   cunctatus (-to(v)s **L**¹) **PBLC**¹**r**: -tur (*ex* -tor **ν**²) **ω**   pøenatos **P**   67 *incipit* **N**   et celsis **PBDNrb**: excelsis **ω** *fortasse recte*   suamet **P ω**: sedem et **ML**   68 etiamnum **PDN**: -nunc **ω**   69 Paene **P ω**: pone *Müller*   abiit **μ**   nec **P ω**: sed *Dübner, sed particulae* paene *vis ad sequentia quoque pertinet*   70. 71 *om.* **μ**¹, *add.* **μ**²   71 noto **P ω**: torto *Lachmannus*   72 Fulmine *ex* Flu- **f**¹   praerepti *Heinsius*   te *s. l.* **P**ᶜ **ν**²   73 Transmis⦙ere **W**   74 ⦙ducere **K** (e-): educere (e- *add.* **C**²) **C**: ducere **DN**   75 Suaserat *ex* Saus- **Q**²   76 vacuasque **C**   hanelum **BbQ**   77 tunc **P**: tum (dum **μ**) **ω**

aeraque taurinos sonitu vincentia pulsus.
ipse etiam gaudens nemorosa per avia sanas
inpulerat matres Baccho meliore Cithaeron.
qualia per Rhodopen rabido convivia coetu
Bistones aut mediae ponunt convallibus Ossae.
illis semianimum pecus excussaeque leonum
ore dapes, et lacte novo domuisse furorem
luxus: at Ogygii si quando adflavit Iacchi
saevus odor, tunc saxa manu, tunc pocula pulchrum
spargere et inmerito sociorum sanguine fuso
instaurare diem festasque reponere mensas.
  nox ea, cum tacita volucer Cyllenius aura
regis Echionii stratis adlapsus, ubi ingens
fuderat Assyriis exstructa tapetibus alto
membra toro. pro gnara nihil mortalia fati

---

80 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 70 Bacchus . . ponitur pro vino . . unde Statius Thebaidos: imp⟨u⟩lerat . . . Cithaeron

---

ł vincentia
78 taurinos sonitu vincentia (ducentia **N**) pulsus **P***ω*: Tyrrhenos sonitus vincentia pulsu *Lachmannus* (*sed cf. Imhofius ad hunc locum*): taurinas sonitu vincentia pelles *Baehrens* (*cl.* **Σ** tympanis quae sunt ex taurina pelle, plus sonant cymbala); *conicerem* Thymbraeos . . pulsus (*i. citharas Apollinis sacras*), *nisi iam Claudianus id quod in libris exstat, invenisse videretur, cf. Stil. 3, 364* taurinaque pulsu Baccharum Bromios invitant tympana remos. *itaque* taurinos . . pulsus *accipio pulsus in pelle taurina factos, cf. 8, 343* fragor aereus 79 nemorosa *ex* num- **C** sanas (rivi) **D** (*quod non expedio*) 80 Impulerat **P**: Innuerat *ex* Inpulerat **W**[2] meliore⁞ (-m) **B** citherom **P** (*cf. 1, 334*) 81 perdopen **C** rapido **B**[1]**Lfb***μ* conviva (i) **B**[3]: convicia (v) **K**[2]**Q**[2] 82 *om.* **b**, *add.* **b**[1] *mg.* Bisthones **P** 83 Illis *ex* -ic **P**[c]: ł illic *sscr.* **P**[r] sem⁞animum **f** pectus **M**[1] 84 furorem **P**: cruorem *ω* 85 ogygii⁞ (-s) **M** afflavit iacci **P** 87 .merito (in) **Q**[2] 89 tatita **f** aura **P***ω*: hora *Burmannus* 91 tapedibus (t) **B**[3] alte **N** 92 Membra *ex* -o **Q**[1] nihil **P***ω*: mihi **W**

corda sui! capit ille dapes, habet ille soporem.
tunc senior quae iussus agit, neu falsa videri
noctis imago queat, longaevi vatis opacos
Tiresiae vultus vocemque et vellera nota
induitur. mansere comae propexaque mento
canities pallorque suus, sed falsa cucurrit
infula per crines, glaucaeque innexus olivae
vittarum provenit honos: dehinc tangere ramo
pectora et has visus fatorum expromere voces:
'non somni tibi tempus, iners qui nocte sub alta,
germani secure, iaces, ingentia dudum
acta vocant rerumque graves, ignave, paratus.
tu veluti, magnum si iam tollentibus austris
Ionium nigra iaceat sub nube, magister
inmemor armorum versantisque aequora clavi
cunctaris. iamque ille novis — scit Fama — superbit
conubiis viresque parat, quis regna capessat,
quis neget, inque tua senium sibi destinat aula.
dant animos socer augurio fatalis Adrastus
dotalesque Argi, nec non in foedera vitae
pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus.

---

105 Σ 2, 193 comparationem miscet allocutioni, ut supra: tu veluti si . . . Ionium   111 Σ 2, 210 qui (*Laius*) ait superius: dant animos . . . dotalesque Argi

---

93 sui capit (cap$\overset{i}{\text{e}}$t **P**[1]) **P**ω: capit tunc **Wr** ille **P**ω: iste **D**   94 i$\overset{s}{\text{u}}$sus $\mathbf{b}^r$ a$\overset{gi}{\equiv}$t **W**[2]   ne$\equiv$ **W**   95 opac$\overset{o}{\text{a}}$s **Q**[1]   96 Teresiae **P**   veller$\overset{a}{\text{e}}$ **f**[1]   99 clauceque **K**[1]   100 dehinc **PS**: dein ω; *cf. Ach. 1, 370*   101 exprimere **Wr**   102 Nunc (*ex* Non **Q**[2]) **Q**ς   *recte distinxit O. Müller 1882 p. 17*   103 Germani *ex* -mina **L**[1]   104 Arcta **C**   105 si ω: se **P**: sui **W**[2] $\overset{u}{\text{a}}$stris **f**[1]**b**[1]   107 Immemor **P**   108 scit ($\overset{c}{\text{s}}$it **f**[1]) **P**ω: sic ς: *hoc vel* it *Lachmannus*: ut *Kochius 1865 p. 5*   110 destin$\overset{a}{\text{e}}$t **M**[1]: -et **f**   111 sacer **W**   112 $\overset{in}{\text{e}}$t ν^1 vitae **P**ω: culpae *Garrodius*   *v.* 112 *in* **L** *excipit v.* 139, **L**[1] *adscr.* đ; *v.* 113—138 *scripti sunt a* **L**[1] *folio inserto*

hinc tumor, et longus fratri promitteris exul.
ipse deum genitor tibi me miseratus ab alto
mittit: habe Thebas, caecumque cupidine regni
ausurumque eadem germanum expelle, nec ultra
fraternos inhiantem obitus sine fidere coeptis
fraudibus aut Cadmo dominas inferre Mycenas.'
dixit, et abscedens — etenim iam pallida turbant
sidera lucis equi — ramos ac vellera fronti
deripuit, confessus avum, dirique nepotis
incubuit stratis, iugulum mox caede patentem
nudat et undanti perfundit vulnere somnum.
illi rupta quies, attollit membra toroque
eripitur plenus monstris, vanumque cruorem
excutiens simul horret avum fratremque requirit.
qualis ubi audito venantum murmure tigris
horruit in maculas somnosque excussit inertes,
bella cupit laxatque genas et temperat ungues,
mox ruit in turmas natisque alimenta cruentis
spirantem fert ore virum: sic excitus ira
ductor in absentem consumit proelia fratrem.
et iam Mygdoniis elata cubilibus alto

---

114 timor (v *s. l.*) **P**[1] 116 habet hebas **B**: abe (h *s. l.*) thebas **b** 117 Ausurumque eadem **P**ω (*i. qui eadem ausurus est, qui item te regno pulsurus est*): laesurumque fidem *Garrodius* 118 fidere coeptis (*vel* cep-) ω: fidereceptis (ł foedere) **P**[c]: fide receptis **BL**[1]**C**[1]μ[1]: sidere ceptis **C**[2] *mg.* 119 Fraudibus (ł fratribus) **P**[c] haud *ex* aut **Q**[2] dominas (-n-) **f** mecenas (y *s. l.*) **P**[1] 121 ramos *ex* ro- **Q**[1] 122 Deripuit *ex* Dir- **WC**: Diripuit (*ex* Deru- **M**[1]) **M**μ: Diripiuit **P**[1] 123 Incubuit *ex* Incumbunt **f** parentem **C** 124 undanti (n-) **f** perfudit **WNr** sanguine ς 126 Eripitur **P**: Erigitur ω monstris plenus **Wr** vacuumque **W**: vacuumque (vanumque *s. l.*) **r** *post* 127 *versus vacuus in* **f** 128 tigris ω: -es **P** 129 in maculas **P** ω: in stabulis *Baehrens* -que *s. l.* **L**[σ] 130 temperat **P** ω: iam parat *Baehrens*, *ubi* iam *falso collocatum est* 131 Mox *ex* Nox **L**[2] 132 exitus (c *s. l.*) **B**[2]**f**[r] 133 consummit **Wr**: cum sumit **D** 134 mygdonis **P**:

inpulerat caelo gelidas Aurora tenebras,
rorantis excussa comas multumque sequenti
sole rubens; illi roseus per nubila seras
advertit flammas alienumque aethera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
impleat atque ipsi radios vetet esse sorori,
cum senior Talaionides nec longa morati
Dircaeusque gradum pariterque Acheloius heros
corripuere toris. illos post vérbera fessos
exceptamque hiemem cornu perfuderat omni
Somnus; at Inachio tenuis sub pectore regi
tracta quies, dum mente deos inceptaque versat
hospitia, et quae sint generis adscita repertis
fata movet. postquam mediis in sedibus aulae
congressi inque vicem dextras iunxere locumque,
quo serere arcanas aptum atque evolvere curas,
insidunt, prior his dubios conpellat Adrastus:

---

144 Σ 6, 27 quod idem poeta superius manifestius asseruit dicens: cornu perfuderat omni

---

mygloniis **W**^{1} Impulerat **P**: ~~Im~~pulerat (expulerat *sscr.*) **Q**^{2}: dispulerat *Lachmannus vel* de-: *at impellere intellego impetum facere; illud non aurorae, sed solis est* aurara (o *sscr.*) **Q**^{1} 136 comes (a *sscr.*) **B**^{1} vultumque (*hoc iam Gifanius*) liquenti *Garrodius; sed vultus Aurorae a sole aversus cur potissimum rubeat, non perspicitur* 137 seras . . flammas **P**ω: flammas . . seras **N** 138 Avertit (d *sscr.*) μ^1 139 equo▒ (-s) **C** 140 atque radios ipsi (ł ac ipsi *sscr.*) (ł ac ν^σ; ipsi *sscr. et del. post* radios ν^2) ν vetet *ex* vet **W**^{2}: *ex* vetat **Q**^{1} 141 Tum *ex* Cum **Q**^{2} talaionides **P**ω: tala▒onides **B**: talaonides (i *sscr.*) **M**$^\sigma$: talaonides (tha- **D**) **LDfb**ν^2 142 Dircheusque **P** pariter^{que} **L**$^\sigma$ achelonius **f** 144 cor nuper fuderat **Q**^{1} 145 regi▒ (-n?) **f** 147 adsita (c *sscr.*) **B**^{3} 148 Fa▒ta (c) **b** Congressi *ex* -su **C** iunxere *ex* vicere ν^2 150 Quo▒ (-s) **f** archanas **P**: -as *ex* -os **Q**^{1} 151 compellat **P** adrastos (v *sscr.*) **f**^{1}

'egregii iuvenum, quos non sine numine regnis
invexit nox dextra meis, quibus ipse per imbres
fulminibus mixtos intempestumque Tonantem
has meus usque domos vestigia fecit Apollo,
non equidem obscurum vobis plebique Pelasgae
esse rear, quantis conubia nostra procorum
turba petant studiis; geminae mihi namque, nepotum
laeta fides, aequo pubescunt sidere natae.
quantus honos quantusque pudor, ne credite patri,
et super hesternas licuit cognoscere mensas.
has tumidi solio et late dominantibus armis
optavere viri — longum enumerare Pheraeos
Oebaliosque duces — et Achaea per oppida matres
spem generis, nec plura tuus despexerat Oeneus
foedera Pisaeisque socer metuendus habenis.
sed mihi nec Sparta genitos nec ab Elide missos
iungere fas generos: vobis hic sanguis et aulae
cura meae longo promittitur ordine fati.

---

es ł munere
152 iuvenum C^2 numine **D** 153 dextra **PC**: atra
ł atra ł dextra
dextra (*del.* B^3) **B**: dextra Q^2: atra **D**: atra *ω* 154 Fulmine *ex* Flu- b^1 155 domos *ω*: domus **P** *quod Kohlmannus retinuit propter 3, 578. 5, 97. 8, 49. 9, 798. 12, 519. sed his locis ω* domos *praebet, quae forma non solum ceteris Stati et epicorum carminum et Silvarum locis, sed etiam ratione eius grammatica commendatur* 156 vobis *ex* verbis ν^2 plebiṣque P^1: plebisque **W** 157 rear **PBLNb**: reor *ω*: re(o)ar r^1 158 petaṇt P^1: petat **Qfb** stigiis (studiis) M^σ 160—177 *non ab ipso librario* P^1, *sed ab aequali scripti* 160 honor **f** ne(-c) **L**: neç ν^2: nec **M**: mi *Baehrens, quae forma a Statio aliena; poeta ne crederent testi occupato, sed ipsi viderent, monuit* 162 armis $P^1QKCfbr^2$: ar(m)vis $B^1\nu^2$: arvis (armis) D^1: arvis P^r *mg.* **WMLSNf***μ*
163 phaereos **P**: phar(a)eos *ω*: phereos **DN** 164 Ob(e)aliosque b^1 165 despexerat *ω*: di- **P** oeneos **P**: oene K^1 166 Pisaeisve *Lachmannus perperam* 167 abelide **f**: abhelide **Q**: adbelide L^1 168 hic **P***ω*: hic(s?) **B**: et **Lf**: sed *ν*

di bene, quod tales stirpemque animosque venitis,
ut responsa iuvent: hic durae tempore noctis
partus honos, haec illa venit post verbera merces.'
audierant, fixosque oculos per mutua paulum
ora tenent, visique inter sese ordine fandi
cedere. sed cunctis Tydeus audentior actis
incipit: 'o quam te parcum in praeconia famae
mens agitat matura tuae, quantumque ferentem
fortunam virtute domas! cui cedat Adrastus
imperiis? quis te solio Sicyonis avitae
excitum infrenos conponere legibus Argos
nesciat? atque utinam his manibus permittere gentis,
Iuppiter aeque, velis, quas Doricus alligat intus
Isthmos et alterno quas margine submovet infra!
non fugeret diras lux intercisa Mycenas,
saeva nec Eleae gemerent certamina valles,

---

179 **Σ** 4, 50 hanc autem primum Adrastus civitatem (*i. Sicyonem*) regnando possedit, ut ipse in secundo testatur dicens: quis te . . . Argos

---

170 stirpemque **P**ᶜ *mg.* **ω**: stirpeque **P¹K** animosque
animosque
(annosque **f¹**: animo≡que **K**) **ω**: animoque **P** 171 iubent **Q¹**
v
tempore **ω**: -ra **P** 172 Partis **f** mercis **P** 174 sese ne **P¹** (ordi) 175 cunctos **C¹** au≡dentior **b**: audacior **N ν ς** 176 quã≡te **B¹** praecordia **Wr** 177 agitat **Pω**: animat *Ellisius, quo verbo sic non usus est Statius* quantumque (ł quanta) **Q²** ferentem **Pω**: faventem *Lachmannus; sed recte Müller contulit Sen. epist. 22, 4* nec instare fortunae ferenti 178 cedat **PBbC¹**: cedit **ω** 179 sycionis **P**: sicyolis (n) **B³**: sitiolis (/nis **b**ʳ *mg*) **b** 180 Exitum (c) **B¹** componere **P** 182 intus **P**: undis **ω** 183 Histmos **BWMfbr** submonet **μ** 185 villes (a) **B³** *post* 185 *lacunam statuit Dübner. intellego: nec dira illa facinora facta essent nec Eumenides modo sub his modo illis regibus fuissent nec facta essent quae Thebano notiora sunt. Garrodius autem qui verba* Eumenidesque . . . regibus *in parenthesi collocavit, quomodo locum acceperit nescio.* vallis . . aliis alias sub r. *Sandstroemius 1878 p. 42. ego conieceram* Eumenidesve

Eumenidesque aliis aliae sub regibus, et quae
tu potior, Thebane, queri: nos vero volentes
expositique animis.' sic interfatus et alter
subicit: 'anne aliquis soceros accedere tales
abnuat? exulibus quamquam patriaque fugatis
nondum laeta Venus, tamen omnis corde resedit
tristitia, adfixique animo cessere dolores.
nec minus haec laeti trahimus solacia, quam si
praecipiti convulsa noto prospectet amicam
puppis humum. iuvat ingressos felicia regni
omina, quod superest fati vitaeque laborum
fortuna transire tua.' nec plura morati
consurgunt, dictis inpensius aggerat omne
promissum Inachius pater, auxilioque futurum
et patriis spondet reduces inducere regnis.
  ergo alacres Argi, fuso rumore per urbem
advenisse duci generos primisque hymenaeis
egregiam Argian nec formae laude secundam
Deipylen tumida iam virginitate iugari,
gaudia mente parant; socias it Fama per urbes,
finitimisque agitatur agris procul usque Lycaeos

---

203 *Prisc.* GL II 72, 19 (*propter ī nominis Argia cf. ad 265*) in eodem (*Stat. II Theb.*): egregiam Argian . . . Deipylen

---

186 aliis aliae **ω**: ·/aliae ·/aliis $\mathbf{P}^1$ 187 potior **Pω**: poteris **MLC** (*sed* fratre melior $\mathbf{L}^\sigma$): poteris (ł potior) $\mathbf{Q}^1$: potior (ł poteris) $\mathbf{K}^2\boldsymbol{\nu}^1$ 188 sic **Pω**: hic *Lachmannus, hoc simpliciter narrat, illud orationem multo vividiorem reddit, cf. 4, 518* 189 soceros *ex* saceros **W**: *ex* socios **C** 193 Non **f** 195 iu≡at (-g-, v *superscr.*) $\mathbf{B}^3$ 196 Omnia $\mathbf{Pf}^1$ 197 Cum surgunt $\mathbf{f}^1$ 198 impensius **P** 199 inachịis (v *superscr.*) $\mathbf{Q}^1$ 201 alacres *ex* -le- $\mathbf{K}^2$ orbem (v *superscr.*) $\mathbf{B}^1$ 203 argian *Prisc.* **BLMDNCr**: argian≡ **Q**: argiam **Pfbμν** 204 Deipylen (-i- $\mathbf{P}^1$ *in ras.*) **P** iugare **μ** 205 socias *add.* $\mathbf{Q}^2$ per oras $\mathbf{K}^1$ 206 Finitimis(que *superscr.*) $\mathbf{Q}^1$ agitatur *om.* **C** proculque (us *subscr.*) $\mathbf{B}^3$ liceịs (o *superscr.*) $\mathbf{Q}^1$

Partheniosque super saltus Ephyraeaque rura
nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas
insilit. haec totis perfundit moenia pinnis
Labdaciumque ducem praemissae consona nocti
territat; hospitia et thalamos et foedera regni
permixtumque genus — quae tanta licentia monstro,
quis furor est? —, iam bella canit. diffuderat Argos
expectata dies: laeto regalia coetu
atria conplentur, species est cernere avorum
comminus et vivis certantia vultibus aera.
tantum ausae perferre manus! pater ipse bicornis
in laevum prona nixus sedet Inachus urna;
hunc tegit Iasiusque senex placidusque Phoroneus,
et bellator Abas indignatusque Tonantem
Acrisius nudoque ferens caput ense Coroebus,
torvaque iam Danai facinus meditantis imago;
exin mille duces. foribus cum inmissa superbis
unda fremit volgi, procerum manus omnis et alto
quis propior de rege gradus, stant ordine primi.
interior sacris calet et sonat aula tumultu

---

207 Parthenosque **μ**   208 eadem **Pω**: itidem *Lachmannus*: vadens *Baehrens*: equidem ς *Garrodius*: tandem *Phillimorius; sed dempta* eadem *voce* dea *languet*   209 haec **Pω**: et **DN**: $\overset{et}{\text{haec}}$ **S**; haec .. moenia *efferuntur, quia Thebae opponuntur ceteris oppidis, quae non totis pennis Fama perfudit. interpunctionem post v. 209 sustuli*   perfudit **B**^{2}**b**: perfundit **L**^{1} (rumoribus implevit **L**$^\sigma$)   211 et thalam$\overset{o}{\text{is}}$ **L**^{1}: et $\overset{t}{\text{h}}$alamos **f**^{1} 213 est **Pω**: et *Lachmannus*   perfuderat **C**   a$\overset{rg}{\ldots}$os (-gr-) **b**^{r} 214 loeto **P**   215 complentur **P**   216 $\overset{ora}{\text{aera}}$ **Q**^{1} 217 perferre **Pω**: proferre **ν**^{1}ς *Bernartius*   bicornis **ω**: -ni **P**   218 inachia urna **μ**   219 phoroneos **BMfbr**^{1}: phorone **K**^{1} 220 abans **μ**: aba **f**   221 ferens *ex* -nt **Q**^{1} capu$\overset{t}{\text{d}}$ **P**^{1}: caput *ex* cu- **M**^{1} 222 facies **C**   …mago **f**   223 cum **Pω**: tum *Baehrens, qua particula oratio minus illustris fit*   superbis *ex* -vis **P**^{1} 224 Und$\overset{a}{\text{e}}$ **Q**^{1}: Turba **C**   manus *om.* **B**^{1}**f**^{1} 225 prop…ior **fμ**   …rege (g-) **P**

femineo; casta matrem cinxere corona
Argolides, pars virginibus circum undique fusae
foedera conciliant nova solanturque timorem.
ibant insignes vultuque habituque verendo
candida purpureum fusae super ora pudorem
deiectaeque genas; tacite subit ille supremus
virginitatis amor, primaeque modestia culpae
confundit vultus; tunc ora rigantur honestis
imbribus, et teneros lacrimae iuvere parentes.
non secus ac supero pariter si cardine lapsae
Pallas et asperior Phoebi soror, utraque telis,
utraque torva genis flavoque in vertice nodo,
illa suas Cyntho comites agat, haec Aracyntho;
tunc, si fas oculis, non umquam longa tuendo
expedias, cui maior honos, cui gratior, aut plus
de Iove, mutatosque velint transumere cultus,
et Pallas deceat pharetras et Delia cristas.
    certant laetitia superosque in vota fatigant

---

242 *Prisc.* GL III 247, 8 Statius in II Thebaidos: mutatosque velint ... cristas' pro si velint   244 *Ps. Acro* carm. 1, 2, 26 prece qua fatigent: instanter et impense rogent, ut Vergilius: divosque in vota fatigant

---

227 cast▒a (-r-) **Q**   matrem **PQK**^{2}**C**^{1}: matrum *ω*: matrem *Σ*^{1} (?) *sed interpretatur* matrum   228 fusa **f**   229 solantur *ex* solvuntur **B**^{1} 230 vetendo (r *sscr.*) **Q**^{1} 231 super▒ora (-i-) **f**   232 supremus *ω*: -mα (e *sscr.*) (-mu *an* -ma *scribendum, librarius haesit*; e *sscr.* **P**^{r} *potius quam* **P**^{1}, *non* **P**^{c}) **P**   233 modestia (l *sscr.*) *ν*^{2}: molestia **QfC**^{1}**r**^{1} 234 Confundit **Q**^{2}**C**^{2} ▒rigantur (ora *sscr.*) **f**^{r} 235 teneros lacrimae iuvere parentes **P***ω* *recte*; generos l. i. paventes *Sandstroemius 1878 p. 42*: generos lacrimae et iuvere parentes *Lachmannus*   238 cono (d *sscr.*) **C**^{2} 239 suas *ex* -os **Q**^{1} cincto **b**   ora cintho (a *sscr.*) **Q**^{1} 240 non▒umquam **f**: nonnumquam **L**   242 mutatosque· lintransumere (·ve, t *sscr.*) **P**^{c} 244 laeticiae *μ*   superos **f**

Inachidae, quae cuique domus sacrique facultas.
hi fibris animaque litant, hi caespite nudo,
nec minus auditi, si mens accepta, merentur
ture deos, fractisque obtendunt limina silvis.
ecce metu subito — Lachesis sic dura iubebat —
inpulsae mentes, excussaque gaudia patri,
et turbata dies. innuptam limine adibant
Pallada, Monychiis cui non Argiva per urbes
posthabita est Larissa iugis; hic more parentum
Iasides, thalamis ubi casta adolesceret aetas,
virgineas libare comas primosque solebant
excusare toros. celsam subeuntibus arcem
in gradibus summi delapsus culmine templi,
Arcados Euhippi spolium, cadit aereus orbis,
praemissasque faces, festum nubentibus ignem,
obruit, eque adytis simul exaudita remotis
nondum ausos firmare gradum tuba terruit ingens.
in regem conversi omnes formidine prima,
mox audisse negant; cunctos tamen omina rerum

---

246 hiç **P**[1]: hic **Q** 247 Ne **f**: Ne[c] **M**[σ]**Q**[1] merentur **P**: meretur (mere⁝tur **K**: [m]veretur **S**) *ω* 248 -que *om.* **N** 250 Impulsae **P** mentis (-is *adras.*) **P** patri **P**: patris [vulgi] (patris **N**) *ω* 251 innuptam limine **P***ω*: inn. limite *Baehrens*: innupto in limine *Garrodius*: innuptum limen *Phillimorius* (*quid tunc* Pallada?); limine *propterea additum puto quod castitatem violaturis ipsum templum inire nefas erat* 252 monichiis *ex* -na- **L**: monachiis **Q** [v]orbes **B**[1]: orbes *vel* orbem *Madvigius Adv. crit. II p. 154* 253 *om.* **W** Postabita **B** est *om.* **r** lari[s]sa **B**[2] hic (*scil. in limine*) **P***ω*: huic *Jortinus* 254 adholesceret **W**: adoleverat **C** 256 aulam **D**: aulam [arcem] **N** 257 delapsus **P**: -um *ω* 258 heuippi **Pb** s[·p]·olium **Q**[1] 259 nubibus [nubentibus] **Q**[1] 260 atque *μ in ras.* (ęque) ad⁝i⁝[tis] **B**[1] 261 tuba *ex* tibi **W**[2]: tu⁝ba (r) **f**: t[·u]·ba **b**[r] 263 omnia **Q**[1] **fCb**: omnia **Q**[1] *mg.*

dira movent, variisque metum sermonibus augent.
nec mirum: nam tum infaustos donante marito
ornatus, Argia, geris dirumque monile
Harmoniae. longa est series, sed nota malorum
persequar, unde novis tam saeva potentia donis.
  Lemnius haec, ut prisca fides, Mavortia longum
furta dolens, capto postquam nil obstat amori
poena nec ultrices castigavere catenae,
Harmoniae dotale decus sub luce iugali
struxerat. hoc, docti quamquam maiora, laborant
Cyclopes, notique operum Telchines amica
certatim iuvere manu; sed plurimus ipsi
sudor. ibi arcano florentis igne zmaragdos
cingit et infaustas percussum adamanta figuras
Gorgoneosque orbes Siculaque incude relictos
fulminis extremi cineres viridumque draconum

---

265 *Prisc.* GL II 72, 15 sed et Argia et Argian et Langia idem secundum Graecos producta paenultima i profert in II Thebaidos: nec mirum nam tu .... geris 275 *Serv.* Aen. 12, 90 deus ipse parenti fecerat: ac si diceret: non per ministros. Statius: sed plurimus ipsi sudor ibi

---

265 tum **P**ω: tu≡ **BQN**: tu *Prisc.* ς 266 argiva **C** mov^{n}≡ile **B**^{2} 267 Harmoniae (Ar- **K**) **PKQ**^{1}**C**^{2} (-rmin- **C**^{1}): Har^{i}mon‿ae **B**^{1}: Harmonae (Ar- **b**) **Wb**: Hermionae (-^{o}enae **L**^{1}) **LQ**^{2}**fr**$\mu\nu$ sed **P**ω: se^{d} **Q**^{2}: si **f**: et *Baehrens. vulgo post v. 267 interpungunt, unde Lachmanno versus 268 otiosus visus est* 269 haec ^{est}ut **N**: ^{haec}est ut **D**: est ut ς: ut **M**: hoc ut *Schrader* 270 coepto *Heinsius* 272 Harmoniae **PC**: Harmı^{o}≡n≡ae **B**: Harmonae **b**^{1}: Herminae **W**: Hermionae ω 273 h^{vn}oc **b**^{r} 274 operumt‿elchynes **B** 275 Certati≡m **B** 276 archano florentes **P** 277 Cingit *ex* Pingit **Q**^{2} infaustis **Cf**ν: -^{a}os **L**^{1} figuris **Cf**ν adamanta *ex* -te **B**^{3} 278 relectos *Heinsius* 279 drachonum **P**: dracon^{a}em **N**

lucentes a fronte iubas; hic flebile germen
Hesperidum et dirum Phrixei velleris aurum;
tum varias pestes raptumque interplicat atro
Tisiphones de crine ducem, et quae pessima ceston
vis probat; haec circum spumis lunaribus unguit
callidus atque hilari perfundit cuncta veneno.
non hoc Pasithea blandarum prima sororum,
non Decor Idaliusque puer, sed Luctus et Irae
et Dolor et tota pressit Discordia dextra.
prima fides operi, Cadmum comitata iacentem
Harmonia versis in sibila dira querellis
Illyricos longo sulcavit pectore campos.
inproba mox Semele vix dona nocentia collo
induit, et fallax intravit limina Iuno.
teque etiam, infelix, perhibent, Iocasta, decorum
possedisse nefas; vultus hac laude colebas,
heu quibus, heu placitura toris! post longior ordo.
tunc donis Argia nitet vilisque sororis

---

283 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 96 ceston ·i· cingulum Veneris. unde Statius Thebaidos: quae .. vis probat 297 *Prisc.* GL II 41, 3 ($\varepsilon\iota$ = i) idem in II: tunc .. vilesque .. auro

---

280 Lucentesque **C** hic **P**ω: his *Koestlinius 1876 p. 530*: hinc *Baehrens* 281 fryxei **P** 282 Tum ω: Tunc **PQN** ƚ atro auro **M**$^{\sigma}$: auro **LC** (*e v. 281*) 283 Tisiphonis (Te- **Mf**) **PBLM fbr** caestom **PS** (*cf. 1, 334*) 284 ungui(-t) **B**: ungit **P**: ungunt (it) **C**: ungunt **W** spumis circum **C** 285 Cal(l)idus **f**[1]: Pallidus **C** perfudit (n) **B**[3]: -fudit **WDrb** 286 hac (o) **C**[2] passithea **PQ** blandorum (a) **Q**[1] 287 Nec (ƚ non) **r** id aliusque **C**: Idaliusve *Lachmannus* 288 pre(·)ssit (-ce-) **f** 290 Harmonia **Pb**[1]: Harmon(i)a (e, i) **B**: Hermoniae (a, ione) **Q**: Hermiona *vel* -ne ω 292 Improba **P** semele ω: semel **P** 294 io casta deorum **C** 295 hac ω: ac **PS** laude **P**ω: luce *Baehrens*: fraude *Garrodius* 296 platitura **f** largior **D**: largior (on) **N** 297 Tunc **P** *Prisc.*: tum ω vi(·)lesque **B** sororis *ex* -es **L**[1]

ornatus sacro praeculta supervenit auro.
viderat hoc coniunx perituri vatis et aras
ante omnis epulasque trucem secreta coquebat
invidiam, saevis detur si quando potiri
cultibus, heu nihil auguriis adiuta propinquis.
quos optat gemitus, quantas cupit impia clades!
digna quidem, sed quid miseri decepta mariti
arma, quid insontes nati meruere furores?
  postquam regales epulas et gaudia vulgi
bisseni clusere dies, Ismenius heros
respicere ad Thebas iamque et sua quaerere regna.
quippe animum subit illa dies, qua, sorte benigna
fratris, Echionia steterat privatus in aula,
respiciens descisse deos trepidoque tumultu
dilapsos comites, nudum latus omne fugamque
fortunae. namque una soror producere tristis
exulis ausa vias; etiam hanc in limine primo
liquerat et magna lacrimas incluserat ira.
tunc quos excedens hilaris, quis cultus iniqui
praecipuus ducis, et profugo quos ipse notarat
ingemuisse sibi, per noctem ac luce sub omni

---

313 Σ 12, 405 comes: ut ipse superius: namque una . . . tristis . . . vias

---

298 superveni[illegible]t (-d?) **f** 300 omnis **P**ω: ignis (ał omnes
ł audita
B^1 *mg.*) **Bb** coquebat ω: -bant **P** 302 adiuta **Q**^{2} 303 im-
ł es
pia[illegible] (-s) **b** 305 nati *ex* -te **L**^{1} furoris **M**$^{\sigma}$: furoris **f**
306 aepulas **P** 307 *om.* **M**, *add.* **M**^{1} *mg.* Bisseni *ex* -no **Q**^{1}
a
clusere **M**$^{\sigma}$: clausere μ isthmenius **P**: hismenius ω
maligna
309 illa **P**ω: ille **M** benigna **D** 311 Respiciens **P**ω: agnoscens *Garrodius* descisse ω: descisse *ex* di- **P**^{1} (*ex* -ci- *fecit*
abiisse
-ce- **P**^{c}, *voluit igitur* discesse *i. discessisse*): descisse **K**: abiisse **C**
312 nudum *ex* ni- **b**^{r} 316 hilares **P**: hiraris **B**$^{\sigma}$ quis **P**ω: quia *Sandstroemius 1878 p. 43* 317 et *s. l.* **f**^{1}

digerit; exedere animum dolor iraque demens
et, qua non gravior mortalibus addita curis,
spes, ubi longa venit. talem sub pectore nubem
consilii volvens Dircen Cadmique negatas
adparat ire domos. veluti dux taurus amata
valle carens, pulsum solito quem gramine victor
iussit ab erepta longe mugire iuvenca,
cum profugo placuere tori cervixque recepto
sanguine magna redit fractaeque in pectora quercus,
bella cupit pastusque et capta armenta reposcit
iam pede, iam cornu melior — pavet ipse reversum
victor, et attoniti vix agnovere magistri —:
non alias tacita iuvenis Teumesius iras
mente acuit. sed fida vias arcanaque coniunx
senserat; utque toris primo conplexa iacebat
aurorae pallore virum, 'quos, callide, motus
quamve fugam moliris?' ait 'nil transit amantes.
sentio, pervigiles acuunt suspiria questus,
numquam in pace sopor. quotiens haec ora natare
fletibus et magnas latrantia pectora curas
admota deprendo manu? nil foedere rupto
conubiisve super moveor viduaque iuventa,

---

319 Digerit *ex* De- **B**[1] exçedere **B**[1] 320 curis **P**: cura *ω* (cura est **D**) 321 veni[ras.] (-t) **B** tales .. nubes *ex* -lem .. -bem *ν*[2] 322 Consilii **P**: -lio *ω* 323 a[ras.]mata **B** 325 erapta *μ* mugire *ω*: mugire (ł migrare) **P**[c] 327 in pectora (*sc. redeunt*) **PDNC**: in pectore (*sc. sunt*) *ω* quercus (ł vires) **P**[c]**r**[2] quercus at (ł quercus) vires **B**[2]: vires **Q**[2]: quercus **Nb**: vires *ω* 328 pastusque **P**: saltusque *ω* 329 ille **L** 330 alias *ex* -us **f**[1] tacita **DNKC**[1]: tacitas **BQrb***μν*: tacitus **LMfC**[2]: tacite **P** *fortasse recte* 331 acuit **P***ω*: coquit *Heinsius* 333 complexa **P** 335 Quamque **C** nihil **P** 337 or(a).natare **P**[1] 338 latrantia **PB**[1]**Nbr**[2]*Σ* (lactantia *Σ cod. Mon.*): iactantia *ω* 339 depr(e)ndo **f**[1]: deprenda(o) **Q**[2] nihil **P** 340 Conubiis(ve) **Q**[2]: Conubiis[ras.](ve) (-que *scr. in ras.* **C**[2]) **C**

etsi crudus amor necdum post flammea toti
intepuere tori: tua me, properabo fateri,
angit, amate, salus. tune incomitatus, inermis
regna petes poterisque tuis decedere Thebis,
si neget? atque illum sollers deprendere semper
fama duces tumidum narrat raptoque superbum
difficilemque tibi: necdum consumpserat annum.
me quoque nunc vates, nunc exta minantia divos
aut avium lapsus aut turbida noctis imago
terret, et a! memini, numquam mihi falsa per umbras
Iuno venit. quo tendis iter? ni conscius ardor
ducit et ad Thebas melior socer.' hic breve tandem
risit Echionius iuvenis tenerumque dolorem
coniugis amplexu solatus et oscula maestis
tempestiva genis posuit lacrimasque repressit;
'solve metus animo, dabitur, mihi crede, merentum
consiliis tranquilla dies; te fortior annis
nondum cura decet. sciat haec Saturnius olim

---

356 *Prisc.* GL II 351, 15 merentum pro merentium. Statius in II Thebaidos: dabitur . . dies

---

342 proberabo **Q** 343 Angit **P**ω (*quod recte defendit Deipser 1881 p. 113*): tangit *Bentleius* amate **KC** *Schrader*: amata **P**ω; *de* Σ *non constat*: amate $\mathbf{MP^a}$: amata $\mathbf{LP^b}$ 344 petes (-ens **B**: -ens **S**) ω: petis **P** 345 deprehendere **P**: reprendere *Lachmannus* 346 $\overset{e}{\text{ducis}}$ $\mathbf{Q^1}$ $\overset{\text{regnoque}}{\text{raptoque}}$ **D** $\overset{v}{\text{superbim}}$ $\mathbf{f^1}$ 347 consumpserat **P**ω: consumpserit ς *Heinsius, qua lectione orationis vis frangitur* 348 $\overset{e}{\text{vatis}}$ $\mathbf{Q^1}$ 349 $\overset{v}{\text{lapsos}}$ $\mathbf{B^1}$ 350 Terret et **P**: $\overset{a}{\text{Territet}}$ $\mathbf{B^3Sr}$: Territat ω $\overset{h}{\text{a}}$ $\mathbf{P^c}$ 353 $\overset{\text{pudorem}}{\text{dolorem}}$ (*vox supra scr. linea deleta*) **N** 354 solatus **P** $\mathbf{B^1B^3SLQr}\mu\nu$: solatur $\mathbf{B^2MK}$ (*in ras.*) **DNCfb** 356 mihi ω: mi **P** merentum (-tium **B**) **P**ω *Prisc.*: medentum *Schrader, cf. Hermes 40 (1905) p. 345* 357 dies **P**ω *Prisc.*: quies *Schrader*; *sed cf. Deipser 1881 p. 113*

fata parens, oculosque polo demittere si quos
Iustitia et rectum terris defendere curat:
fors aderit lux illa tibi, qua moenia cernes
coniugis et geminas ibis regina per urbes.'
  sic ait, et caro raptim se limine profert.
Tydea iam socium coeptis, iam pectore fido
aequantem curas — tantus post iurgia mentes
vinxit amor — socerumque adfatur tristis Adrastum.
fit mora consilio, cum multa moventibus una
iam potior cunctis sedit sententia, fratris
pertemptare fidem tutosque in regna precando
explorare aditus. audax ea munera Tydeus
sponte subit; nec non et te, fortissime gentis
Aetolum, multum lacrimis conata morari
Deipyle, sed iussa patris tutique regressus
legato iustaeque preces vicere sororis.
  iamque emensus iter silvis ac litore durum,
qua Lernaea palus ambustaque sontibus alte
intepet hydra vadis, et qua vix carmine raro
longa sonat Nemea nondum pastoribus ausis,
qua latus Eoos Ephyres quod vergit ad euros

---

377 *Mico* 217 intepet ydra . . raro

---

359 oculo^{s}que **P**^{c} demittere **DN** *Menkius*: dimittere **P**ω si quos **P**ω: si qua *Bernartius* 361 adherit **r** ipsa **Q** cernes *ex* -is **P**^{1} 363 a≣it (-g-) **f** raptum **f**: ṗ raptum ν^{1} 366 Vincxit (ł vin) **Bb**: Iunxit **Q**^{2} 367 Fit **P**ω: Nec (ł Fit) **M**^{1}**L**$^{\sigma}$**f**^{2} 367—458 *in* **g** *desunt duobus foliis excisis* 368 Iam **MDQ**$^{1}\mu$: Iam *ex* Nam **P**: Nam (ł hec **f**^{2}) ω 369 praetemptare ς *Heinsius* tu^{o}tosque **C**^{2} vocando **C** 370 munerạd **B**: munera (ł munia) **f**^{r} subi≣t (-i-) **f**: subiit **L**μ 372 lacrimis multum **N** conata est (s. est) **L**$^{\sigma}$ morari est **N** 374 sororis *ex* -es **B**^{1} 376 Qua *ex* Quae **Q**^{2} fontibus **C** 377 h^{y}id^{r}a **P**^{1} vix *ex* vis **b**^{1} 378 nemea ω: nemeae **P** 379 quod verẋ^{g}it **P**^{c}: quod vertit **D**: convergit *Baehrens* eo osephyres **B**: eoos≣ephires (-t-) **b** euros *ex* auros **C**

Sisyphiique sedent portus irataque terrae
curva Palaemonio secluditur unda Lechaeo.
hinc praetervectus Nisum et te, mitis Eleusin,
laevus abit, iamque arva gradu Teumesia et arces
intrat Agenoreas; ibi durum Eteoclea cernit
sublimem solio saeptumque horrentibus armis.
iura ferus populo trans legem ac tempora regni
iam fratris de parte dabat; sedet omne paratus
in facinus queriturque fidem tam sero reposci.
  constitit in mediis — ramus manifestat olivae
legatum — causasque viae nomenque rogatus
edidit; utque rudis fandi pronusque calori
semper erat, iustis miscens tamen aspera coepit:
'si tibi plana fides et dicti cura maneret
foederis, ad fratrem conpleto iustius anno
legatos hinc ire fuit teque ordine certo
fortunam exuere et laetum descendere regno,
ut vagus ille diu passusque haud digna per urbes
ignotas pactae tandem succederet aulae.

---

388 *Prisc.* GL III 69, 16 idem in II: queriturque .. sero reposci (*propter* sērŏ) 389 *Eutych.* GL V 483, 20 manifesto, Statius in Thebaidos libro II: ramus .. legatum

---

380 Sisyfiique **P** 381 lechaeo **PDN**: lic(h)eo *ω* 382 te'm$\overset{i}{e}$tis **Q**² el$\overset{e}{u}$sin **f**² 382 abit **PB**: habet *ω*: hab$\overset{i}{e}$t **Q**² gradu *om.* **P** *sine lac., sed spatio relicto inter* iamque *et* arva 384 ubi **C** 385 Sublimem *ex* -en **f**ʳ: -men **b** *fortasse recte cl. 12, 398* 386 ferens *ex* ferus **B**¹: ferus (ł ferens) **Q**²: ferens **b** ac **P***ω*: et **L***μν* 389 ramus **PDL**: ramo *ω*: ramo (ł ramus) **M**^σ**N** ma(nif)vestat **L**^σ 390 causamque **C***μ* 391 *om.* **b**, *add.* **b**¹ *mg.* 393 Si▒ **B** et dicti **P***ω*: atque icti *Gudius*: et pacti *Postgatius*; *sed cf. Verg. Aen. 11, 321. 12, 112* 394 completo **P** 395 recto **C** 396 discedere **N**: discedere (descendere) ς: decedere *Deipser 1881 p. 113* 397 passusqu▒e(h)aut **B**¹ 398 succederet *ex* -at **b**¹

sed quia dulcis amor regni blandumque potestas,
posceris: astriferum iam velox circulus orbem
torsit et amissae redierunt montibus umbrae,
ex quo frater inops ignota per oppida tristes
exul agit casus; et te iam tempus aperto
sub Iove ferre dies terrenaque frigora membris
ducere et externos submissum ambire penates.
pone modum laetis; satis ostro dives et auro
conspicuus tenuem germani pauperis annum
risisti; moneo, regnorum gaudia temet
dedoceas patiensque fugae mereare reverti.'
dixerat. ast illi tacito sub pectore dudum
ignea corda fremunt, iacto velut aspera saxo
comminus erigitur serpens, cui subter inanes
longa sitis latebras totumque agitata per artus
convocat in fauces et squamea colla venenum:
'cognita si dubiis fratris mihi iurgia signis
ante forent nec clara odiorum arcana paterent,
sufficeret vel sola fides, qua torvos et illum

---

406 *Serv.* Aen. 2, 22 *dives* hic cum genetivo iungit, Statius quod rarum est, et ablativo, ut: satis .. auro 417 Σ 2, 426 sufficeret .. fides

---

399 plandumque **f** 400 (orbem *ssscr.*) ▒▒ (annum) **N** 401 amisae (s *ssscr.*) **f** vallibus **N** 402 ignata (o *ssscr.*) **Q** 403 causas **C** iam *s. l. add.* **L**$^{\sigma}$ aperto **PN**ς: -tos ω 404 fere (r *ssscr.*) **C**^{2}: ferte (re *ssscr.*) **Q**^{1} 405 summissum **P** pøenates **P**^{1} 406 laetis (v *ssscr.*) **B**^{1} auro dives et ostro **C** 407 pauperis *ex* -es **L**$^{\sigma}$ 409 *om.* **L**, *add.* **L**^{1} *mg.* Dedoceas (ł dediscas *ssscr.*) **M**$^{\sigma}$: Dedoce▒s (a *ssscr.*) b^1 410 supectore (b *ssscr.*) **P**^{1} 411 frement (v *ssscr.*) **P**^{c} 413 tenebras **C** totumque **P**: -tosque ω artas (v *ssscr.*) **L**$^{\sigma}$ 414 quamea (s *ssscr.*) **B**^{1}: suamea (q *ssscr.*) **f**^{1}: suamea **L** 417 qua (ς) torvos et *Klotzius* (quod torvos et *Postgatius*): quam (qua▒ **f**^{1}**C**; ł qui *sscr.* **f**^{2}) torvus et ω: quam servo sed **P**; servo *si verum esset, necessario adderetur* ego *nec intellego quomodo sola fides Eteoclis*

mente gerens, ceu saepta novus iam moenia laxet
fossor et hostiles inimicent classica turmas,
praefuris. in medios si comminus orsa tulisses
Bistonas aut refugo pallentes sole Gelonos,
parcior eloquio et medii reverentior aequi
inciperes. neque te furibundae crimine mentis
arguerim: mandata refers. nunc omnia quando
plena minis, nec sceptra fide nec pace sequestra
poscitis, et propior capulo manus, haec mea regi
Argolico, nondum aequa tuis, vice dicta reporta:
quae sors iusta mihi, quae non indebitus annis
sceptra dicavit honos, teneo longumque tenebo.
te penes Inachiae dotalis regia dono
coniugis, et Danaae — quid enim maioribus actis
invideam? — cumulentur opes, felicibus Argos
auspiciis Lernamque regas; nos horrida Dirces
pascua et Euboicis artatas fluctibus oras,
non indignati miserum dixisse parentem
Oedipoden: tibi larga — Pelops et Tantalus auctor! —
nobilitas, propiorque fluat de sanguine iuncto

---

419 *Gloss.* Horat. carm. 4, 15, 20 (Ps. Acro ed. Keller p. 386) Statius in secundo libro: inimicent classica turmas

---

sufficeret ad Polynicis odium demonstrandum ill$\overset{v}{a}$m **L**$^{\sigma}$ *i. Polynicem* 418 mente **P**ω: fronte *Garrodius* gerens **P**ω: geris **DN**ς 419 ostiles **L** imicent **D**^{1} 420 Bisthonas **P** 422 eloquio **P**: alloquio ω rever⁝ntior (-r-) **f** 423 ment$\overset{i}{e}$s **C**: gentis **DN** 424 Arguerim *ex* -em **L**$^{\sigma}$ ⸗sunt nunc om$\overset{i}{n}$a **P**^{c} 425 scep$\overset{r}{t}$um **L**$^{\sigma}$ 426 proprior **f** 427 Arcolico **f**^{1} aequa tuis **P**ω: aequata *Barthius* tu⁝is (-us) **b** 428 annis ω: -ni **P** 429 Scep$\overset{r}{t}$a **L**$^{\sigma}$ lo$\overset{n}{g}$umqu⁝e (-a-) **B**^{1}: aeternumque **N** 431 actis **P**ω: aulis *Madvigius Adv. crit. II p. 154* 432 Invideam (-deās **D**^{2}) ω: -diam **P** argos *ex* -us **P**^{1} 434 *om.* **L**, *add.* **L**^{1} *mg.* et euboicis *in lac. scr.* **P**^{c} horas **BLb**^{1} indignanti **C** -ti mi- *in lac. scr.* **P**^{c} 436 tibi *in lac. scr.* **P**^{c} pelophs **Bb** et *in ras.* **L**$^{\sigma}$ 437 propriorque **Pf**^{1}

Iuppiter. anne feret luxu consueta paterno
hunc regina larem? nostrae cui iure sorores
anxia pensa trahant, longo quam sordida luctu
mater et ex imis auditus forte tenebris
offendat sacer ille senex! iam pectora volgi
adsuevere iugo: pudet heu! plebisque patrumque,
ne totiens incerta ferant mutentque gementes
imperia et dubio pigeat parere tyranno.
non parcit populis regnum breve; respice, quantus
horror et attoniti nostro in discrimine cives!
hosne ego, quis certa est sub te duce poena, relinquam?
iratus, germane, venis. fac velle: nec ipsi,
si modo notus amor meritique est gratia, patres
reddere regna sinent.' non ultra passus et orsa
iniecit mediis sermonibus obvia: 'reddes,'
ingeminat, 'reddes; non si te ferreus agger
ambiat aut triplices alio tibi carmine muros
Amphion auditus agat, nil tela nec ignes
obstiterint, quin ausa luas nostrisque sub armis
captivo moribundus humum diademate pulses.
tu merito; ast horum miseret, quos sanguine vilis

---

454 Σ 1, 10 alibi Statius: aut triplices .. Amphion

---

439 Hunc ω: Huc P iurae P 441 imus L tenebras (i *supra* a) Q^1 442 sacer Pς: sacer (ł socer *supra*) Q^2N^2: socer ω 444 mutantque Q 447 et Pω: ut *Koestlinius*; *sed ex* quantus ἀπὸ κοινοῦ quam *ad* attoniti *pertinet* vices (cives *supra*) Q^1 448 Hos (ne *supra*) $M^{\sigma}N$: Hos rf certe (a *supra*) Q^1 reliquam (n *supra*) P^c 450 Si modo Pω: Sic mihi *Lachmannus*; *sed non apte coniunguntur* mihi notus 451 magna (regna *supra*) r nec (non *supra*) N: nec rC 452 Ingecit (i *supra*) b (*cf. 453* Inge-) 453 Ingeminat B: Ingeminans *alter codex Behotti, Marklandus ad Silv. 5, 5, 24* ager rf^1 454—464 *alia manu, sed aequali scripti in* P alio Pω: alius *Schrader* maros (u *supra*) P^1 455 Anphion B 457 moribundis (v *supra*) L^1 458 horum ω: orum P

coniugibus natisque infanda ad proelia raptos
proicis excidio, bone rex. o quanta Cithaeron
funera sanguineusque vadis, Ismene, rotabis!
haec pietas, haec magna fides! nec crimina gentis
mira equidem duco: sic primus sanguinis auctor
incestique patrum thalami; sed fallit origo:
Oedipodis tu solus eras, haec praemia morum
ac sceleris, violente, feres! nos poscimus annum;
sed moror.' haec audax etiamnum in limine retro
vociferans iam tunc inpulsa per agmina praeceps
evolat. Oeneae vindex sic ille Dianae
erectus saetis et aduncae fulmine malae,
cum premeret Pelopea phalanx, saxa obvia volvens
fractaque perfossis arbusta Acheloia ripis,
iam Telamona solo, iam stratum Ixiona linquens
te, Meleagre, subit: ibi demum cuspide lata
haesit et obnixo ferrum laxavit in armo.
talis adhuc trepidum linquit Calydonius heros
concilium infrendens, ipsi ceu regna negentur,

---

459 raptos **ω**: -us **P** 460 Eicis ν^1 citherō **P** (*cf. 1, 334*) 461 sanguineusque **Pω**: -|isque **μKN**: -isque **DCν** rotabis **Pω**: notabis *Müller 1882 p. 18*; *sed cf. Philol. 61 (1902) p. 305* 462 mentis *Müller ibid.* 463 Mira equidem *vulgo*: Mirequidem (a) $P^1 f^2 S^2 K^2 b^2$: Mir|quidem (a) B^1: Mirequidem **LN**: Mira quidem **ω** sic **Pω**: si (l si) **Nfr**: sic ν^2: sed **C** 464 Incertique (s) Q^1 465 Oedipodis *Jortinus*: -des **Pω** eras **Pω**: eris ς *Deipser 1881 p. 114* haec **ω**: hae **P** 466 At *ex* Ac P^c feres (l refers) ν^2: ferens *Müller 1882 p. 18. sed* haec praemia morum *idem est quod praemia horum morum* 467 retro **ω**: regis **P** 468 impulsa **P** 469 Eolat (v) L^σ 470 Fulmin|e **PB** 471 volve| **C**: volens (v) f^1 472 Achelogia **μ** 473 telomena (a o) Q^1 sola (o) B^1 fractum (l stratum) **N** 474 subiit **f** ibi **ω**: tibi **P** 475 laxavit **Pω**: lassavit *Madvigius Adv. crit. II p. 154* 476 linquid (t) P^1: liquit **ω** calidonius *ex* caled- M^σ 477 Consilium (l concilium) M^σ

festinatque vias ramumque precantis olivae
abicit. attonitae tectorum e limine summo
aspectant matres, saevoque infanda precantur
Oenidae tacitoque simul sub pectore regi.
nec piger ingenio scelerum fraudisque nefandae
rector eget. iuvenum fidos, lectissima bello
corpora, nunc pretio, nunc ille hortantibus ardens
sollicitat dictis, nocturnaque proelia saevus
instruit, et sanctum populis per saecula nomen
legatum insidiis tacitoque invadere ferro —
quid regnis non vile? — cupit. quas quaereret artes,
si fratrem, Fortuna, dares! o caeca nocentum
consilia! o semper timidum scelus! exit in unum
plebs ferro iurata caput; ceu castra subire
apparet aut celsum crebris arietibus urbis
inclinare latus: densi sic agmine facto
quinquaginta altis funduntur in ordine portis.
macte animi, tantis dignus qui crederis armis!

---

495 *Pomp.* GL V 188, 13 tamen et macte virtutis in Statio: macte .. armis *cf. etiam* 173, 14

---

478 precantes (is *supra*) **L**$^{\sigma}$ 479 e limine **P**: ex (*vel* e) culmine (et c. **Bb**[1]) ω: e limite ς 480 Aspectant **P**: Prospectant ω precatur (n *supra*) **Q**[2] 481 regi *ex* -gni **b** 482 scelerumq· **P**[1] 483 electissima (e- *add.* **L**$^{\sigma}$) **L** 484 ille *s. l.* **D** exhort- **C** (*om.* ille) 485 saevis (v *supra*) **B**[1] 487 ≡vadere (in *supra*) (e-?) **Q**[2] 488 cupit (ł putat *supra*) **M**[1]**r**[2]**f**[2]: putat (ł cupit *supra*) ν[2]: putat **D**ς quaeret **P**: quireret **L** arces **C** 491 pleps **N**: plebs *ex* -ps **M**[1] capud (t *supra*) **P**^{c}**b**^{r}: capud **L** subite (r *supra*) **Q**[1] 492 crebris arietibus **P**ω: crebri arietis ictibus *Unger 1868 p. 261*: crebris arietatibus *Gruter voce nec tradita nec recte formata. equidem Statium necessitati paruisse crediderim, cum* e *produceret, praesertim cum in linguis Romanicis accentum in* e *fuisse videamus; cf.* parete *ital. cf. etiam L. Müller de re metr.*[2] *p. 438 Coripp. Ioh. 2, 400* 493 latus **P**ω: caput **C** altis **P**ω: artis *Müller 1882 p. 14* 495 dignus *om.* **Q**[1], *add.* **Q**[2] *mg.*

fert via per dumos propior, qua calle latenti
praecelerant densaeque legunt conpendia silvae.
lecta dolis sedes: gemini procul urbe malignis
faucibus urguentur colles, quos umbra superni
montis et incurvis claudunt iuga frondea silvis —
insidias natura loco caecamque latendi
struxit opem — mediasque arte secat aspera rupes
semita, quam subter campi devexaque latis
arva iacent spatiis. contra inportuna crepido,
Oedipodioniae domus alitis; hic fera quondam
pallentis erecta genas suffusaque tabo
lumina, concretis infando sanguine plumis
relliquias amplexa virum semesaque nudis
pectoribus stetit ossa premens visuque frementi
conlustrat campos, si quis concurrere dictis
hospes inexplicitis aut comminus ire viator
audeat et dirae commercia iungere linguae;
nec mora, quin acuens exertos protinus ungues
liventisque manus fractosque in vulnera dentes

---

497 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 446 compendium, -ii ·i· quicquid est breve et utile; unde Statius Thebaidos: relegunt .. silvae *cf. p. 152*

---

496 quo **Mf** c^{a}olle $\mathbf{Q}^1$: $^{ł\,v}$c^{a}elle (ł v *sscr.* ν^2) ν: valle **D** 497 compendia **P** 498 dolus **C** 499 urgentur **P** quos **P**ω: quas *Müller, sed colles gemini a monte diversi sunt* superni **P**ω: -ne *Müller* 501 Strinxit (*ex* Stru- $\mathbf{B}^3$) **B**$\mathbf{f}^1$ laten^{d}ti $\mathbf{M}^1\mathbf{Q}^1$: ł nocendi $\mathbf{Q}^2$: $^{ł\,nocendi}$latendi **D** 502 mediasque **P**: medias ω arte *om.* $\mathbf{Q}^1$, *add.* $\mathbf{Q}^2$ *mg.* asp^{er}a $\mathbf{P}^c$ 503 devexaque *ex* di- $\mathbf{Q}^1$ 504 contra **P**ω: ac **C** 505 Oedipodioniae **P**: -idae (-es **N**) ω hinc **C** condam $\mathbf{B}^1$: quando $\mathbf{L}^1$ 506 Pallentes **P** 507 Limina **f** 508 Reliquias **P** 509 frementi **P**: trementi (-tes *vel* -tis **S**) ω: tremendo *Müller*: trementis *Lachmannus* 510 capos **L** 511 commun^{i}is^{v} $\mathbf{P}^1$ irevator **B** 514 fractosque in vulnera (-ra **PN**ν: -re ω) **P**ω: factosque in vulnera *Koestlinius 1877 p. 282*: strictosque in vulnera *Housmanus. at strictos iam dentes acuere non opus est.*

terribili adplausu circum hospita surgeret ora;
et latuere doli, donec de rupe cruenta
heu! simili deprensa viro, cessantibus alis,
tristis inexpletam scopulis adfligeret alvum.
monstrat silva nefas, horrent vicina iuvenci
gramina, damnatis avidum pecus abstinet herbis.
non Dryadum placet umbra choris, non commoda sacris
Faunorum, diraeque etiam fugere volucres
prodigiale nemus. tacitis huc gressibus acti
deveniunt peritura cohors, hostemque superbum
adnixi iaculis et humi posita arma tenentes
expectant densaque nemus statione coronant.
coeperat umenti Phoebum subtexere palla
Nox et caeruleam terris infuderat umbram.
ille propinquabat silvis et ab aggere celso
scuta virum galeasque videt rutilare comantis,
qua laxant rami nemus adversaque sub umbra
flammeus aeratis lunae tremor errat in armis.
obstipuit visis, ibat tamen, horrida tantum
spicula et inclusum capulo tenus admovet ensem,
ac prior 'unde, viri, quidve occultatis in armis?'
non humili terrore rogat. nec reddita contra

---

intellego dentes tanta vi impactos in cadavera, ut vulnera ipsi fierent 515 abplausu **L** ora (h-) **B**: hora r 516 propinqua (ł cruenta) ν^2 517 c$\overset{s}{e}$santibus **B**[2] al-is (-t-) **f** 518 aff-igeret (-l-) **M**: adfigeret **QNC**[1] 519 Monstra^{t} **L**$^{\sigma}$ 520 pectus **L**[1] 521 drya$\overset{d}{r}$um **M**[1]: d-riadum **B** fugiere **M** 523 ta$\overset{i}{c}$tis **L**[1] huc ω: huic **P** 524 ostemque **L** 525 Adnexi **B**[1]**C** te$\overset{en}{n}$tes **P**[c] 527 ^{h}umenti **P**[1] 530 galeasque ω: cristasque **P**; *illud cum Garrodio praetuli, quamquam et cristas (9, 698) et galeas (9, 107) comantes Statius dixit. tamen rutilandi verbum ad galeas magis accommodatum. nam 6, 301 aliter comparatus est* 531 adversaeque **f** umbras **f** 533 Obstupuit **BMf** visus **C** 534 admonet (v superscr.) **M**$^{\sigma}$**NQ**[1]**f**[r]: admonet **B** 535 *om.* **f**[1], *add.* **f**[2] *int. lin.* quodve **fr**[1] ocultatis **L** 536 reddita ω: credita **P**

vox, fidamque negant suspecta silentia pacem.
ecce autem vasto Cthonii contorta lacerto,
quo duce freta cohors, fuscas intervolat auras
hasta; sed audenti deus et fortuna recessit.
per tamen Olenii tegimen suis atraque saetis
terga super laevos umeros vicina cruori
effugit et viduo iugulum ferit inrita ligno.
tunc horrere comae sanguisque in corda gelari.
huc ferus atque illuc animum pallentiaque ira
ora ferens — nec tanta putat sibi bella parari —:
'ferte gradum contra campoque erumpite aperto!
quis timor audendi, quae tanta ignavia? solus,
solus in arma voco.' neque in his mora; quos ubi plures,
quam ratus, innumeris videt excursare latebris,
hos deire iugis, illos e vallibus imis
crescere, nec paucos campo, totumque sub armis
conlucere iter, ut clausas indagine profert
in medium vox prima feras, quae sola medendi
turbata ratione via est, petit ardua dirae
Sphingos et abscisis infringens cautibus uncas
exsuperat iuga dira manus, scopuloque potitus,
unde procul tergo metus et via prona nocendi,

---

537 fidemque **r** 538 Chthonii *Gronovius* (*cf.* 3, 170 cronium **P**: t(h)onium **ω**; 4, 597 ctoniumque **P**: chthoniumque **ω**): chronii **ω**: chromi **P** chronii vasto **f** 541 olenei **M** teg[illegible]men **f** atraque **Pω**: hirtaque *Heinsius*: aspraque *Bitschofskyus, de Apollinaris Sidonii studiis Statianis 1881 p. 67* 542 ·/· vicina cruori ·/· h umeros (h *add.* P^c) **P**[1] 544 h orrere **Q**[1] -que *om.* **N** corda **PBNQ**: corde **ω** 546 putans *Madvigius Adv. crit. II p. 154* 547 contra **Pω**: dixit **C**: clamat ς 549 voco **Pω**: vocor **MfQ**[2]**ν**[2] in his **PD**: his **ω** 550 excu r sare **M**[σ]: excusare **f** 551 deire **PΣ**: prodire **ω**: deire (ł prodire) **Q**[1] e[illegible] (-t) **b**: de **Q** 556 Spingos **L**: Spingos **M** abscisis **Pω**: abcisis **B**: abscissis **L** infigens ς *Garrodius* unca[illegible] **N** 557 di[illegible]ra **L** manu u s **P**[c] p o etitus **P**[c]

saxum ingens, quod vix plena cervice gementes
vertere humo murisque valent inferre iuvenci,
rupibus evellit; dein toto sanguine nixus
sustinet, inmanem quaerens librare ruinam,
qualis in adversos Lapithas erexit inanem
magnanimus cratera Pholus. stupet obvia leto
turba superstantem atque emissi turbine montis
obruitur; simul ora virum, simul arma manusque
fractaque commixto sederunt pectora ferro.
quattuor hic adeo disiecti mole sub una
congemuere, fuga tremefactum protinus agmen
excutitur coeptis. neque enim temnenda iacebant
funera: fulmineus Dorylas, quem regibus ardens
aequabat virtus, Martisque e semine Theron
terrigenas confisus avos, nec vertere cuiquam
frena secundus Halys, sed tunc pedes occubat arvis,

---

572 *Prisc.* GL III 318, 23 Statius in II Thebaidos: Martisque .. avos (*propter transitivum* confidere) *cf. id.* GL III 329, 20 *ubi* terrigenas . avos 574 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 90 occubo, -as, unde Statius Thebaidos: sed tunc . . arvis

---

559 vix plena (bina **C**) **P**ω: vix dena *Madvigius Adv. crit. II p. 155* 560 humo ω: humum **P** murisque valent **P**ω: valeant murisque *Kootenius*: murisque queant *Baehrens*; *quae coniectura praeter ingratum sonum haud displicet. tamen indicativum ferri posse ostenditur Theb. 10, 511* 561 evellit **P**: avellit ω 562 immensam **C** querens *ex* qui- $\mathbf{L}^{\sigma}$ 563 advers$\overset{o}{i}$s $\mathbf{M}^{\sigma}$ lapitas **P** 564 $\overset{r}{c}$atera $\mathbf{P}^{1}$ 566 ora virum simul arma ω: ora virum simul ora **P**: arma virum simul ora ς 568 *om.* $\mathbf{P}^{1}$, *add.* $\mathbf{P}^{1}$ *vel* $\mathbf{P}^{c}$ *mg.* disiecti ς *Lachmannus*: disiecta **P**: deiecti (-t$\overset{i}{o}$ $\mathbf{Q}^{1}$) ω 570 enim **P**ω: hec **L** 572 Aequ$\overset{a}{a}$bit $\mathbf{L}^{\sigma}$ 573 confi$\overset{s}{x}$us $\mathbf{P}^{1}$ (*vel* $\mathbf{P}^{c}$): conf$\overset{es}{i}$sus $\mathbf{b}^{r}$: confessus **D** *idem fortasse* Σ *legit*, *cf. L. Legras, étude sur la Thébaide de Stace 1905 p. 311. quamquam* confisus *recte interpretatur Prisc. cl. graeco* θαρρῶ αὐτούς 574 alis **Mfb** occubat ω: occupat (*ex* -bat $\mu^{1}\nu^{1}$) $\mathbf{PC}^{1}\mu\nu$

Pentheumque trahens nondum te Phaedimus aequo,
Bacche, genus. quorum ut subitis exterrita fatis
agmina turbatam vidit laxare catervam,
quae duo sola manu gestans adclinia monti
fixerat, intorquet iacula et fugientibus addit.
mox in plana libens, nudo ne in pectore tela
inciderent, saltu praeceps defertur et orbem,
quem procul oppresso vidit Therone volutum,
corripuit, tergoque et vertice tegmina nota
saeptus et hostili propugnans pectora parma
constitit. inde iterum densi glomerantur in unum
Ogygidae firmantque gradum; trahit ocius ensem
Bistonium Tydeus, Mavortia munera magni
Oeneos, et partes pariter divisus in omnes
hos obit atque illos ferroque micantia tela
decutit; inpeditant numero seque ipsa vicissim
arma premunt, nec vis conatibus ulla, sed ipsae
in socios errare manus et corpora turba

---

575 *Prisc.* GL II 300, 1 (*vocabula in* -eus *latine flecti*) Statius Thebaidos II: Pentheumque .. genus 584 *Prisc.* GL III 289, 1 propugno tibi et te. Statius in II Thebaidos: hostili .. parma

---

577 Bacce **P** turbatam .. catervam **ω**: -ta .. -va **PSς**
F
578 monti **ω**: -tis **P** 579 Dixerat **Q**[1]**C**[2] 580 in pectore
n presso
Pς: pectore **ω** 581 Incideret **M**[σ]: -ret **f** 582 obsesso **Q**[2]: oppesso **L** 583 tegmina nota **Pgμ**: tegmine (-nae *ex* -na **Q**[2])
o
nota (-ta **Q**[2]) **QKC**: -ne noto **ω** 586 Ogygyde **P**: Ogigiae **C** thrait **b** ensem (h-) **b** 587 Bisthonium **P** 588 pariter partes **D**
ł c
diffusus **LNfrbμ** 589 obit **Pω**: -init *ex* ibit **f**[r] minantia **ν**[2]
t
590 inpeditant **ω**: inpediant **f**[1]**r**[2]: impediat **P** impeditat numerus *Imhofius*
numero
numeros eque **M**: humeros seque **Q**[2]: numeros (-ros r) seque **br** 591 conantibus **Mb**

involvi prolapsa sua; manet ille ruentis
angustus telis et inexpugnabilis obstat.
non aliter — Geticae si fas est credere Phlegrae —
armatum inmensus Briareus stetit aethera contra,
hinc Phoebi pharetras, hinc torvae Pallados anguis,
inde Pelethroniam praefixa cuspide pinum
Martis, at hinc lasso mutata Pyragmone temnens
fulmina, cum toto nequiquam obsessus Olympo
tot queritur cessare manus: non segnior ardet
huc illuc clipeum obiectans, seque ipse recedens
circuit, interdum trepidis occurrit et instat
spicula devellens, clipeo quae plurima toto
fixa tremunt armantque virum saepe aspera passum
volnera, sed nullum vitae in secreta receptum
nec mortem sperare valet. rotat ipse furentem
Deilochum, comitemque illi iubet ire sub umbras
Phegea sublata minitantem bella securi
Dircaeumque Gyan et Echionium Lycophontem.

---

593 Involvi ς *Heinsius, Gronovius*: Involvit (-vi ν; ł vit ν^2 *mg.*) **P**ω ruentis (-es **P** L^1) **P**ω: cruentis $M^\sigma N^1 Q^1 K^2 C \mu^2$ $\nu^2 f^r b^2$: ruentum **B** (-tis Σ *Bamb.*): ruentum (ł ruentis) **D** 594 Angustus ω: -tis **P** inexpugna(bilis) (-libus) Q^1 595 geticae . . phlegrae Getica . Phlegra *Schrader* 596 aera **M f** 597 ac (hinc) C^2 pallados **P**: palladis ω 598 peletroniam **P**: peletroniacum **r** pinnam (ł pinum) Q^2 599 adhinc **P** lapso (s) **b** mutata **P**ω: motata *Lachmannus* Pyragmoni *Müller. sed cf. Imhofius 1867 p. 4, qui etiam* mutata *rectius quam* Σ *interpretatus est nova fulmina sumpta (sc. a Iove)* 600 queritur *ex* qui- L^1 cessasse **C** obsesus **L** 603 occurrit **P N Q**: ac- ω 604 devellens **P**: di- ω que *ex* qui L^σ 605 passum **P N**: passū (-s) M^1: passus ω *fortasse recte ita ut post* virum *gravius interpungatur*

606 Volnera (v) B^3: Vulnera **P** 607 valens *Madvigius l. l. p. 155*: iubet *Imhofius*: vacat *Sandstroemius 1878 p. 44* 608 Deilocum **b** sub ω: per **P** 609 sublata (-m) **P** 610 lycofontem **P**: licophoontem μ: licophantem **Q**

iam trepidi sese quaerunt numerantque, nec idem
caedis amor, plenamque dolent rarescere turbam.
  ecce Chromis Tyrii demissus origine Cadmi —
hunc utero quondam Dryope Phoenissa gravato
rapta repente choris onerisque oblita ferebat,
dumque trahit prensis taurum tibi cornibus, Euhan,
procidit inpulsus nimiis conatibus infans —
tunc audax iaculis et capti pelle leonis
pinea nodosam quassabat robora clavam
increpitans: 'unusne, viri, tot caedibus unus
ibit ovans Argos? vix credet fama reverso!
heus socii, nullaene manus, nulla arma valebunt?
haec regi promissa, Cydon, haec, Lampe, dabamus?'
dum clamat, subit ore cavo Teumesia cornus,
nec prohibent fauces; atque illi voce repleta
intercepta natat prorupto in sanguine lingua.
stabat adhuc, donec transmissa morte per artus
labitur inmorsaque cadens obmutuit hasta.
vos quoque, Thespiadae, cur infitiatus honora

---

623 *Serv.* Aen. 10, 325 tamen Statius in proprio (*Cydon*) corripuit, ut: haec regi . . dabamus

---

611 s▒ese **B** querunt *ex* quir- **L**$^{\sigma}$ 612 plenamque *Klotzius*: (ł tantam) plenam **P**^{c}: tantamque **ω** 613 cromis **Q** chromistirii (*ex* -te- **M**$^{\sigma}$) **M** 614 Hunc **ω**: Nunc **P** condam **r** 615 honerisque **Bb**: oneris **f** prensis taurum **PBQKCrb**: taurum prensis **ω** euam **P** (*cf. 1, 334*) 617 impulsus **P** (ł nimiis) magnis **L**^{1} 619 nodosam . . . clavam **PNς**: -sa . . -va **ω**: -sae . . -vae *Jortinus* 620 Increpitans *ex* -ant **C** (vnus) ▒nius **Q**^{2} 621 crede▒ (ret) **L**^{2}: cede▒t (r) **f** (vale) 622 heus *Müller 1882 p. 18*: Heu **Pω** iuvabunt **Q**^{1} 623 lape **rf** dabamus *ex* -ur **L**$^{\sigma}$ 625 Nec *ex* Haec **B**^{2} (h) proibent **B** illi *s. l.* **D** 626 in *om.* **N** 628 cadit **N** ▒obmutuit **B**: obtumuit **C** asta **C** 629 cur *ex* cui **B** infaciatus **L**

arcuerim fama? fratris moribunda levabat
membra solo Periphas — nil indole clarius illa
nec pietate fuit —, laeva marcentia colla
sustentans dextraque latus; singultibus artum
exhaurit thoraca dolor, nec vincla coercent
undantem fletu galeam, cum multa gementi
pone gravis curvas perfringit lancea costas.
exit et in fratrem, cognataque pectora telo
conserit; ille oculos etiamnum in luce natantes
sistit et aspecta germani morte resolvit.
at cui vita recens et adhuc in vulnere vires
'hos tibi complexus, haec dent' ait 'oscula nati.'
procubuere pares fatis, miserabile votum
mortis, et alterna clauserunt lumina dextra.
  protinus idem ultro iaculo parmaque Menoeten
proterrebat agens trepidis vestigia retro
passibus urguentem, donec defecit iniqua
lapsus humo, pariterque manus distractus in ambas
orat et a iugulo nitentem sustinet hastam:
'parce per has stellis interlabentibus umbras,

---

637 Σ 3, 152 memor poeta superioris descriptionis. ait enim: exit .. pectora ferro traicit

---

630 Arcuerim **K**^{c} f^{r} ν^{1} (*in ras.*) ς: Arguerim **P**ω (privaverim *schol.* **MLN**) 631 perifas **P** 632 *om.* ν^{1}, *add.* ν^{2} *mg.* c▒la **B** 633 sing▒bus **B** artum *etiam* **P** 634 E^{h}xaurit **P**^{1}: Exau- **Qb**: vexavit *Müller*, *cf. Deipser 1881 p. 116* cohercent **P** 636 graves **P** perstringit **r**ν^{1} 637 Exiit et **L** telo **P**ω: ferro Σ *Theb. 3, 152*: leto *Naukius 1863 p. 3 cum subiectum mutari non sensisset*: conserit *enim auctor teli* 638 etiamnum (adhuc *sscr.* **B**^{1}**N**^{2}) ω: et adhuc **P** (*e v. 640*): extrema *Marklandus ad Silv. 3, 5, 39*: tenui iam *Garrodius* 640 a^{d}▒huc (-t-) **B**^{1} vulnera **L** 641 dent *s. l.* **M**^{1} 643 ^{al}terna **L**^{1} 644 p^{ar}maque **b**^{1} menoeten **DN**: ^{me}naetem **P**^{1}: menoetum (-chum **QC**) ω 645 proturbabat **B**^{1} *mg.*: Perterrebat **C** trepidus **r** 647 h^{v}omo **Q** iniqua$^{in\ ambas}$ **M**^{1} 648 ^{h}astam **C**^{2}

per superos noctemque tuam; sine, tristia Thebis
nuntius acta feram vulgique per ora paventis
contempto te rege canam: sic inrita nobis
tela cadant, nullique tuum penetrabile ferro
pectus, et optanti victor reveharis amico.'
dixerat. ille nihil vultu mutatus 'inanis
perdis' ait 'lacrimas, et tu, ni fallor, iniquo
pollicitus mea colla duci: nunc arma diemque
proice; quid timidae sequeris compendia vitae?
bella manent.' simul haec, et crassum sanguine telum
iam redit; ille super dictis infensus amaris
prosequitur victos: 'non haec trieterica vobis
nox patrio de more venit, non orgia Cadmi
cernitis aut avidas Bacchum scelerare parentes.
nebridas et fragiles thyrsos portare putastis
inbellem ad sonitum maribusque incognita veris
foeda Celaenaea committere proelia buxo?
hic aliae caedes, alius furor: ite sub umbras,
o timidi paucique!' haec intonat; ast tamen illi
membra negant, lassusque ferit praecordia sanguis.
iam sublata manus cassos defertur in ictus,
tardatique gradus, clipeum nec sustinet umbo
mutatum spoliis, gelidus cadit imber anhelo

---

650 superas $\boldsymbol{\mu}$ thebis *ex* thebes $\mathbf{L}^{\sigma}$ 652 Contento **Dr** 653 $\overset{c}{g}$adant $\mathbf{P}^{1}$ sic ▒ (-ut) $\boldsymbol{\mu}$ 655 vultu **PMLrb**$\boldsymbol{\nu}$: vultum $\boldsymbol{\omega}$: -tus **D** 657 duci *ex* -e $\mathbf{B}^{1}$ diemque $\boldsymbol{\omega}$: dieque **P** 658 sequeris *ex* -qui- $\mathbf{L}^{\sigma}$: quaeris $\boldsymbol{\mu}$ 659 madent **r**: mane *Garrodius* $\overset{c}{\text{ẹ}}$rassum $\mathbf{P}^{1}$ 660 infe$\overset{n}{\text{ṣ}}$sus $\mathbf{f}^{1}$ 661 victos *ex* -us $\mathbf{L}^{1}$ trieteri$\overset{c}{\text{ṭ}}$iga $\mathbf{P}^{1}$: triaterica $\mathbf{BQfC}^{2}\mathbf{r}\boldsymbol{\mu}$: tri$\overset{a}{t}$erica $\mathbf{M}^{\sigma}$ 663 scel$\overset{b}{e}$rare $\mathbf{f}^{1}$: scele▒rare (-b-) **BQ** 664 tyrsos **P** p$\overset{r}{o}$tare *ex* put- $\boldsymbol{\mu}^{1}$ putaṣtis $\mathbf{P}^{1}$ *voluit igitur* putatis, *fortasse recte* 665 maribusque $\boldsymbol{\omega}$: mani- **P** incognita *ex* -nata $\mathbf{P}^{1}$ veris *ex* vires $\mathbf{L}^{\sigma}$ 666 celen$\overset{e}{a}$ $\mathbf{f}^{1}$ 667 caedis **P** su$\overset{b}{\text{ṃ}}$umbras $\mathbf{P}^{c}$ 670 cassos $\boldsymbol{\omega}$: -us **P** 672 Mutatum **P**$\boldsymbol{\omega}$: nutantem *Lachmannus*: nutat dum *Buryus*:

pectore, tum crines ardentiaque ora cruentis
roribus et taetra morientum aspargine manant:
ut leo, qui campis longe custode fugato
Massylas depastus oves, ubi sanguine multo
luxuriata fames cervixque et tabe gravatae
consedere iubae, mediis in caedibus adstat
aeger, hians victusque cibis; nec iam amplius irae
crudescunt: tantum vacuis ferit aera malis
molliaque eiecta delambit vellera lingua.
  ille etiam Thebas spoliis et sanguine plenus
isset et attonitis sese populoque ducique
ostentasset ovans, ni tu, Tritonia virgo,
flagrantem multaque operis caligine plenum
consilio dignata virum: 'sate gente superbi
Oeneos, absentis cui dudum vincere Thebas
adnuimus, iam pone modum nimiumque secundis
parce deis: huic una fides optanda labori.
fortuna satis usus abi.' restabat acerbis
funeribus socioque gregi non sponte superstes
Haemonides — ille haec praeviderat, omina doctus

---

mulctatum *Madvigius l. l. p. 156, sed de onere aucto agitur* c· adit P^1 himber **B** 673 tum *ω*: tunc **PBQDN** ardentior (aque) aq̣ụẹ P^1 cruentis *ex* -es L^{σ} 674 et taetra **PQNC**$\mu\nu$: et teạtra b^1: et a(u)tra **B**: ...extra (et) **f**: et atra M^1**Sr**: ac atra **L**: atque atra **D**: et crebra M^2 *mg.* morientịum **P** manant *ω*: manent **P**: fumant **C** 676 Massulas **P** 677 Luxurita(a)... (-t) L^1 famis **P** 678 Cum sedere **D** mediisque **M** astat **P** 679 victịsque (u) Q^1 iam *om.* **C**: *s. l.* Q^1: ia (M) **f** 681 Mollique (a) **B** 682 plenus *ex* -os P^1 683 ~~esse~~ (sese) L^1 684 ni *ex* nu **f** 687 absentes **P**: -tes *ex* -ti C^2 688 Annuimus **P** 689 deis *ex* deus C^2 una *ω*: vạna P^1 optanṭa (d) Q^2 690 abire stabat **B** acerbis *ω*: -vis **P** 692 prsviderat (*ex* -ve- B^1) **B** omnia omina **B**: oma (omina) Q^1: omnia **MLfbr**^{2} *cf. Plin. nat. hist. 18, 364* praesagia aeris

aeris et nulla deceptus ab alite — Maeon,
nec veritus prohibere ducem, sed fata monentem
privavere fide. vita miserandus inerti
damnatur; trepido Tydeus inmitia mandat:
'quisquis es Aonidum, quem crastina munere nostro
manibus exemptum mediis Aurora videbit,
haec iubeo perferre duci: cinge aggere portas,
tela nova, fragiles aevo circum inspice muros,
praecipue stipare viros densasque memento
multiplicare acies! fumantem hunc aspice late
ense meo campum: tales in bella venimus.'
  haec ait, et meritae pulchrum tibi, Pallas, honorem
sanguinea de strage parat, praedamque iacentem
conportat gaudens ingentiaque acta recenset.
quercus erat tenerae iam longum oblita iuventae
aggere camporum medio, quam plurimus ambit
frondibus incurvis et crudo robore cortex.
huic leves galeas perfossaque vulnere crebro
inserit arma ferens, huic truncos ictibus enses
subligat et tractas membris spirantibus hastas.
corpora tunc atque arma simul cumulata superstans
incipit — oranti nox et iuga longa resultant —:
'diva ferox, magni decus ingeniumque parentis,
bellipotens, cui torva genis horrore decoro

---

716 *Prisc.* GL II 218, 19 Statius vero cassis protulit in II Thebaidos: bellipotens . . . decoro (-re *codd. Prisc.*) . . . Gorgon

---

693 Aeris **P**: Aeros **BNKb**: Heros **MLDrfcμν**: Heros (ł aeris) Q^2; *res difficilis ad diiudicandum, nam* aeros *graeca forma commendatur,* aeris *communi usu poetarum* nullo **C** alitae **P**: alit[e]e **B** 694 moventem **C**: mo(n)ventem Q^2 695 fide[ ] (-m) **PBL** vitae *Barthius* inherti **L** 697 aonium **Lν** munere *ex* -ra L^σ 699 proferre **Lr**: praeferre **D** 700 fagiles **L** aevo **Pω**: melius **C** circuminspice **P**: circumspice **ω** 705 destra geparat **B** pe(a)rat Q^1 710 galeo(a)s Q^1 712 tractas **Pς**: fractas **ω** 713 cu(mu)lata P^c 715 *om.* P^1, *add.* P^c *mg.* parentis *ex* -es **C**

cassis et asperso crudescit sanguine Gorgon,
nec magis ardentes Mavors hastataque pugnae
inpulerit Bellona tubas, huic adnue sacro,
seu Pandionio nostras invisere noctes
monte venis, sive Aonia devertis Itone
laeta choris, seu tu Libyco Tritone repexas
lota comas, qua te biiugo temone frementem
intemeratarum volucer rapit axis equarum:
nunc tibi fracta virum spolia informisque dicamus
exuvias. at si patriis Parthaonis arvis
inferar et reduci pateat mihi Martia Pleuron,
aurea tunc mediis urbis tibi templa dicabo
collibus, Ionias qua despectare procellas
dulce sit, et flavo tollens ubi vertice pontum
turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.
hic ego maiorum pugnas vultusque tremendos
magnanimum effingam regum, figamque superbis
arma tholis, quaeque ipse meo quaesita revexi
sanguine, quaeque dabis captis, Tritonia, Thebis.
centum ibi virgineis votae Calydonides aris

---

721 **Σ** 7, 330 Itonaeos: ut ipse supra: Aonia divertis Itone

---

719 Impulerit **P**: Inb- **r** hinc *μ* annue *ex* abnue **b**[2]
720 noctes *Postgatius*: voces caedes **P**[1]: caedes *ω* 721 venis **P**: velis *ω* devertis **P***ω*: divertis **MLDNrb**; de vertice Itones *coni. Garrodius* ithone **P** 722 te (v *sup.*) **Q**[1] lybico **P** tritona **r** 723 frequentem (mentem *sup.*) **Q**[1] 724 Intemeratarum **P**: -orum *ω* equarum ς: aquarum **P**: equorum *ω* 725 dicamus (ł bo *sup.*) *ν*[2]: -avi **f** 726 Exubias **P** porthaonis **BM**[1]**f**[1] 727 pleurom **B** 728 tunc **P***ω*: nunc **r**: te *μ* 730 attollens **Dr** 731 obiectas *ex* obt- **B**[1]: obiectans **Q**[1] echinidas (-che- **L**) **BLQCf**[1]: -adas *ex* -idas **b** 732 tremendas (fre, o *sup.*) **Q**[1]: fre- *del. et* verendos *mg. add.* **Q**[2] 733 figamque (-n-) **f** 734 revixi *μ*: revexo *Barthius* 735 *om.* **b**[1], *add.* **b**[2] 736 calidonides *ex* caled- **M**[1]

Actaeas tibi rite faces et ab arbore casta
nectent purpureas niveo discrimine vittas,
pervigilemque focis ignem longaeva sacerdos
nutriet, arcanum numquam spretura pudorem.
tu bellis, tu pace feres de more frequentes
primitias operum, non indignante Diana.'
dixerat, et dulces iter instaurabat ad Argos.

---

737 ab *s. l.* **L**[1] 738 Nectent *ex* -ant **L**[1] 740 spretura **P**: inspectura *ω* 741 mor[illegible]e (t) **f** *post* 743 STATII POETĘ THEBAID̄ LIB̄ · II · EXPLICIT | INCIPIT EIUSDEM LIBER · III · **P**

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER III.

At non Aoniae moderator perfidus orae
nocte sub ancipiti, quamvis umentibus astris
longus ad auroram superet labor, otia somni
accipit; invigilant animo scelerisque parati
supplicium exercent curae; tum plurima versat
pessimus in dubiis augur timor. 'ei mihi' clamat,
'unde morae?' — nam prona ratus facilemque tot armis
Tydea, nec numero virtutem animumque rependit —
'num regio diversa viae? num missus ab Argis
subsidio globus? an sceleris data fama per urbes
finitimas? paucosne, pater Gradive, manuve
legimus indecores? at enim fortissimus illic
et Chromis et Dorylas et nostris turribus aequi
Thespiadae totos raperent mihi funditus Argos.

3, 1 A$\overset{t}{\text{Ḍ}}$ **P**[1] ORAE **P**: aulae *ω* 2 humentibus **P** ad auroram (*ex* ab aurora **P**[c]) **P***ω* super$\overset{s}{\text{e}}$t **M**[σ] 4 p$\overset{t}{\text{a}}$rati **B**[2] (*vel* **B**[3]) *Lachmannus* 5 Suppicium **b** curae **P***ω*: Dirae *Müller cl. 1, 52* tum **P**: tunc *ω* 6 $\overset{ei}{\text{et}}$ **P**[c] 9 Num *ex* -nc **P**: Non **D** num *ex* nunc **P**: non **D** 11 Finitim$\overset{a}{\text{ị}}$s **L**[1] 12 enim **P**: $\overset{\cdot u \cdot}{\text{ạ}}$ **L**[1] 13 dorylas *ω*: dolyras **P**: dolitas *μ* tur$_{R}$ibus ($_{R}$ *ex* p) **P**[1]: viribus *Baehrens* $\overset{fund}{\text{pẹṇitus}}$ *ν*[2]

nec tamen ille meis, reor, inpenetrabilis armis
aere gerens solidoque satos adamante lacertos
venerat; heu segnes, quorum labor haeret in uno,
si conserta manus.' vario sic turbidus aestu
angitur ac sese culpat super omnia, qui non
orantem in mediis legatum coetibus ense
perculerit foedasque palam satiaverit iras.
iam pudet incepti, iam paenitet. ac velut ille
fluctibus Ioniis Calabrae datus arbiter alno
nec rudis undarum — portus sed linquere amicos
purior Olenii frustra gradus inpulit astri —,
cum fragor hiberni subitus Iovis, omnia mundi
claustra tonant multusque polos inclinat Orion,
ipse quidem malit terras pugnatque reverti,
fert ingens a puppe notus, tunc arte relicta
ingemit et caecas sequitur iam nescius undas:
talis Agenoreus ductor caeloque morantem
Luciferum et seros maerentibus increpat ortus.
  ecce sub occiduas versae iam Noctis habenas
astrorumque obitus, ubi primum maxima Tethys
inpulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto,
ima flagellatis, signum lugubre malorum,
ponderibus trepidavit humus, motusque Cithaeron
antiquas dedit ire nives; tunc visa levari

---

16 satos *Heinsius*: datos **P**ω: aptos *vel* artos *Unger 1868 p. 226*; *quamquam* datos *haud scio an defendere liceat cl. Thielmanno, das Verbum dare im Lateinischen 1882* ademante **L** lacertos *ex* -us **P**[1] 17 venerit *Garrodius perperam, quod esset οὐκ ἂν ἔλθοι, Statio aptum οὐκ ἦλθεν* heret labor μ 18 Sic **B**[2]r 19 super *s. l.* **P**[c] 20 ensae **P**: ens[illegible]e **B** 22 ac **P**ω: aut b 24 linquire **L** 25 Purior *ex* Punior **L**[1] olenei *ex* -u **P**[1] frustra *om.* f[1] impulit **P** astri *ex* -ra f[2] 27 orion (-n *add.* **P**[c]) **P** *cf. 1, 334* 28 ma[illegible]lit (l) **B**: ł mallet mallit **Q**[2]: mallet **MLN**fbrμ 31 agenoreas (v) **Q**[1] ductor[illegible] (-que?) μ 32 increpat *s. l.* **D** 34 thetys **P**: thetis ω 35 Impulut **P**[1] haeoo (ł in eoo) **B**: in medio **L**[1]: in medio **M**f yperiona **P** pento (o) **L**[2] cythaeron (-n *add.* **B**[3]) **B** 38 lavari f

culmina septenaeque iugo concurrere portae.
et prope sunt causae: gelido remeabat Eoo
iratus fatis et tristis morte negata
Haemonides; necdum ora patent, dubiusque notari
signa dabat magnae longe manifesta ruinae
planctuque et gemitu; lacrimas nam protinus omnis
fuderat. haud aliter saltu devertitur orbus
pastor ab agrestum nocturna strage luporum,
cuius erile pecus silvis inopinus abegit
imber et hibernae ventosa cacumina lunae:
luce patent caedes; domino perferre recentes
ipse timet casus, haustaque informis harena
questibus implet agros, stabulique silentia magni
odit et amissos longo ciet ordine tauros.
  illum congestae portarum ad limina matres
ut solum videre — nefas! — nulla agmina circum
magnanimosque duces, nil ausae quaerere tollunt
clamorem, qualis bello supremus apertis
urbibus, aut pelago iam descendente carina.
ut primum invisi cupido data copia regis:
'hanc tibi de tanto donat ferus agmine Tydeus
infelicem animam, sive haec sententia divum,

TESTIMONIA 52 *Class. auct.* ed. Mai IX p. 113 cieo dicitur provocare, unde Statius Thebaidos: odit . . tauros

39 consurgere *Schrader* 40 sint **Q** (ł sunt) 42 notari **P**ω: negari *ex* nec- **b**^{2} 43 dabat ω: -bant **P** minifesta **f** 44 omnes **P** 45 haut **P**: aut **B**^{1} divertitur **L** orbis **C** 46 a^{r}gestum **f**^{1} luparum *ex* -pu- **f**^{1} 47 silvis *ex* suuis **f**^{1} abegit **P**ω: adegit *Ellisius*; silvis abegit *intellego ad silvas abegit* 48 lunae ω: luae **P** (*nempe in cod. Iuliani fuit* LV͂AE *cf. 1, 334*) 52 ammissos **r** 54 circum ω: circa **P**
55 magnanimosve *Lachmannus*, *cf. Müller ad 3, 377 Handius ad Stat. Silv. 1, 2, 160 p. 281* nil **PK**$\mu\nu$: nihil ω 56 bello qualis **D** suppremus **Mb** 57 descendente **P**ω: desidente *Heinsius fortasse recte, sed cf. Val. Flacc. 8, 332*

seu fortuna fuit, seu, quod pudet ira fateri,
vis invicta viri. vix credo et nuntius: omnes
procubuere, omnes. noctis vaga lumina testor
et socium manes et te, mala protinus ales,
qua redeo, non hanc lacrimis meruisse nec astu
crudelem veniam atque inhonorae munera lucis.
sed mihi iussa deum placitoque ignara moveri
Atropos atque olim non haec data ianua leti
eripuere necem. iamque ut mihi prodiga vitae
pectora et extremam nihil horrescentia mortem
aspicias: bellum infandum ominibusque negatam
movisti, funeste, aciem; dum pellere leges
et consanguineo gestis regnare superbus
exule, te series orbarum excisa domorum
planctibus adsiduis, te diro horrore volantes
quinquaginta animae circum noctesque diesque
adsilient; neque enim ipse moror.' iam moverat iras
rex ferus, et tristes ignescunt sanguine vultus.
inde ultro Phlegyas et non cunctator iniqui
Labdacus — hos regni ferrum penes — ire manuque
proturbare parant. sed iam nudaverat ensem
magnanimus vates, et nunc trucis ora tyranni,
nunc ferrum aspectans: 'numquam tibi sanguinis huius

---

61 pudet **P***ω*: rubet *Gronovius*; *sed pudere personaliter haud scio an dictum sit cl. Postgatio Class. Rev. 18 (1904) p. 36* [ł ore] ira **P**[c]**S***ν*[1]: ira *ω*: ire **MDN** (*ex* ira **M**[1]: -e **N**[2] *in ras.*): [ore] (ira?) **Q**[2] 62 et **P***ω*: en *Baehrens* 67 placitoque *ω*: -doque **P** [a] utque **Q**[1] 70 [⊢r] orescentia **L**[1]: orrescentia **B** 71 [i] omnibusque **B**[1]: omnibusque **Lf**: cunctisque **NC***μ*[2] *in ras.* negatum **C**[1] 73 cum sanguineo **b** gestis **P**: gliscis *ω*: [ł gestis] gliscis **g**[2] 74 orborum *ex* -ar- **B**[3]**Q**[1] 75 [as] exsiduis **Q**[1] [o] horrere **P**[1] volantes *ω*: volentes **PB**: [a] volentes **Q**[1] 76 noctosque **B** 77 enim *om.* *μ* 78 [e] ignoscunt **Q**[2] 79 Unde **C** fleguıs **P** 80 Lapdacus **MfCr** ire (-ae *μ*) **P***ω*: ore *Müller* iraque manusque **f**

ius erit aut magno feries inperdita Tydeo
pectora; vado equidem exultans ereptaque fata
insequor et comites feror expectatus ad umbras.
te superis fratrique —' et iam media orsa loquentis
absciderat plenum capulo latus; ille dolori
pugnat et ingentem nisu duplicatus in ictum
conruit, extremisque animae singultibus errans
alternus nunc ore venit, nunc vulnere sanguis.
excussae procerum mentes, turbataque mussant
concilia; ast illum coniunx fidique parentes
servantem vultus et torvum in morte peracta,
non longum reducem laetati, in tecta ferebant.
sed ducis infandi rabidae non hactenus irae
stare queunt; vetat igne rapi, pacemque sepulcri
inpius ignaris nequiquam manibus arcet.
tu tamen egregius fati mentisque nec umquam —
sic dignum est — passure situm, qui comminus ausus
vadere contemptum reges, quaque ampla veniret
libertas, sancire viam: quo carmine dignam,
quo satis ore tuis famam virtutibus addam,
augur amate deis? non te caelestia frustra

---

100 *Fragm. Bob.* GL VII 544, 16 situm oblivionem in Statio lectum

---

84 haud **D** 85 $\overset{a}{\text{vo}}$do **M**^{1} fa$\overset{t}{\text{m}}$a **b**^{1} 86 expectatus (-que) **f** 87 fratrique **ω**: fatique **P**; *quamquam in aposiopesi quid poeta dicturus fuerit ambigi potest, tamen* fratri *aptius videtur* medi$\overset{a}{\text{o}}$rsa **Q**^{1} 88 Absciderat **P**: Abstulerat **ω** 89 dupplicatus **L** in ensem **r**^{1} 90 Corruit **P**: Horruit **D** 91 Alternus *ex* -num **Q**^{1} in ore **L**$^\sigma$ 93 Concilium **b** coniu$\overset{n}{\text{x}}$ **P**^{1}: coniux **Q** 96 $\overset{h}{\cdot}$actenus **b**^{1}: actenus **BQf** 97 sepulchri **P** 98 Impius **P** 99 mentisque **Pω**: meritisque **Q**
100 Sic **SK**: Si **D**: $\overset{\text{ł sic}}{\text{Si}}$ (Se **f**) **Pω** dignum est (d. est **ν**^{1}) **Pν**: dignum **ω** Indignum **μς** ausus (-s *add.* **Q**$^\sigma$) **Q** 101 contemptum reges **P**^{1}**M**^{1}**D**^{1}: contemptum regis **P**^{1} *corr.* **D**^{2}**M**$^\sigma$**ω**: contemptu regis *Peyraredus*: contemptim regi (reges *Postgatius*) *Madvigius l. l. p. 156*: contemptor regis *Müller*

edocuit lauruque sua dignatus Apollo est,
et nemorum Dodona parens Cirrhaeaque virgo
gaudebit tacito populos suspendere Phoebo.
nunc quoque Tartareo multum divisus Averno
Elysias, i, carpe plagas, ubi manibus axis
invius Ogygiis nec sontis iniqua tyranni
iussa valent; durant habitus et membra cruentis
inviolata feris, nudoque sub axe iacentem
et nemus et tristis volucrum reverentia servat.
at nuptae exanimes puerique aegrique parentes
moenibus effusi per plana, per avia, passim
quisque suas avidi ad lacrimas miserabile currunt
certamen, quos densa gradu comitantur euntes
milia solandi studio, pars visere flagrant
unius acta viri et tantos in nocte labores.
fervet iter gemitu et plangoribus arva reclamant.
ut vero infames scopulos silvamque nefandam

---

106 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 162 Dodona, -ae ·i· Diana dea glandium, unde Statius Thebaidos: et nemorum . . parens

---

105 lauruque **P**: lauroque *ω cf. 4, 598. 6, 366. 8, 127* (*ubi* lauro **P**: -ru *ω*) *12, 65 Silv. 1, 2, 227. accusativus pluralis* laurus *7, 707. 784. 7, 351* (-rus **P**[1]*ω*: -ros **P**[c]) *Silv. 4, 3, 118. 5, 1, 105. 4, 8, 19 recte Krohnius* laurus *coniecit* (lauro **M**: -ros ς), *1, 2, 181 et 4, 2, 9 scribere debui* laurus (-os **M**) apollo est **N**[2] *in ras. post* 105 *lacunam statuit Jortinus* 106 chirreaque **P**: cytheraque (*superscr.* cyrrea) **L**[σ] 107 gaudebit *Marklandus ad Silv. 1,3,57*: Audebit (*superscr.* u) (Adebit **B**: *ex* -bat *ν*[2]) **P***ω* tacito (*superscr.* ł tacto) **M**[σ] audivit tecto *Lachmannus* 108 divisus *ex* diversus **Q**[1] 109 i *om.* **L** maximus **C** 110 ogyiis (*superscr.* g) **B**[1] 111 durent **D**ς: durantque *Müller* 113 volucrum tristis **f** servet (*superscr.* ł in) **D**ς 114 At nuptae **Q**[1]: Innuptae (*superscr.* at pro in) **N** recentes **f** 115 avia **PQD**: avia (*superscr.* ł devia) **N**: invia (inana, *superscr.* via, *ν*[1]) *ω* passim (*corr.*) *μ* 116 Quique (*superscr.* s) **Q**[2] ad *om.* **C** 117 entes (*superscr.* v) **B**[1] 118 visere (*ras.*) flagrant **B** 120 reclamant (*superscr.* ł resultant) *ν*[2]

perventum, ceu nulla prius lamenta nec atri
manassent imbres, sic ore miserrimus uno
exoritur fragor, aspectuque accensa cruento
turba furit: stat sanguineo discissus amictu
Luctus atrox caesoque invitat pectore matres.
scrutantur galeas frigentum inventaque monstrant
corpora, prociduae super externosque suosque.
hae pressant in tabe comas, hae lumina signant
vulneraque alta rigant lacrimis, pars spicula dextra
nequiquam parcente trahunt, pars molliter aptant
bracchia trunca loco et cervicibus ora reponunt.
  at vaga per dumos vacuique in pulvere campi
magna parens iuvenum, gemini nunc funeris, Ide
squalentem sublata comam liventiaque ora
ungue premens — nec iam infelix miserandaque, verum
terror inest lacrimis —, per et arma et corpora passim
canitiem inpexam dira tellure volutans
quaerit inops natos omnique in corpore plangit.
Thessalis haud aliter bello gavisa recenti,
cui gentile nefas hominem renovare canendo,

---

123 mise(r)rimus **C**^{2} (r s. l.): misserrimus **r**   125 dicissus amicto **f**   127 monstra(n)t **P**^{1} (n s. l.)   128 prociduae (et oc s. l.) **L**$^\sigma$ 130 alta *s. l.* **L**$^\sigma$ rigant **P**ς: replent *ω*   131 aptat **C**   133 It *ν*   d(v)omos **B**^{1} 134 nunc **P**ς: tunc *ω*: tunc (ł nunc) **Q**^{2} ide **P**   135 lucentia (liventia) **M**^{1}: liventia (ł luc) *ν*^{2}: lugentia *ex* liventia **f**^{r} 136 Ungue (-ge **P**^{c}: Igne (ł ungue) **r**) premens **P**^{c} *mg.* *ω*: Igne tremens **P**^{1} nec **P***ω*: ł haec **Q**^{2} *mg.*   miserandaq·u¢ erum **B**^{1} verum (ł rus) **Q**^{1}*ν*^{2} 137 per et **P***ω*: per▒ (et) **L**: prae **N**: perque **MfC***ν*^{2} pectora (corpora) **M**^{1} 138 inpexam **QKDNC**: inplexam **P**^{1}**rbL**$^\sigma$*μν*^{2}: inplexam **BSMf**   volutans *ex* voluntas *μ*   140 haut **P**   bella (o) **Q**^{1} 141 homine **f**   renovare **PBSLC***μ*: revocare *ω*: renovare (ł revocare) *ν*^{2}: renovere (a) **Q**^{1}: pro revocare **Q**^{2} *mg.*

multifida attollens antiqua lumina cedro
nocte subit campos versatque in sanguine functum
vulgus et explorat manes, cui plurima busto
inperet ad superos: animarum maesta queruntur
concilia, et nigri pater indignatur Averni.
illi in secessu pariter sub rupe iacebant
felices, quos una dies, manus abstulit una,
pervia vulneribus media trabe pectora nexi.
ut vidit lacrimisque oculi patuere profusis:
'hosne ego conplexus genetrix, haec oscula, nati,
vestra tuor? sic vos extremo in fine ligavit
ingenium crudele necis? quae vulnera tractem,
quae prius ora premam? vosne illa potentia matris,
vos uteri fortuna mei, qua tangere divos
rebar et Ogygias titulis anteire parentes?
at quanto melius dextraque in sorte iugatae,
quis steriles thalami nulloque ululata dolore
respexit Lucina domum! mihi quippe malorum
causa labor; sed nec bellorum in luce patenti
conspicui fatis aeternaque gentibus ausi
quaesistis miserae vulnus memorabile matri,

---

151 *Eutych.* GL V 464, 28 tueor et tuor, quod apud Statium in libro III legimus: hosne . . . ligavit

---

142 Multifida *ex* -taf- B^1: Multifidei r 145 Imperet P ad ω: $\overset{ad}{in}$ P^c animarum Pω: -orum $BLCr^1b^1\nu^1$ 146 $\text{indignat}\overset{v}{a}\text{r}$ Q^1 150 oculi⸗ (-s) P 151 ego *om.* P complexus P genitrix P 152 in *om.* Q ligavit *ex* -et B 154 hora B premam (-a- *ex corr.*) B 155 ⸗uteri (h-?) f 156 $\text{ogyg}\overset{a}{i}\text{is}$ Q^1: ogias L 157 At ω: $\overset{h}{\text{Aṭ}}$ P^c: ah *Marklandus ad Silv. 1, 2, 31* 158 $\text{ul}\overset{v}{a}\text{lata}$ B^1: ululata *ex* -to b^2 dolorem r 160 $\overset{nec}{\text{nun⸗}}$ N 161 fatis PK: $\overset{ł\ factis}{\text{fatis}}$ N: factis (-ti b) ω 162 $\overset{n}{\text{vulṭus}}$ b^2

sed mortem obscuram numerosaque funera passi,
heu quantus furto cruor et sine laude iacetis!
quin ego non dextras miseris complexibus ausim
dividere et tanti consortia rumpere leti:
ite diu fratres indiscretique supremis
ignibus et caros urna confundite manes!'
nec minus interea digesta strage suorum
hic Cthonium coniunx, hic mater Penthea clamat
Astyoche, puerique rudes, tua, Phaedime, proles,
amissum didicere patrem, Marpessaque pactum
Phyllea, sanguineumque lavant Acamanta sorores.
tunc ferro retegunt silvas collisque propinqui
annosum truncant apicem, qui conscius actis
noctis et inspexit gemitus; ibi grandior aevo
ante rogos, dum quisque suo nequit igne revelli,
concilium infaustum dictis mulcebat Aletes:
'saepe quidem infelix varioque exercita ludo
fatorum gens nostra fuit, Sidonius ex quo
hospes in Aonios iecit sata ferrea sulcos,

---

163 numerosaque **P**: numerandaque *ω* funera *ω*: funera [ł vulnera] **P**^c: vulnera **D** ς 164 Heus (-s *adras.*) **Q** iace[illegible]tis (n) **b** 167 subpremis **B**: su[illegible]premis (b) **b** 169 disiecta *ν* 170 hic Cthonium *Klotzius*: Hict(h)onium *ω*: Hic chthonium **LSKr**: Hic cronium **P** mat[illegible] **M**¹ penthea **M**: eunyea [penthea] **P**^c: ent(h)ea (b- *add.* **B**³ -que e- **r**) *ω*: etenthea **f**: echenthea **D**: ethenea **C**: yantea *ex* entea *ν*²: i enthea [a] (i [a] **Q**²) **Q**; *an* Enyea? *nam Argivus Enyeus* (*11, 50*) *non obest* 171 Astyoche *ω*: Astyoches (-s *add.* **P**^c) **PBMLb***ν* rudis [e] **P**^c paedime **B** 172 marpessaque **P**: marpissaque *ω* 173 Phyllex [a] **P**¹; *an* Phylea? lavant *ex* lab- **P**¹ achamanta **P** 174 Tum **Mf***μ*: Tn̄ *ν* collesque [i] **B**³: collesque **P** propinquos [i] **B**³ 175 tracant [vn] **M**¹ 176 ubi **r** aevo *ex* -um **f**¹ 177 suo[illegible] (-s) **f**: suos **Br** rebelli [v] **P**¹ 178 alectes **B** 179 vanoque *ν* 180 fuit **P**^c: ruit [ł ruit] *ω*: fuit **f**ς 181 anios [e] **P**¹ solcos **r**

unde novi fetus et formidata colonis
arva suis. sed nec veteris cum regia Cadmi
fulmineum in cinerem monitis Iunonis iniquae
consedit, neque funerea cum laude potitus
infelix Athamas trepido de monte veniret,
semianimem heu laeto referens clamore Learchum,
hic gemitus Thebis, nec tempore clarius illo
Phoenissae sonuere domus, cum lassa furorem
vicit et ad comitum lacrimas expavit Agaue.
una dies similis fato specieque malorum
aequa fuit, qua magniloquos luit impia flatus
Tantalis, innumeris cum circumfusa ruinis
corpora tot raperet terra, tot quaereret ignes.
talis erat vulgi status, et sic urbe relicta
primaevique senesque et longo examine matres
invidiam planxere deis miseroque tumultu
bina per ingentes stipabant funera portas.
meque ipsum memini — necdum apta laboribus aetas —
flesse tamen gemituque meos aequasse parentes.

---

198 *Σ* 6, 124 *de Niobes filiorum numero*: amborum opiniones secutus poeta diversis locis utrumque taxavit. in hoc loco ait: bina per ingentes ... portas 200 *Serv.* Aen. 12, 64 genas lacrimis perfusa id est lacrimis genas perfusas habens. Statius: et gemitu maestos imitata parentes (*potuit Servius comparare 3, 681*)

---

183 veteris (*ex* -res $\mathbf{B}^1$) *ω*: -res **P** 185 nec **B** *μ* *Müller, Mus. Rhen. 18 (1863) p. 185* funer$\overset{e}{a}$ $\mathbf{b}^1$ 187 laeto *ω*: $\overset{to}{\text{lato}}$ $\mathbf{P}^c$ learc̲hum (h) **B**: learcum **f** 190 ad *om.* **f**, *s. l. add.* $\mathbf{M}^\sigma$ 191 similis *ex* -es $\mathbf{B}^1$ fa$\overset{c}{t}$o $\mathbf{L}^\sigma$: facto **r** speciemque $\mathbf{P}^c$ 192 quo *μ* magniloquos luit *ω*: -locusivit **P** fatus *μ* *Baehrens*: fastus *Lachmannus*; *cf. 1, 321* 193 circa fusa *μ* 194 terra $\overset{et}{}$ tot $\mathbf{C}^2$ 196 senesque **P**: senes *ω* examine *ex* exanimae $\mathbf{f}^1$ 197 dei *vel* deum *Lachmannus* tumultu *ex* -to $\mathbf{f}^1$ 198 angentes *Müller* 199 nec **N** laboribus **P**: doloribus *ω* 200 me$\overset{s}{o}$ $\mathbf{B}^3$ et gemitu maestos imitata parentes *Serv.*

illa tamen superi. nec quod tibi, Delia, castos
prolapsum fontes specula temerare profana
heu dominum insani nihil agnovere Molossi,
deflerim magis, aut verso quod sanguine fluxit
in subitos regina lacus: sic dura Sororum
pensa dabant visumque Iovi. nunc regis iniqui
ob noxam inmeritos patriae tot culmina cives
exuimus, nec adhuc calcati foederis Argos
fama subit, et iam bellorum extrema dolemus.
quantus equis quantusque viris in pulvere crasso
sudor! io quanti crudele rubebitis amnes!
viderit haec bello viridis manus: ast ego doner
dum licet igne meo terraque insternar avita!'
haec senior, multumque nefas Eteoclis acerbat
crudelem infandumque vocans poenasque daturum.
unde ea libertas? iuxta illi finis et aetas
tota retro, seraeque decus velit addere morti.
  haec sator astrorum iamdudum e vertice mundi
prospectans primoque inbutas sanguine gentes
Gradivum acciri propere iubet. ille furentes
Bistonas et Geticas populatus caedibus urbes
turbidus aetherias currus urguebat ad arces,

---

201 ne **Q**   202 Prolapsum **P**: Prolapsum (-u[illegible] **L**) ad *ω* temerare **PB**¹**SKNbr**¹: temerante **B**¹*mg.* **Cfr**²*μν*: -are (nte *superscr.*) **Q**¹**M**^σ**g**^c: temerante (ł temerare *superscr.*) **D**; *intellego: prolapsum ut fontes e specula profana prospiciens temeraret*   203 nihil **P**: non *ω*   204 Deflerim *ex* -am **M**¹: Defleverim **b**¹   205 subitos *ω*: -tus **P**   207 culmina **P***ω*: lumina *Kochius 1865 p. 6 cl. Madvigio Emend. Liv. p. 598*   208 Exuimur *Koestlinius 1877 p. 283*: Extulimus *Menkius*   phoederis **B**   argos *ex* -tos **M**^σ   209 subiit **Br**   211 quantum **D***μ*   quantoque cruore *Wilkinsius*   212 done[illegible] **N**   214 acerbat **C***ν*² (arcebat *ν*¹): acervat *ω*: acervae **P** (E∼T)   215 Crudelemque **B**   datorum (v *superscr.*) **Q**¹   216 liberas (t *superscr.*) **f**¹   etas (et- *in ras.* **P**¹) **P**   217 Tota **P***ω*: Torta ς: móta *Baehrens*   decus velit **P**ς: velit decus *ω*   morti (-ti *add.* **P**^c) **P***ω*   218 e **PDNf**: de **B**: *om.* *ω*   verticem undi (undi *add.* **P**^c) **P**   219 imbutas **P**: -tos **f**   220 accirique **C**²   221 Bisthonas **P**   222 aethereas *ex* -ias **Q**²**c**¹   urgebat **P**

fulmine cristatum galeae iubar armaque in auro
tristia, terrificis monstrorum animata figuris,
incutiens: tonat axe polus clipeique cruenta
lux rubet, et solem longe ferit aemulus orbis.
hunc ubi Sarmaticos etiamnum efflare labores
Iuppiter et tota perfusum pectora belli
tempestate videt: 'talis mihi, nate, per Argos,
talis abi, sic ense madens, hac nubilus ira.
exturbent resides frenos et cuncta perosi
te cupiant, tibi praecipites animasque manusque
devoveant, rape cunctantes et foedera turba,
cui dedimus, tibi fas ipsos incendere bello
caelicolas pacemque meam. iam semina pugnae
ipse dedi: remeat portans inmania Tydeus
ausa, ducis scelus et turpis, primordia belli,
insidias fraudesque, suis quas ultus in armis.
adde fidem. vos o superi, meus ordine sanguis,
ne pugnare odiis, neu me temptare precando
certetis; sic Fata mihi nigraeque Sororum

---

223 *Serv.* Aen. 10, 275 bene hoc Statius ad ipsa arma transtulit dicens: armaque . . tristia. *Σ* 6, 536 ut ipse alibi: armaque . . tristia 241 *Prob.* GL IV 24, 6 haec colus secundae declinationis est . . et quartae declinationis us terminans genetivum, sicut Statius Thebaidos libro III: nigraeque . . . colus. *Serv.* Aen. 8, 409 huius coli dicimus, non ut Statius: huius colus (in VI. Thebaidos: extrema . . . senectae' et in quarto (*i. 3, 241*) nigraeque sororum iuravere colus *add. Dresd.*)

---

226 lo^{n}ge **f**^{1} 227 ubi **P***ω*: tibi **C** etiamnum *ex* -nunc **b**: -nunc *μ* 229 agros **r** 230 hac **P**: ac (h-) **B**: ac *ω* nubibus **C** 231 frenos resides **C** cuncta **P***ω*: tuta *Garrodius*: vincla *Bentleius* 232 animasque *ex* -osque **Q**^{1} 234 Cui **P**: Quae *ω*: $^{ł\ quae}$ Cui **D**^{1} in^{c}tendere **Q**^{1} 236 remea~~n~~t **M**^{1} *in verbo* portans *Garrodius non recte offendit*; *intellego*: *secum portans* 237 orsa *Baehrens* turpes *ex* -is **M**$^{\sigma}$ *et sane est accusativus*, *sicut cognovit Menkius*; *neque enim bellum turpe est* 239 superi **P***ω*: pueri **f** 240 pugna^{t}re **M**$^{\sigma}$**f**^{2} ne **r**^{1} praecando **P** 241 fa^{t}ma **b**^{1}

iuravere colus: manet haec ab origine mundi
fixa dies bello, populique in proelia nati.
quodni me veterum poenas sancire malorum
gentibus et diros sinitis punire nepotes —
arcem hanc aeternam, gentis sacraria nostrae,
testor et Elysios, etiam mihi numina, fontes —,
ipse manu Thebas correptaque moenia fundo
excutiam versasque solo super Inacha tecta
effundam turres aut stagna in caerula verram
imbre superiecto, licet ipsa in turbine rerum
Iuno suos colles templumque amplexa laboret.'
dixit, et adtoniti iussis. mortalia credas
pectora, sic cuncti vocemque animosque tenebant.
non secus ac longa ventorum pace solutum
aequor et inbelli recubant ubi litora somno,
silvarumque comas et abacto flamine nubes
mulcet iners aestas; tunc stagna lacusque sonori
detumuere, tacent exusti solibus amnes.
  gaudet ovans iussis et adhuc temone calenti
fervidus in laevum torsit Gradivus habenas.
iamque iter extremum caelique abrupta tenebat,

---

242 horigine **B** 244 Quodni **PB**^{1} *mg.* **ω**: Quod^{nisi}ni **B**^{1}: Quodnisi **b** veterum **P ω**: sinitis **Q** (*e v. 245*) sanctire **f**: sanccire **Q** 245 s^{i}onitis **b**: veterum **Q** (*e v. 244*) punire (-e *in ras.*) **N** 246 gentis *Lachmannus* (*tamen Silv. 5, 1, 240 quem locum contulit, procul habendus*): mentis **P ω** *quod frustra cl. Silv. 2, 2, 131 Garrodius defendit* 247 n^{v}omina **f**^{1} 249 inachia **r** 250 verram **P**: vertam **ω** (**Σ**^{1} vertam, *sed interpretatur* verram) 253 attoniti **P** *distinxi cum Garrodio* 254 sic **P ω**: di *Lachmannus* cinc^{v}ti **B**^{1}: cuncto **r** teneb^{n}at **B**^{1} 257 abacto (-t^{o}a **L**$^{\sigma}$) **ω**: abactas **P** (*unde perperam Baehrens* nec abactas) flamin^{e}a **L**$^{\sigma}$: f^{l}amine **b**^{1} 258 ^{sta}signa **Q**^{2} 259 exusti **PN ς**: ex(h)austi (-ti≡ **B**: -tis **C**) **ω** 261 lenum **C** torsit **P**: torquet **ω**

cum Venus ante ipsos nulla formidine gressum
figit equos; cessere retro iamiamque rigentes
suppliciter posuere iubas. tunc pectora summo
adclinata iugo voltumque obliqua madentem
incipit — interea dominae vestigia iuxta
spumantem proni mandunt adamanta iugales —:
'bella etiam in Thebas, socer o pulcherrime, bella
ipse paras ferroque tuos abolere nepotes?
nec genus Harmoniae nec te conubia caelo
festa nec hae quicquam lacrimae, furibunde, morantur?
criminis haec merces? hoc fama pudorque relictus,
hoc mihi Lemniacae de te meruere catenae?
perge libens; at non eadem Volcania nobis
obsequia, et laesi servit tamen ira mariti!
illum ego perpetuis mihi desudare caminis
si iubeam vigilesque operi transmittere noctes,
gaudeat ornatusque novos ipsique laboret
arma tibi; tu — sed scopulos et aena precando
flectere corda paro; solum hoc tamen anxia, solum

---

274 Σ 4, 59 ut ipsa Venus: hoc mihi . . . catenae
275 *Serv.* Aen. 8, 373 Vulcanum uxorium fuisse testatur et ipse Vergilius . . et Statius ubi Martem Venus adloquitur ut: at non eadem Vulcania . . . mariti

---

263 ve(v)nis **B**^{1} 266 v(v)oltumque **B**: vult- **P** oblita (qua) **M**^{1}**Q**^{2}: oblita **C** (m)adentum (ł tem) **P**^{c} 269 etiam **P**ω: eiciam μ pulcherrime ω: -ma **P**: -ma(e) **S**^{2} 270 ab▒olere (h) r 271 armoniae **P** *fere eras.*: harmon(i)▒e (a) **B**: (h)ermionae ω 272 Pacta *Heinsius* hae *om.* **L** *in ras.* 274 lemnia‿cae·de·te·m·uere (·er) **P**^{c} 275 aut **b**^{1} volcania **L**: v(v)olc- **B**^{1}**M**^{1}: vulc- **P** 276 serva(i)t **Q**^{2}

279 nov(o)us **Q**^{2} 280 tu sed ω: sed **PL** (*sed in exemplari unde huius codicis glossae et scholia transcripta sunt,* tu *lectum esse, ex glossa* eclipsis *efficio*): sed quid **MfCr**^{2}νμ^2 (quid sed μ^1) 281 pa▒ro (t) hoc **L** hoc **P**: *om.* ω a(n)xia **B**

obtestor, quid me Tyrio sociare marito
progeniem caram infaustisque dabas hymenaeis?
dum fore praeclaros armis et vivida rebus
pectora vipereo Tyrios de sanguine iactas
demissumque Iovis serie genus. a! mea quanto
Sithonia mallem nupsisset virgo sub Arcto
trans Borean Thracasque tuos. indigna parumne
pertulimus, divae Veneris quod filia longum
reptat et Illyricas deiectat virus in herbas?
nunc gentem inmeritam —' lacrimas non pertulit ultra
Bellipotens, hastam laeva transumit et alto,
haut mora, desiluit curru, clipeoque receptam
laedit in amplexu dictisque ita mulcet amicis:
'o mihi bellorum requies et sacra voluptas
unaque pax animo! soli cui tanta potestas
divorumque hominumque meis occurrere telis
inpune et media quamvis in caede frementis
hos adsistere equos, hunc ensem avellere dextrae.
nec mihi Sidonii genialia foedera Cadmi
nec tua cara fides — ne falsa incessere gaude! —
exciderunt: prius in patrui deus infera mergam

---

301 *Eutych.* GL V 482, 30 (*de verbo incessendi*) idem libro III: nec tua .. gaude

---

282 quod **f** 283 c▒aram (l) **P** ymenaeis (-mi- **Q**) **BQ** 284 invida **f** 285 vippereo **C**: et vipereo **D** 286 -que *om.* **P** genus serie iovis **C** quantum **N** 287 virgo virgo $\mathbf{M}^{\sigma}$ 288 borean **P**: -am *ω* (reboam **b**) tuos *ex* -as **C** parune (v) **B** 290 inlyricas **P** deiectat **P**ς: eiectat *ω* 292 transsumit **PQMf** 293 dissiluit **D***μ* clipeφque (o $\mathbf{Q}^2$) **Q** receptam *ex* -um $\mathbf{B}^1\mathbf{Q}^2$ 294 Lae▒ (nit) (-dit) $\mathbf{Q}^1$: lenit *Müller*; *recte Kohlmannus contulit 7, 498 sq.* 297 occurrite **C** 298 Impune **P** frementes **P**: frementes (ł furentes) **D**: furentes (ł frementes) ν^2 299 avellerae (.e $\mathbf{Q}^2$) **Q** dextrae **P**: dextra *ω* 300 genialia **P**: genitalia *ω* 301 tu (a) $\mathbf{B}^3$ ne *ω*: nec **P***μ*ς 302 Exciderunt $\mathbf{B}\mathbf{Q}^1\mathbf{K}$ς*Σ*: -rant $\mathbf{MLNQ}^2\mathbf{Cfg}$*μν*: -rint *ex*-rant **P**: -rint **SDb**ς mergam **P**: -ar *ω*

stagna et pallentes agar exarmatus ad umbras.
sed nunc fatorum monitus mentemque supremi
iussus obire patris — neque enim Vulcania tali
imperio manus apta legi —, quo pectore contra
ire Iovem dictasque parem contemnere leges,
cui modo — pro vires! — terras caelumque fretumque
adtremere oranti tantosque ex ordine vidi
delituisse deos? sed ne mihi corde supremos
concipe, cara, metus! quando haec mutare potestas
nulla datur — cum iam Tyriis sub moenibus ambae
bellabunt gentes, adero et socia arma iuvabo.
tunc me sanguineo late defervere campo
res super Argolicas haud sic deiecta videbis;
hoc mihi ius, nec fata vetant.' sic orsus aperto
flagrantes inmisit equos. non ocius alti
in terras cadit ira Iovis, si quando nivalem
Othryn et Arctoae gelidum caput institit Ossae
armavitque in nube manum: volat ignea moles
saeva dei mandata ferens, caelumque trisulca
territat omne coma iamdudum aut ditibus agris
signa dare aut ponto miseros involvere nautas.
iamque remensus iter fesso Danaeia Tydeus

---

303 exanimatus **C** *Imhofius* 304 fatorum **ω**: fact- **P** monitis r[1] suppremi (C *sub* pp) **B**: supremi (summi *supra*) (superni **Q**[2]) **Q**[σ] 306 pectorae **Q**[1] 308 Qui **L**[σ] 309 totosque **N**ς 311 *post vocem* metus *gravius distinxit Garrodius, ita ut post* datur *aposiopesis sit* 313 movebo **C** 314 me[illegible] sanguineo **Q** bellantem fervere *Garrodius* 315 argoligas (c *supra*) **B**[3] aut (h *supra*) **B**[1] deuia **L**[1] *unde* deieca (*sic*) **L**[σ] 316 orsus **Pω**: rursus *Garrodius, quod ferri nequit* 319 Othyrin **b** artoae **L**: actoae **C** 320 moles **L**[2] *in ras.* 322 iamdudum aut **PN**: dudum aut (iam *inter lin. add.* **Q**[2]) **BLQ**[1]**Drbμ**: dudum vel **MfC**: dudum aut (vel *supra*) **ν**[1] 323 involvere (-re *om.* **L**[1]) **L**[σ] nautes **f** 324 remensus **PD**ς: emensus **ω** daneia **P**: danaia **Qf**: daneia **LD**: danacia **C**: dapnare (neia *supra*) **ν**[2]

arva gradu viridisque legit devexa Proshymnae
terribilis visu: stant fulti pulvere crines,
squalidus ex umeris cadit alta in vulnera sudor,
insomnisque oculos rubor excitat, oraque retro
solvit anhela sitis; mens altum spirat honorem
conscia factorum. sic nota in pascua taurus
bellator redit, adverso cui colla suoque
sanguine proscissisque natant palearibus armi;
tunc quoque lassa tumet virtus multumque superbit
pectore despecto; vacua iacet hostis harena
turpe gemens crudosque vetat sentire labores.
talis erat; medias etiam non destitit urbes,
quidquid et Asopon veteresque interiacet Argos,
inflammare odiis, multumque et ubique retexens
legatum sese Graia de gente petendis
isse super regnis profugi Polynicis, at inde
vim, noctem, scelus, arma, dolos, ea foedera passum
regis Echionii, fratri sua iura negari.
prona fides populis; deus omnia credere suadet
Armipotens, geminatque acceptos fama pavores.
utque introgressus portas — et forte verendus
concilio pater ipse duces cogebat Adrastus —
inprovisus adest, iam illinc a postibus aulae
vociferans: ‘arma, arma viri, tuque optime Lernae

---

325 viridesque **P** devexa (di- **BLQ**$b^1\mu$) ω: diversa **P** 326 Terribil^{i}es **P** fulti *ex* v- L^σ 327 alta **P**: atra *Wilkinsius* 329 Solvit **P**: Sorbet ω 330 fa^{c}torum Q^1: fatorum ν 331 rediit **P** cui *s. l.* M^1 332 proscissisque **P**Q^2**DN**ς: proscissique (proci⁞sique **K**) ω pare^{l}aribus f^1 armi⁞ (-s) **Q** 333 Tunc **P**ν: Tum ω tumet (m *scr.* P^c) **P**ω 334 Pectore despecto **P**ω (-tus *coni. Baehrens*): despecto pecore, at *Garrodius* habena **C** 335 labores **P**: dolores ω 337 assopon **r**: asopon⁞ (in- *litura del.*) **M** veterosque **Q** 338 et *om.* **D** 339 petentis r^1 340 Isse **P**B^3**DN**: Esse ω pollicinis **f** 343 crederes audet **P**: credere saudet (suadet Q^1 *mg.*) **Q** 345 verendus **P**: -dos ω 346 conscilio ν: Conci^{o}lia Q^1 347 iam^{que} Q^2

ductor, magnanimum si quis tibi sanguis avorum,
arma para! nusquam pietas, non gentibus aequum
fas aut cura Iovis; melius legatus adissem
Sauromatas rabidos servatoremque cruentum
Bebrycii nemoris. nec iussa incuso pigetve
officii: iuvat isse, iuvat, Thebasque nocentes
explorasse manu; bello me, credite, bello,
ceu turrem validam aut artam conpagibus urbem,
delecti insidiis instructique omnibus armis
nocte doloque viri nudum ignarumque locorum
nequiquam clausere; iacent in sanguine mixti
ante urbem vacuam. nunc o, nunc tempus in hostis,
dum trepidi exanguesque metu, dum funera portant,
nunc, socer, haec dum non manus excidit; ipse ego fessus
quinquaginta illis heroum inmanibus umbris
vulneraque ista ferens putri insiccata cruore
protinus ire peto!' trepidi de sedibus adstant
Inachidae, cunctisque prior Cadmeius heros
adcurrit vultum deiectus et 'o ego divis
invisus vitaeque nocens haec vulnera cerno
integer! hosne mihi reditus, germane, parabas?
in me haec tela mei! pro vitae foeda cupido!

---

349 Ductor **PD**: Auctor *ω* 350 aequum *ω*: aequam **P** 351 aut cura *ω*: auctura **P**: aut iura ς *Garrodius* 352 rabidos *Wakefieldus*: avidos **P***ω* *quod fortasse defendi potest locis velut Sen. Herc. fur. 838* quantus incedit populus per urbes ad novi ludos avidus (*i. spectandi*) theatri, *ubi* ad ... ludos *ab* incedit *pendet* 353 Bebriaci **Mfr**^{1} (ł bebracii **r**^{2}) incu≡so (s) **P** 354 iubat *bis* **P** esse (ł isse) **f**^{2}: ipse **r** 355 meque edite **f** 356 turrem **P**: turrim *ω* 357 Dilecti **r** instructique *ω*: str- **P** 358 dolorque **C** nocte (nudum) **B**^{1}: *om.* **b** locoque **f** 360 hostis *ω*: hostem **P** 361 -que *om.* **BLr**: *s. l. add.* **Q**^{2}**b**^{2} 362 socer haec dum non **P**: dum capulo nondum *ω*; excidit *i. e memoria*, *quod cum in ω non esset intellectum, mutatum est.* dum capulo nondum haec manus *Garrodius* 363 Quinquaginti (a) **Q**^{1} immanibus **P** 365 astant **P** 367 Occurrit **D** *frg. Monast.* o ego **P**: en ego *ω* 368 vita≡que (e) **B** 370 mei **P**:

infelix, fratri facinus tam grande negavi.
et nunc vestra quidem maneant in pace quieta
moenia, nec vobis tanti sim causa tumultus
hospes adhuc. scio — nec me adeo res dextra levavit —,
quam durum natis, thalamo quam triste revelli,
quam patria; non me ullius domus anxia culpet
respectentve truces obliquo lumine matres.
ibo libens certusque mori, licet optima coniunx
†auditusque iterum revocet socer; hunc ego Thebis,
hunc, germane, tibi iugulum et tibi, maxime Tydeu,
debeo.' sic variis pertemptat pectora dictis
obliquatque preces. commotae questibus irae
et mixtus lacrimis caluit dolor; omnibus ultro
non iuvenum modo, sed gelidis et inertibus aevo
pectoribus mens una subit, viduare penates,
finitimas adhibere manus, iamque ire. sed altus
consiliis pater imperiique haut flectere molem
inscius: 'ista quidem superis curaeque medenda
linquite, quaeso, meae, nec te germanus inulto
sceptra geret, neque nos avidi promittere bellum.

---

376 *Serv.* Aen. 12, 13 Statius ubi Polynicen oblique inducit loquentem: non me ullius domus .. expectentve .. lumine nati

---

dabas **ω**; *aposiopesin agnovit Vollmer 1896 p. 28*   371 f[r]atri facinus **P**[1]: facinus fratri **ω**   grande [ne]gavi **B**[1]   372 quieta **P**: serena **ω**   374 Hosp[e]is **P**[c]   375 durum est **L**ς   revell≡ (*quid erasum sit, non cerno*; -os *Meyer deletum autumat*) **P**   377 Respectentve (Exp- *Serv.*) **P** *Serv.*: -que **ω**   matres [ł obvia] **Pω**: nati *Serv.*   378 optima **D**   379 Auditusque **Pω** *quod corruptum ego quoque arbitror; nec enim intellegi potest 'cui ante oboedivi' propter maxime vicinum* iterum. *tamen quae coniecere viri docti, nullius pretii sunt*; augustusque *Buryus*: cunctatusque *Baehrens*: adscitusque *Deiter 1898 p. 343*; *an* adiutusque *scil. ab Argia*? hoc [vn] **L**[σ]   ego Thebis *in ras.* **N**   380 maxi[me] **B**[1]   383 mixtis **L**   384 iuven[v]em **B**[1]: nem[um] **Q**[1]   387 haud *ex* aut **Q**[2]   medenda **ω**: -entia **P**: -enti *Garrodius*   390 nos **P**: vos **ω**   avidi **Pω**: pavidi *Baehrens* (*quam ad notionem* pro-

at nunc egregium tantoque in sanguine ovantem
excipite Oeniden, animosaque pectora laxet
sera quies: nobis dolor haut rationis egebit.'
turbati extemplo comites et pallida coniunx
Tydea circum omnes fessum bellique viaeque
stipantur. laetus mediis in sedibus aulae
constitit, ingentique exceptus terga columna,
vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon,
nunc velox ferro, nunc ille tepentibus herbis
mitior, ipse alta seductus mente renarrat
principia irarum, quaeque orsus uterque vicissim,
quis locus insidiis, tacito quae tempora bello,
qui contra quantique duces, ubi maximus illi
sudor, et indicio servatum Maeona tristi
exponit. cui fida manus proceresque socerque
adstupet oranti, Tyriusque incenditur exul.
solverat Hesperii devexo margine ponti
flagrantes Sol pronus equos rutilamque lavabat
Oceani sub fonte comam, cui turba profundi
Nereos et rapidis adcurrunt passibus Horae,
frenaque et auratae textum sublime coronae

---

407 *Prisc.* GL II 145, 24 margo quoque auctoritate poetica non solum feminini, sed etiam masculini generis invenitur. Statius Thebaidos libro ⟨III⟩: solverat .. ponti. *item* 208, 12 *sq.* *e Prisc.* Floril. Vatic. 81

---

mittere *non aptum*): pigeat *Kochius 1865 p. 6* promittere **D** (ł promittite supra)

391 At **P**ω: Et **Mf** *frg. Monast.* ς $\overset{e}{\text{o}}$gregium **Q**^{1} o$\overset{v}{\text{b}}$antem **P**^{1} 392 oenidem **PC** 393 haud *ex* aut **Q**^{1} 395 omnes *ex* -is **B**^{1} 396 sidibus **r** 397 columna ω: -nae **P** 398 epidarius **P**: -d$\overset{u}{\text{a}}$rius **b**^{1}: -daurus **r** idmō **P** (*cf. 1, 334*): itmon (it non **r**) ω 399 ferox **L** tepentibus **PMf**: potentibus (*ex* pentibus **B**^{2}) ω 401 uterque **PDNMfQ**^{2}: utrimque ω (*etiam* **Q**^{1}: -riusque **r**) 406 Abstupet **L** 407 hysperii **B** 408 la$\overset{v}{\text{b}}$abat **P**^{c}: l$\overset{a}{\text{e}}$vabat **M**^{1}: l$\overset{a}{\text{e}}$vab$\overset{a}{\text{i}}$t **C**^{1} 409 f≡onte (r) **Qb** 410 accurrant **f**

deripiunt, laxant calidis umentia loris
pectora; pars meritos vertunt ad molle iugales
gramen et erecto currum temone supinant.
nox subiit curasque hominum motusque ferarum
composuit nigroque polos involvit amictu,
illa quidem cunctis, sed non tibi mitis, Adraste,
Labdacioque duci: nam Tydea largus habebat
perfusum magna virtutis imagine somnus.
et iam noctivagas inter deus armifer umbras
desuper Arcadiae fines Nemeaeaque rura
Taenariumque cacumen Apollineasque Therapnas
armorum tonitru ferit et trepidantia corda
inplet amore sui. comunt Furor Iraque cristas,
frena ministrat equis Pavor armiger. at vigil omni
Fama sono vanos rerum succincta tumultus
antevolat currum flatuque inpulsa gementum
alipedum trepidas denso cum murmure plumas
excutit: urguet enim stimulis auriga cruentis
facta, infecta loqui, curruque infestus ab alto

---

424 *Eutych.* GL V 478, 23 como paenultima longa a compono concisum, ut est apud Statium Thebaidos libro III (IIII *var.*): inplet amore ... cristas

---

412 Deripiunt **ω**: Di- **PN**ς: Di- *ex* De- **M**^{1}: Deiciunt (ł deripiunt) **K** calidis **P**ς: roseis (rạ- (o) **Q**^{1}) **ω** humantia **r**: spumantia **L** 414 su(i)pinant (p) **b** 415 subit **Q**^{1} saltusque **r** 417 mitis *om.* **P** *sine lac.*: mittis **b** 418 Lapdatioque **r** 420 armifer **P ω**: -ger **K** *frg. Monast.* ς 421 nemeeaque **PDN**: -meaque **ω** 422 Taenareumque **QL**: Trenariumque **C** cacumen **P**^{c}**ω**: cacū **P**^{1} terapnas **P** 423 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**$^\sigma$ thonitru **Bb**: t(r)onitu (r) **M**: tonitrọ (v) **Q**^{1} ferit **ω**: ferit (fremit) **P**^{c}**S**: fe..rit (*ex* fremit?) **B**: fe..it **K**: fremit ς 424 Implet **P** 425 equ..is **b** at *ex* ad **B**^{1}**Q**^{2}: ad **P** 426 sono **P ω**: oculo *Bentleius* vanos **P**: varios **ω** tumultos (v) **f** 427 cursum **BQ**^{1} *frg. Monast.*^{1} impulsa **P** gementum **P ω**: frementum *Friesemannus* 428 densas trepido *frg. Monast.* plumas **B** 429 Excutit.. urget (-ur) **P**: Excutitur get **B** 430 infecta *ex* -ficta **M**$^\sigma$

terga comamque deae Scythica pater increpat hasta.
qualis ubi Aeolio dimissos carcere Ventos
dux prae se Neptunus agit magnoque volentes
incitat Aegaeo; tristis comitatus eunti
circum lora fremunt Nimbique Hiemesque profundae
Nubilaque et vulso terrarum sordida fundo
Tempestas: dubiae motis radicibus obstant
Cyclades, ipsa tua Mycono Gyaroque revelli,
Dele, times magnique fidem testaris alumni.
septima iam nitidum terris Aurora deisque
purpureo vehit ore diem, Perseius heros
cum primum arcana senior sese extulit aula,
multa super bello generisque tumentibus amens
incertusque animi, daret armis iura novosque
gentibus incuteret stimulos, an frena teneret
irarum et motos capulis adstringeret enses.
hinc pacis tranquilla movent, atque inde pudori
foeda quies, flectique nova dulcedine pugnae
difficiles populi; dubio sententia tandem
sera placet, vatum mentis ac provida veri
sacra movere deum. sollers tibi cura futuri,

---

431 comamque **P**ς: -asque *ω* scytica **P** asta **Cb** 432 ab eolio **L**$^{\sigma}$ dimissos **QN**ς: de- **P***ω* 433 praese[illegible] (-ns) **P** volentes **PD**(?)ς: volantes *ω* (ł inicit) 434 Incitat **P**^{c}: Inicit *ω*: (ł Incitat) Inicit **D**^{1} tristes **rf**: -ęs (i) **b**^{1} commitatus **B** 436 et vulso **P***ω*: avulso **C**: (evulso) [illegible]ulso (f-) **L**$^{\sigma}$ 437 mot[illegible]s **f**: montis (-n- *del.* **L**$^{\sigma}$; *eadem sscr.* avulsis) **L** 438 Cyclades *ex* -as **Q**^{1} tuo **Q**^{1}**C** 439 Delo **L** 440 diisque **P**^{c}: deique **f**^{1} 441 persius **B**^{1}: perseus (i) **Q** 443 -que *om.* **f**^{1} tumentibus *ω*: tim- **P** amens **P***ω*: haerens ς *Barthius*: angens *Gronovius*: anceps *Phillimorius*: ambiens *Ellisius*; *cf. Serv. Aen. 12, 622* 444 novosque **PN**ς: ferosque *ω* 445 Gentibus **P***ω*: Mentibus **K** *Wakefieldus* an *ω*: aut **P**: ac *μ* 446 ensses **L** 447 pudori *ex* -ris **P**^{1}: pudęri (o) **Q**^{1} 448 nova *ω*: novae **P** 450 mentis **P**^{c}: mentes *ω* ac *ω*: et **P**

Amphiarae, datur, iuxtaque Amythaone cretus
iam senior — sed mente viret Phoeboque — Melampus
adsociat passus: dubium, cui pronus Apollo
oraque Cirrhaea satiarit largius unda.
principio fibris pecudumque in sanguine divos
explorant; iam tunc pavidis maculosa bidentum
corda negant diraque nefas minitantia vena.
ire tamen vacuoque sedet petere omina caelo.
mons erat audaci seductus in aethera dorso —
nomine Lernaei memorant Aphesanta coloni —,
gentibus Argolicis olim sacer; inde ferebant
nubila suspenso celerem temerasse volatu
Persea, cum raptos pueri perterrita mater
prospexit de rupe gradus ac paene secuta est.
huc gemini vates sanctam canentis olivae
fronde comam et niveis ornati tempora vittis
evadunt pariter, madidos ubi lucidus agros
ortus et algentes laxavit sole pruinas.
ac prior Oeclides solitum prece numen amicat:
'Iuppiter omnipotens — nam te pernicibus alis
addere consilium volucresque inplere futuri

---

471 *Myth. Vatic.* 3, 11, 14 de impetrativo (*augurio*) Statius: Iuppiter . . . alis etc.

---

452 Amphiare **P** amytaone **P** 453 viret **P**: virens *ω*; *recte distinxit Kohlmannus* 454 pronus (ł primus) (*scil. sit*) **P**^{c}: dexter *ω* 455 Oraque **P***ω*: pectora *Leo*; ora suae Cirrhae *Garrodius* chirrhea **P** satiaret **L** 456 dives (o) **B**^{3} 457 tunc **BLQ**: tum **P***ω* 458 diraque *ω*: dirasque **P**: dirumque **Mf** vena *ω*: venas **P** 459 omnia (ł omina) **P**^{c}: omina *ex* omnia b^1 *μ*^{2} 460 auda⁝ci (u) b 461 aphesanta *ω*: aphisanta **P**ς: apesanta *Müller*; *cf. U. de Wilamowitz, Hermes 33 (1898) p. 513* 463 voluta r 464 raptos *ω*: -tus **P** 466 Huc *ω*: Hunc **P**: Hoc **SN**: Hoc (v) **B**^{1}r^{1}f^1**Q**^{2}*μ*^{1} 467–526 *in* **P** *ab alio librario scripti* 467 co⁝mam (-m-) **B** ornata *μ* 468 madidos *ex* -us **C**^{1} 469 solo (e) **P**^{1} 470 solitum **P**: -ta *ω* 472 implere **P**

ominaque et causas caelo deferre latentes
accipimus —, non Cirrha deum promiserit antro
certius, aut frondes lucis quas fama Molossis
Chaonias sonuisse tibi, licet aridus Hammon
invideat Lyciaeque parent contendere sortes
Niliacumque pecus patrioque aequalis honori
Branchus, et undosae quem rusticus accola Pisae
Pana Lycaonia nocturnum exaudit in umbra:
ditior ille animi, cui tu, Dictaee, secundas
inpuleris manifestus aves. mirum unde, sed olim
hic honor alitibus, superae seu conditor aulae
sic dedit effusum chaos in nova semina texens,
seu quia mutatae nostraque ab origine versis
corporibus subiere notos, seu purior axis
amotumque nefas et rarum insistere terris
vera docent; tibi, summe sator terraeque deumque,
scire licet. nos Argolicae primordia pugnae

---

478 **Σ** 8, 198 Branchus Apollinis filius et ipse peritissimus futurorum deus. ut ipse alibi: patrioque aequatus honore Branchus 485 *Serv.* Aen. 6, 741 transeundo scilicet in aeria corpora, si satis bene vixerint. quod in Statio legimus, ubi de auguriis tractat (seu quia ... notos *add. Dresd.*) *cf. Myth. Vatic.* 3, 6, 18

---

473 Ominaque (*e corr.* **b**[1]) **ω**: Omniaque **Pς** causas **Pω**: casus *Baehrens contra artem auguralem* 474 non *s. l.* **P**[c]: nec *Müller 1882 p. 21 parenthesi post* tibi *finita* cirrhea **P** promiserat (i *s. l.*) **ν**[2] 475 luci[ras.] (-s) **f** fa[ras.]ma (-m-) **B** mo[ras.]losis (l) **B**: molosis **b**: molossi (-s *adiecit* **M**[1]) **Mf** 476 Chaonias **ω**: -io **P** (-is *Garrodius errore*) 477 litiaeque *ex* la- **f**[1]: lideeque (ł licie) **L**[σ] 478 aequalis **Pω** (*i.* ἰσότιμος): aequatus **Σ** *Theb. 8, 198 edd.* honori **ω**: -re **PΣ** *l. l.* 479 unde sequi **L** quem *Müller 1882 p. 21*: qui **Pω** pissae **r** 480 lycaonia **ω**: -ae **P** 481 Ditior **Pω**: Certior *Lachmannus* secundus (a *s. l.*) **Q**[1] 482 ades (v *s. l.*) **f**[r] olim **ω**: olīs **P**[1] *unde* olimst *Müller sine probabilitate* 484 effusum **ω**: of- **P** cahos **r** 485 nostra[ras.]que **B**: nostraque *ex* -eque **b**[1] 486 purior axis *in ras.* **μ**[1] (*fuit* conditor aulae) *post 486 v. 484 repetitus, sed a* **μ**[1] *deletus*

venturumque sinas caelo praenosse laborem.
si datur et duris sedet haec sententia Parcis
solvere Echionias Lernaea cuspide portas,
signa feras laevusque tones; tunc omnis in astris
consonet arcana volucris bona murmura lingua.
si prohibes, hic necte moras dextrisque profundum
alitibus praetexe diem.' sic fatus, et alto
membra locat scopulo; tunc plura ignotaque iungit
numina et inmensi fruitur caligine mundi.
 postquam rite diu partiti sidera cunctis
perlegere animis oculisque sequacibus auras,
tunc Amythaonius longo post tempore vates:
'nonne sub excelso spirantis limite caeli,
Amphiarae, vides, cursus ut nulla serenos
ales agat liquidoque polum complexa meatu
pendeat aut fugiens placabile clanxerit omen?
non comes obscurus tripodum, non fulminis ardens
vector adest flavaeque sonans avis unca Minervae,
non venit auguriis melior, quin vultur et altis
desuper accipitres exultavere rapinis.

---

506 *Myth. Vatic.* 3, 8, 14 unde Statius infelicitatem augurii intimans obscurum comitem tripodum id est corvum abesse conqueritur

---

490 pernosse **MfQDrC**ν 492 etthionias **B** 493 levumque **f** astris **P**ω: auris *Deipser 1881 p. 120* 494 volucris ω: -crum **P** 495 nete (c *supra*) **f**[1] profundum **P**[1]ω: profanis **P**[c] *mg.* 496 protexe **f** fatus *ex* va- **L**[σ]: fa⦀tus (c) b 497 linquit (*supra* ⸗ iungit) ν[2] 499 cunctis ω: cuncta **P**ς: cunctis (a *supra*) **B**[1] cunctas **b**ς *Müller*: cunctịs (a *supra*) **Q**[2]: cunctas (is *supra*) **D**[1] 500 anims (i *supra*) **B**[1] 501 amytaonius **P** post **P**ω: iam **Mf** 502 spirantẹs (i *supra*) **Q**[1] limine (-n⦀e **B**) **BL** 503 ut **P**ω: et μ 505 clanxerit *Klotzius*: clanxerit *ex* pl- **P**[r]: planxerit (-ncx- **B**) ω om⦀ **B**: ome (-n *add.* **f**[r]) **f**[1]: omne **rb** (*cf. 1, 334*) 507 Victor **r** 508 *distinxit Imhofius* quin ς *Bernartius*: qui **P**ω: quam ς in (*supra* ⸗ et) **Q**[1] 509 accipitres *ex* acce- **B**[1]

monstra volant, dirae strident in nube volucres,
nocturnaeque gemunt striges et feralia bubo
damna canens. quae prima deum portenta sequamur?
hisne dari, Thymbraee, polum? simul ora recurvo
ungue secant rabidae planctumque imitantibus alis
exagitant zephyros et plumea pectora caedunt.'
ille sub haec: 'equidem varii, pater, omina Phoebi
saepe tuli: iam tum, prima cum pube virentem
semideos inter pinus me Thessala reges
duceret, hic casus terraeque marisque canentem
obstipuere duces, nec me ventura locuto
saepius in dubiis auditus Iasoni Mopsus.
sed similis non ante metus aut monstra notavi
prodigiosa magis; quamquam maiora parantur.
huc adverte animum: clara regione profundi
aetheros innumeri statuerunt agmina cygni,
sive hos Strymonia Boreas eiecit ab Arcto,
seu fecunda refert placidi clementia Nili.
fixerunt cursus: has rere in imagine Thebas;

---

520 **Σ** 5, 417 ait enim (*de Mopso*): nec me . . . Iasone Mopsus

---

510 strident ς *Klotzius*: stridunt **Pω**; *cf. 4, 244. 428. 6, 210. 8, 256. 9, 299. 10, 932. 7, 770* (stridunt **ω**) 511 Noctunneque (r *supra* n) **Q**[1] 512 ca⁞nens **f** sequemur **QDN**ς 513 dari **Pω**: tibi **r**[1] Thymbraee **Pω**: tu rere *Müller 1882 p. 21* simul *om.* **f** ore **μ** 514 ra⁞pidae (b) **B**: rapidae **Cfμ**. trepidae (ł rapidae) **Q**[1] 515 plurima (e *supra* a) **Q**[1] 516 omina **ω**: omnia **P**: omina *ex* omnia **b**[1] phoebi (ł caeli) **M**[σ]**r**: phoebi *in ras.* **N**: caeli (ł phoebi) **Q**[2] 517 tunc **b** pube **ω**: puppe **P** 518 pinus *in ras.* **N** tessalia **P**[1] 520 Obstupuere **MfQCμ** 521 iasoni ς *Barthius*: iasone **Pω** 522 aut **Pω**: tamen **D** monstra *Müller 1882 p. 21*: astra **Pω**: sacra *Baehrens*: signa *Slater*: tesca *Garrodius olim*; *nisi forte* astra *pro caelo sunt, cf. etiam 3, 558* 523 Prodi⁞giosa (o) **B** 524 Nunc **ν** 525 Aetherios (-i- *ex* -e-) **f**[1]: Etheris **ν** ci⁞gni (n) **f** 527 fecunda **Pω**: feda **D** nili **ω**: caeli **P** (*cf. Lucan. 8, 365*) *quod sprevi propter vocem* fecunda 528 Finxerunt (-ncx- **B**) **Bf**: Finxerunt **M**[1]**L**[1] has **PΣ**[1] *Lachmannus*: hac **ωΣ** in *om.* **Dν**

nam sese inmoti gyro atque in pace silentes
ceu muris valloque tenent. sed fortior ecce
adventat per inane cohors; septem ordine fulvo
armigeras summi Iovis exultante caterva
intuor: Inachii sint hi tibi, concipe, reges.
invasere globum nivei gregis uncaque pandunt
caedibus ora novis et strictis unguibus instant.
cernis inexperto rorantes sanguine ventos,
et plumis stillare diem? quae saeva repente
victores agitat leto Iovis ira sinistri?
hic excelsa petens subita face solis inarsit
submisitque animos, illum vestigia adortum
maiorum volucrum tenerae deponitis alae.
hic hosti inplicitus pariter ruit, hunc fuga retro
volvit agens sociae linquentem fata catervae.
hic nimbo glomeratus obit, hic praepete viva
pascitur inmoriens; spargit cava nubila sanguis.'
'quid furtim inlacrimas?' 'illum, venerande Melampu,
qui cadit, agnosco.' trepidos sic mole futuri

---

532 *Eutych.* GL V 464, 31 intuor idem in eodem libro dixit: armigeras .. Inachii sunt .. reges

---

529 adque **P** 530 fortiter **f**: forti^{or}~~ter~~ **M**$^{\sigma}$ 531 coors **r**: choors **fb** 532 Armigeros **Mf** summi **P**ω: summa **N** caterva≡ (-s) **B** 533 Intueor **f** inachi **Bf** sint **PDb**$^{c}\mu$: sunt ω *Eutyches* 535 ungui^{b} **P**^{1} 536 inexpleto **C**ς: in^{per}expleto **D** r^{o}arantes **P**^{r} 537 stillare *ex* ste- **B**: sti^{l}lare **r** quae **P**: quam ω 538 sinistra **C** 540 Summisitque **P** animas **b** adhortum **Bb**: adorsum **Q** *Ellisius* 541 tenerae *om.* **b**, *add.* **b**^{1} *mg.* depon^{i}tis **B**^{1} 542 implicitis **r** hunc (h^{v}anc **L**^{1}) ω: huc **P** 544 nymbo **P** viva *ex* via μ^{1} 546 inlacrimas **P**Σ^{1}: lacrimas (-m^{a}is **L**$^{\sigma}$) ω melampu $\omega\Sigma$: -po **P** 547 agnosco ω: agnosci **P** (*an contaminata lectio ex agnosco et agnovi?*) mole *ex* more **B**^{1}**Q**^{1}: more **MNCbr**: morte *ex* more **f**$^{r}\nu^{2}$ futura *ex* -ri ν^{2}

cunctaque iam rerum certa sub imagine passos
terror habet vates; piget inrupisse volantum
concilia et caelo mentem insertasse vetanti,
auditique odere deos. — unde iste per orbem
primus venturi miseris animantibus aeger
crevit amor? divumne feras hoc munus, an ipsi,
gens avida et parto non umquam stare quieti,
eruimus, quae prima dies, ubi terminus aevi,
quid bonus ille deum genitor, quid ferrea Clotho
cogitet? hinc fibrae et volucrum per nubila sermo
astrorumque vices numerataque semina lunae
Thessalicumque nefas. at non prior aureus ille
sanguis avum scopulisque satae vel robore gentes
mentibus his usae; silvas amor unus humumque
edomuisse manu; quid crastina volveret aetas,
scire nefas homini. nos pravum et flebile vulgus
scrutari penitus superos: hinc pallor et irae,
hinc scelus insidiaeque et nulla modestia voti.
  ergo manu vittas damnataque vertice serta
deripit abiectaque inhonorus fronde sacerdos
inviso de monte redit; iam bella tubaeque
comminus, absentesque fremunt sub pectore Thebae.
ille nec aspectum volgi, nec fida tyranni
conloquia aut coetus procerum perferre, sed atra

---

548 iam *om.* **PB**^{1} (*add.* **B**^{2} *inter versus*) 549. 550 *om.* **b**^{1}, *inter versus suppl.* **b**^{2} 549 ^{h}abet **B**^{1} 550 mentem caelo **MfN** 551 odore **r** iste (-a **C**) ω: ipse **P** 552. 554. 553 **L**, *praescriptis* A C B *corr.* **L**$^\sigma$ 552 Primum **C** 553 feres **N**μ hoc *om.* **B**^{1}**b**^{1}, *add.* **B**^{2}**b**^{2} 554 avido **L** parto et **N** 558 semina (-$\overset{n}{r}$a **L**$^\sigma$) **PL**: semita ω: semita (ł semina) **M**$^\sigma$**N**; *utramque lectionem explicat* Σ 559 a≡t (u) **b** 560 avi **b** et (vel) ν^1 561 his usae **P**: haec ausae ω 562 quod **f** cristina μ 563 pravum ω: parvum **P** 564 Scrutari **P**: -ti ω super$\overset{o}{i}$s **Q**^{1} 567 Diripit **PQ** obiectaque ν 570 Illae **f** $\overset{v}{o}$lgi **B**^{1}**M**$^\sigma$: vulgi **P** 571 Obloquia *ex* Conl- **b** procerum *om.* **L**^{1}, *add.* **L**$^\sigma$ proferre **Q**^{1}**NC**

sede tegi, et superum clausus negat acta fateri —
te pudor et curae retinent per rura, Melampu —:
bissenos premit ora dies populumque ducesque
extrahit incertis. et iam suprema Tonantis
iussa fremunt agrosque viris annosaque vastant
oppida; bellipotens prae se deus agmina passim
mille rapit; liquere domos dilectaque laeti
conubia et primo plorantis limine natos:
tantus in attonitos cecidit deus. arma paternis
postibus et fixos superum ad penetralia currus
vellere amor; tunc fessa putri robigine pila
haerentesque situ gladios in saeva recurant
vulnera et adtrito cogunt iuvenescere saxo.
hi teretes galeas magnorumque aerea suta
thoracum et tunicas chalybum squalore crepantes
pectoribus temptare, alii Cortynia lentant
cornua; iam falces avidis et aratra caminis
rastraque et incurvi saevum rubuere ligones.

---

589 *Serv.* Georg. 1, 94 et hos rastros dicimus et haec rastra. legimus enim: 'at istos rastros interea depone' in Terentio, item: rastraque .. ligones

---

573 *parenthesin cognovit Baehrens* 574 Bissenos (-no^{s} ν^{2}) ... dies Pν: -no .. die ω 575 Extrait (h *supra*) b^{1} incertis *ex* -us L^{σ} supprema Mf 576 animosaque *Müller 1882 p. 22 cl. Silv. 5, 3, 108* 577 prae se Pω: praeses *Müller ibid.*; pro se *Baehrens* agminę (a *supra*) Q^{1} 578 liṇquere r domos ω: -mus P *cf. ad 2, 155* dilectaque *ex* de- b: dilataque (ecta *supra*) L^{σ} 579 primą (o *supra*) Q^{1} plorantes P 580 attonitis μ c≡ecidit (a) P 581 Hostibus C superum ω: -ro≡ (s) P 582 robigine (v *supra*) $P^{r}B^{1}$: rubigine MLf pila P: tela ω 583 -que *om.* P recurant P: recurvant ω: recurunt (r *supra*) D 584 gogunt (c *supra*) P^{1} ferro (saxo *supra*) D 585 Hi ω: Hic PBN: Heu S s≡uta (c) f: sçuta L^{σ} 586 tunicas ω: -am P sualore f 587 cortinia P: corinthia ν 588 caminis ω: -menis P 589 insevum curvi Q

caedere nec validas sanctis e stirpibus hastas,
nec pudor emerito clipeum vestisse iuvenco.
inrupere Argos maestique ad limina regis
bella animis, bella ore fremunt; it clamor ad auras,
quantus Tyrrheni gemitus salis, aut ubi temptat
Enceladus mutare latus; super igneus antris
mons tonat, exundant apices fluctusque Pelorus
contrahit, et sperat tellus abrupta reverti.
atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore
excitus et longam pridem indignantia pacem
corda tumens — huic ampla quidem de sanguine prisco
nobilitas; sed enim ipse manu praegressus avorum
facta, diu tuto superum contemptor et aequi
inpatiens largusque animae, modo suaserit ira —,
unus ut e silvis Pholoes habitator opacae
inter et Aetnaeos aequus consurgere fratres,
ante fores, ubi turba ducum vulgique frementis,
Amphiarae, tuas 'quae tanta ignavia' clamat,
'Inachidae vosque o socio de sanguine Achivi?
unius — heu pudeat! — plebeia ad limina civis

598 *Prisc.* GL II 544, 18 cieo, citus correpta paenultima, ut diximus, facit. Statius in III Thebaidos: atque hic .. corda tumens. *hinc Class. Auct.* ed. Mai IX p. 114 excĭtus, unde Statius: atque hic .. longam corda indignantia pacem

592 -que *om.* L^1, *add.* L^σ 593 bella ≡ore **P** ora f (*sed* -a *adras.*) it *ex* et **B**: id **P** 594 tyrreni **P** aut ubi . . . latus *om.* P^1, *add.* P^r *mg.* 595 super **P**ς: procul ω ignibus atris *Friesemannus*; *sed mons non tonat ignibus* 596 pelor$\overset{v}{e}$s L^σ (*an in exemplari fuit* -os?): -rum f 597 ab^{p}ruta b^1 598 A$\overset{t}{d}$que P^c 601 sed ω: sed et **P** i$\overset{s}{n}$pe ν^1 avorum est f 602 tutos **C** 603 largus **DCr** sauserat **Q** 605 aetheneos fb^1 606 duc$\overset{u}{e}$m Q^2 frementes **P**: trementis **MfC**μ 607 Amphiorae **C**: Amphiar$\overset{e}{a}$ f^1 tua≡ (s) **Q** 608 socio ω: socii **P** 609 ha$\overset{u}{e}$ B^1 plebeia **P**ω: plebeii *Lachmannus*

tot ferro accinctae gentes animisque paratae
pendemus? non si ipse cavo sub vertice Cirrhae,
quisquis is est, timidis famaeque ita visus, Apollo
mugiat insano penitus seclusus in antro,
expectare queam, dum pallida virgo tremendas
nuntiet ambages. virtus mihi numen et ensis,
quem teneo! iamque hic timida cum fraude sacerdos
exeat, aut hodie, volucrum quae tanta potestas,
experiar.' laetum fremit adsensuque furentem
implet Achaea manus. tandem prorumpere adactus
Oeclides: 'alio curarum agitante tumultu
non equidem effreno iuvenis clamore profani
dictorumque metu, licet hic insana minetur,
elicior tenebris; alio mihi debita fato
summa dies, vetitumque dari mortalibus armis.
sed me vester amor nimiusque arcana profari
Phoebus agit; vobis ventura atque omne, quod ultra est,
pandere maestus eo; nam te, vesane, moneri
ante nefas, unique tacet tibi noster Apollo.
quo, miseri, fatis superisque obstantibus arma,
quo rapitis? quae vos Furiarum verbera caecos
exagitant? adeone animarum taedet? et Argos

---

610 accintae **b** gentesque **r** 611 cirrha (-e *add.* **P**[c]) **P**[1] 612 -que *om.* **P** 613 paenitus **P** 616 hic **P**ω: $\overset{u}{\text{hic}}$ **S**: huc *vel* hunc ς timida⸗(s) **P** -e sacerdos **N** *in ras.* 617 *om.* **D**[1], *add.* **D**[1] *mg.* 617 aut ω: haut **P** odie **L**$^{\sigma}$ 618 assensusque **Q**[1] trementem **Q** 619 Impleat **C** praerumpere **f** 620 *recte distinxit Lachmannus, item* **f** alto *ex* alio **P**[r] $\overset{a}{\text{currum}}$ **B**[1] 623 Elicior *ex* Fel- **f** debita *ex* dev- **L**$^{\sigma}$, *ex* -to **Q**[2] 624 ventumque **C** dari **P**ω: mori *Müller 1882 p. 22*: rapi *Baehrens* 625 $\overset{h}{\text{arcana}}$ **P**[1] 626 adque omneq· **P** ultra e (*sic*) **f** 628 tacet **P**: silet ω 630 quae ω: quo **PL**[1]: $\overset{+quo}{\text{quid}}$ **N** $\overset{sos}{\text{caecos}}$ **P**[1] 631 *om.* **L**[1], *add.* **L**$^{\sigma}$ *mg.* animae iam *Garrodius* $\overset{rg}{\text{agros}}$ **b**[1]

exosi? nil dulce domi? nulla omina curae?
quid me Persei secreta ad culmina montis
ire gradu trepido superumque inrumpere coetus
egistis? potui pariter nescire, quis armis
casus, ubi atra dies, quae fati exordia cunctis,
quae mihi. consulti testor penetralia mundi
et volucrum adfatus et te, Thymbraee, vocanti
non alias tam saeve mihi, quae signa futuri
pertulerim: vidi ingentis portenta ruinae,
vidi hominum divumque metus hilaremque Megaeram
et Lachesin putri vacuantem saecula penso.
proicite arma manu: deus ecce furentibus obstat,
ecce deus! miseri, quid pulchrum sanguine victo
Aoniam et diri saturare novalia Cadmi?
sed quid vana cano, quid fixos arceo casus?
ibimus —' hic presso gemuit semel ore sacerdos.
illum iterum Capaneus: 'tuus o furor auguret uni
ista tibi, ut serves vacuos inglorius annos
et tua non umquam Tyrrhenus tempora circum
clangor eat. quid vota virum meliora moraris?

---

632 Exo||si b nil *ex* nihil **B**[1]**L**[σ]b[1]: nihil **P** nulla **P**ω: nilla (u *supra*) **Q**[1] curae est (est *add.* **P**[r]) **P** 634 superumque **P**ς: superosque ω inrumpere *ex* -cumb- **Q**[1] 636 ubi **P**: et ω fati (*in ras.* **B**[1]) **PB**: prima ω: prima (fati *supra*) **D** 638 adfatus ω: adflatus **P** *quod ne probemus, obstat 3, 557* tymbree **P** 639 saeva *ex* -ve **P**[r]**B**[1]: saeve (a *supra*) **Q**[1]: saeva **C** quam signa **C** 640 ingentes (i *supra*) **P**[1]**Q**[1] 641 metus **P**Σ: nefas ω: metis *ex* nefas **B**[1] m||egaeram **P** (a) 642 lachesim **P** laches in putri **M** laxantem **P**[r] *mg.* 644 quod r victo **P**ω: vestro **DQ**[2]ς *Barthius*: iuncto *Heinsius* 645 diri **P**ω: Tyrii *Heinsius* saturare *ex* -ate **B**[1] 646 *om.* **N**[1], *add.* **N**[2] *mg.* 647 semel **P**ω: simul ς; *an* semul? 648 Illum **P**ω (allocutus est **L**[σ], conpellat **Q**[σ] *recte*): Illū|| (-d) **B**[1]: Ille **D**fμ: illi *Lachmannus*: inde *Garrodius* capaneus *om.* **CM**[1]f (*add.* **M**[σ] *mg.*): ~~capaneus~~ (alloquitur *supra*) ν[1] auguret *Müller, Mus. Rhen. 18 (1863) p. 193*: augur et **P**ω 649 inglorios (v *supra*) **B**[1] annos **PC**[1]: argos ω

scilicet ut vanis avibus natoque domoque
et thalamis potiare iacens, sileamus inulti
Tydeos egregii perfossum pectus et arma
foederis abrupti? quodsi bella effera Graios
ferre vetas, i Sidonios legatus ad hostes:
haec pacem tibi serta dabunt. tua prorsus inani
verba polo causas abstrusaque nomina rerum
eliciunt? miseret superum, si carmina curae
humanaeque preces! quid inertia pectora terres?
primus in orbe deos fecit timor! et tibi tuto
nunc eat iste furor; sed prima ad classica cum iam
hostilem Ismenon galeis Dircenque bibemus,
ne mihi tunc, moneo, lituos atque arma volenti
obvius ire pares venisque aut alite visa
bellorum proferre diem: procul haec tibi mollis
infula terrificique aberit dementia Phoebi:
illic augur ego et mecum quicumque parati
insanire manu.' rursus fragor intonat ingens
hortantum et vasto subter volat astra tumultu.
ut rapidus torrens, animos cui verna ministrant
flamina et exuti concreto frigore montes,
cum vagus in campos frustra prohibentibus exit

---

661 *Serv.* Aen. 2, 715 conexa enim sunt timor et religio, ut Statius: primus . . timor *Petron.* frg. 27, 1 Buech. *Passio* Pauli apost. 11 (Lipsius et Bonnet, Acta apost. apocr. 1 p. 36, 2).

---

652 Silicet **L** vanis *om.* **B**^{1}**L**^{1}, *add. inter versus* **B**^{1}**L**$^\sigma$
ł perfossum p
654 perfusum f^1 et **P***ω*: ac **L** 655 abruti b^1 656 sidonios . . hostes **P**: -as . . urbes *ω* 658 obstrusaque **M** nomina **P**: semina *ω*: momina *Baehrens* 659 E≡liciunt **B** 661 Primos f toto ł totus f^1 663 his me non **M**: his me on f: ismenum **BLQ**b dircēque **PQ** (*cf. 1, 334*) 664 tunc *ω*: tum **P** 665 paras f venisque *Heinsius*: ventisque (-que *om.* **N**) **P***ω* 667 clementia **LQ**f 668 Illuc **C** 669 fra≡gor (n) b 670 astra *in ras.* b^1 tumultu≡ (s) **B**: volatu **C** 672 Flamina **P**: Flu- *ω* montes **P**: colles *ω* 673 Dum **C** campum **C**

obicibus, resonant permixto turbine tecta,
arva, armenta, viri, donec stetit inprobus alto
colle minor magnoque invenit in aggere ripas.
haec alterna ducum nox interfusa diremit.
at gemitus Argia viri non amplius aequo
corde ferens sociumque animo miserata dolorem,
sicut erat laceris pridem turpata capillis
et fletu signata genas, ad celsa verendi
ibat tecta patris, parvumque sub ubere caro
Thessandrum portabat avo iam nocte suprema
ante novos ortus, ubi sola superstite plaustro
Arctos ad oceanum fugientibus invidet astris.
utque fores iniit magnoque adfusa parenti est:
'cur tua cum lacrimis maesto sine coniuge supplex
limina nocte petam, cessem licet ipsa profari,
scis genitor. sed iura deum genialia testor
teque pater, non ille iubet, sed pervigil angor;
ex quo primus Hymen movitque infausta sinistram
Iuno facem, semper lacrimis gemituque propinquo
exturbata quies. non si mihi tigridis horror
aequoreasque super rigeant praecordia cautes,
ferre queam; tu solus opem, tu summa medendi
iura tenes; da bella, pater, generique iacentis
aspice res humiles, atque hanc, pater, aspice prolem
exulis; huic olim generis pudor. o ubi prima

---

675 improbus **P** 677 Haec **P***ω*: aeque *Baehrens*: sic *Koestlinius 1877 p. 285* 678 Et *μ* 680 laceris pridem **P**: pridem laceris *ω* turpata **P**: turb- *ω* 683 suprema **P***ω*: supina *Menkius* 684 ortus *om.* **L**[1], *add.* **L**$^{\sigma}$ plastro *μ* 686 Atque **b** effusa **Q** 689 genialia **BLKf**[1] *mg.*: geniṭalia **P**[1]: geni‖alia *μ*: genitalia *ω* **Σ** *Bamb.* (*sed explicatur* genialia) 690 provigil **f** 692 vocem (ł facem) **L**$^{\sigma}$ profundo (ł propinquo) **D** 694 aequoreasque *Klotzius*: Aequoreaeque **P***ω* rigeant *ex* re- **B**[1] 695 sola **D** summa ẹdendi (m) **B** 696 generisque **D** iacentis **PD** (*quod retinui propter vocem* humiles): tacentis *ω* *Bentleius* 698 hinc **MLNf**: huic (hinc) **Q**[2]: ḥụṇc̣ (hinc) **r** o ubi **PQ**: obvia (quo tibi **K**) *ω*

hospitia et iunctae testato numine dextrae!
hic certe est, quem fata dabant, quem dixit Apollo;
non egomet tacitos Veneris furata calores
culpatamve facem: tua iussa verenda tuosque
dilexi monitus. nunc qua feritate dolentis
despiciam questus? nescis, pater optime, nescis,
quantus amor castae misero nupsisse marito.
et nunc maesta quidem grave et inlaetabile munus,
ut timeam doleamque, rogo; sed cum oscula rumpet
maesta dies, cum rauca dabunt abeuntibus armis
signa tubae saevoque genas fulgebitis auro,
ei mihi! care pater, iterum fortasse rogabo.'
illius umenti carpens pater oscula vultu:
'non equidem has umquam culparim, nata, querellas;
pone metus, laudanda rogas nec digna negari.
sed mihi multa dei — nec tu sperare, quod urges,
desine —, multa metus regnique volubile pondus
subiciunt animo. veniet, qui debitus istis,

---

704 *Comm. Bern.* Lucan. 2, 347 Statius: nescis pater . . castae . . marito

---

699 victae (n over c) (*vel* iu- (n)) **L**[1] testato *ω*: funesto **P**: manifesto *Baehrens cl. 1, 494* 700 dabant *ex* -unt **L**[σ] 701 furiata (ra over ia) **Q**[1] 702 verenda tuosque **PN**: tuosque verendos *ω*: tuosque nepotes (ł verendos) **M**[σ]: tuosque nepotes (ł potentes) **f**[1]: tuosq· ·rendos (ve) (tuosque *in ras.*) **b**[1] 704 Dispiciam **PS** 705 castae **P** *schol. Lucan.*: causae *ω* nubsisse **BMb** 706 in et laetabile **B**: et laetabile **Lr** vulnus **r** 707 tineam (m over n) **B**[1] 708 Maesta **P***ω*: multa *Sandstroemius 1878 p. 44* *sed* maesta *necessario cum* dies *coniungitur* raca (v) **f**[1] dabant (v) **Q**[1] 710 pater *ω*: parens **P** *in caesura Statius hiatum syllabamque ancipitem quamvis raro admittit*; *accedit quod non* parens *caritatis nomen est, sed* pater iterum: pacem *Garrodius*, *sed si* iterum *tollitur, omne loci acumen perit* rogabo: ne vos eatis *recte* **M**[σ] 712 culparum **C** quaerelas (l) **P**[1]: -ellis (a) **Q**[1] 713 ne⁝ (-c) **C** 716 qui⁝ (-d) **B**

nata, modus, neque te incassum flevisse quereris.
tu solare virum, neu sint dispendia iustae
dura morae: magnos cunctamur, nata, paratus.
proficitur bello.' dicentem talia nascens
lux monet ingentesque iubent adsurgere curae.

---

720 *Prisc.* GL II 401, 15 a proficio Statius impersonale protulit in III: proficitur bello

---

717 neque **P**: nec *ω* fle$\overset{v}{b}$isse $\mathbf{P}^1$ quere$\overset{r}{l}$is r 718 solare *ex* sorare $\mathbf{L}^{\sigma}$ neve *μ* 720 Prospicitur $\mathbf{f}^3$ 721 monet $\mathbf{Df}^3$ς: movet **P***ω* (*an i. q. excitat e lecto*?) STACII POETAE THEBAID'· LIB · III · EXPLICIT INCIPIT EIVSDEM · LIBER QVARTVS **P**

P. PAPINI STATI
THEBAIDOS
LIBER IV.

Tertius horrentem zephyris laxaverat annum
Phoebus et angusto cogebat limite vernum
longius ire diem, cum fracta inpulsaque fatis
consilia et tandem miseri data copia belli.
prima manu rutilam de vertice Larissaeo
ostendit Bellona facem dextraque trabalem
hastam intorsit agens, liquido quae stridula caelo
fugit et Aoniae celso stetit aggere Dirces.
mox et castra subit ferroque auroque coruscis
mixta viris turmale fremit; dat euntibus enses,
plaudit equos, vocat ad portas; hortamina fortes
praeveniunt, timidisque etiam brevis addita virtus.
  dicta dies aderat. cadit ingens rite Tonanti
Gradivoque pecus, nullisque secundus in extis
pallet et armatis simulat sperare sacerdos.

4, 1 zeferis **P**: zepheris **L** annum *ω*: -us **P** 2 Febus **P** angusto **P**: -tum *ω* angusto limite *i. ab angusto initio* vernum **P**: -no *ω* 3 fractaque **C** 4 miseri data *ω*: miseris (-iṣ L^1) data **PNL***μν*: miserandi (-i *in ras. fuit* a) **b** 5 larisaeo *ω* 7 $\overset{a}{\text{gens}}$ P^1 stridua **f** 8 aoniae **P**: adversae *ω* caelso *ex* $\overset{\text{celso}}{\text{caelos}}$ B^1: coelo **r**: in celso **b** 11 hortamina ($\overset{h}{\text{ort}}$- b^1) *ω*: -ne **P** sortes **f** 14 secundus⁝ (*eras.* -que) **C** 15 Palletque armatis **r**

iamque suos circum pueri nuptaeque patresque
funduntur mixti summisque a postibus obstant.
nec modus est lacrimis: rorant clipeique iubaeque
triste salutantum, et cunctis dependet ab armis
suspiranda domus; galeis iuvat oscula clusis
inserere amplexuque truces deducere conos.
illi, quis ferrum modo, quis mors ipsa placebat,
dant gemitus fractaque labant singultibus ira.
sic ubi forte viris longum super aequor ituris,
cum iam ad vela noti et scisso redit ancora fundo,
haeret amica manus: certant innectere collo
brachia, manantesque oculos hinc oscula turbant,
hinc magni caligo maris, tandemque relicti
stant in rupe tamen; fugientia carbasa visu
dulce sequi, patriosque dolent crebrescere ventos.
[stant tamen, et nota puppim de rupe salutant.]
nunc mihi, Fama prior mundique arcana Vetustas,
cui meminisse ducum vitasque extendere curae,
pande viros, tuque o nemoris regina sonori,

TESTIMONIA 21 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 135 hic conus -ni ·i· summitas galeae. unde Statius: amplexuque .. conos 32 *Comm. Bern.* Lucan. 4, 654 vetustas fabula vel historia. Statius: nunc mihi .. vetustas

16 nuptaeque **P**ς: innuptaeque (-bt- **B**: -que *om.* **C**) ω (*e Verg. Georg 4, 476 Aen. 6, 307 al.*) 17 e postibus **C** instant **r** 18 rorant *ex* rot- **f**^{1} 19 saltantum **b** neptunia **B**^{1} *mg. quod quo spectet haereo, nisi forte e schol. v. 43 aliquo modo huc translatum est* 20 galeis *ex* ca- **P**^{1} clusis (cl$\overset{a}{u}$- **L**^{1}) ω: clausis **P** 21 Infer▒re (e) **r** amplex$\overset{v}{o}$que **Q**^{1} collos **C** 22 placeb$\overset{a}{i}$t **Q**^{1} 23 fractaque .. ira **P**: fractaeque (-aque **r**) .. irae ω 25 $\overset{s}{c}$isso **b**^{1} scisso·r edit **P** anchora **P**: anchara **L** 27 madentesque **Dr** turbant ω: turpant **P** 28 tandemque *ex* -tumque **f**^{1} 29. 30 *om.* ω, 31 *om.* **P**, 31. 30 *exhibent* **MD** (*in* **D** *v.* 29 *ima mg. suppl.*) *cf. Hermes 40 (1905) p. 358 sq.* 32 archana **P** 33 duces **C**

Calliope, quas ille manus, quae moverit arma
Gradivus, quantas populis solaverit urbes,
sublata molire lyra: neque enim altior ulli
mens hausto de fonte venit. — rex tristis et aeger
pondere curarum propiorque abeuntibus annis
inter adhortantes vix sponte incedit Adrastus,
contentus ferro cingi latus; arma manipli
pone ferunt, volucris portis auriga sub ipsis
comit equos, et iam inde iugo luctatur Arion.
huic armat Larissa viros, huic celsa Proshymna,
aptior armentis Midea pecorosaque Phlius,
quaeque pavet longa spumantem valle Charadron
Neris, et ingenti turritae mole Cleonae
et Lacedaemonium Thyrea lectura cruorem.
iunguntur memores transmissi ab origine regis,
qui Drepani scopulos et oliviferae Sicyonis
culta serunt, quos pigra vado †strangilla tacenti

50 *Mico* 331 Quid repani . . . olivifere sicamis

35 Calliope ∴ quantas . . . urbes Gradivus ∴ quas . . arma **Q**^{1} Caliope **M** quo moverit *frg. Monast.* moverat **r** 36 solaverit **P**ς: spoliaverit (-at **r**) *ω* 37 mo^{dic}lyre **P**^{r}: meliore **r**^{1}: mollire *Koestlinius 1877 p. 287* enim *om. μ* ^{v}illi **B**^{1} 38 ^{h}austo **b**^{1} tristis et *ω:* tristibus **P** 39 pro⁞iorque **f** 40 adortantes ~~vix~~ (*del.* **Q**^{1}) **Q** vix *ex* vis **P**^{1} adrastis **P** 41 ar⁞ma (v?) **f** 42 volucres **P** 44 larisa **B** prosymnia **B**: prosimne **f** 45 midea **M**^{σ} *Müller*: medie **P**: midae (nu- **C**: mede **M**^{1}**f**) *ω* Phlius *Müller*: philus **P** (*sic Σ cod. Mon.*): philos (phyllos **C**) *ω* 46 charadrō **P** (*cf. 1, 334*): charadon **Q** 47 ingenti *ω*: -tes **P** 48 Thyrea lectura *Weber*: thyre lectura (thyree l^{e}uctura *frg. Monast.*) *ω*: thyla electura **P** 49 regis ς: reges (-e^s **b**^{1}) **P***ω* 50 drepanis **r** 51 Cultas erunt **B** strangilla **P**: stagilla **D**ς: langia *ω* (*e v. 724*): Strongyla *Scriverius* (*sed* y *breve est*); *scholiorum codices* stagilla **M**^{1}**P**^{b}: langilla **P**^{a}: langia **L**: stangia **f**); *certo Langia Argolidis fons ab hoc loco quam maxime aliena*; *an* Stazusa *cl. Paus. 2, 7, 4?* tacenti *ex* -te **P**^{r}: tacente **L**

lambit et anfractu riparum incurvus Elisson.
saevus honos fluvio: Stygias lustrare severis
Eumenidas perhibetur aquis; huc mergere suetae
ora et anhelantes poto Phlegethonte cerastas,
seu Thracum vertere domos, seu tecta Mycenes
impia Cadmeumve larem; fugit ipse natantes
amnis, et innumeris livescunt stagna venenis.
it comes Inoas Ephyre solata querellas
Cenchreaeque manus, vatum qua conscius amnis
Gorgoneo percussus equo, quaque obiacet alto
Isthmos et a terris maria inclinata repellit.
haec manus Adrastum numero ter mille secuti
exultant; pars gaesa manu, pars robora flammis
indurata diu — non unus namque maniplis
mos neque sanguis — habent, teretes pars vertere fundas
adsueti vacuoque diem praecingere gyro.
ipse annis sceptrisque subit venerabilis aeque:
ut possessa diu taurus meat arduus inter

---

59 *Σ* 6, 253 Ephyraeo Corinthio . . ut ait ipse: it . . querelas

---

52 anfractu **ω**: -tum **P** incurvus **ω**: -vis **P** elisson **P**: -os **ω** 53 honor **ν** stygyas **P**: stygio **r**[1] lustravere **Q**[1]: lustra **r** 54 Eumenides (Hu- **BL**) **LQ** h|||ic **Q**: hi|||c **μ** suetae (sue(t)re **ν**) **ω**: sueta **P**: suetas *Baehrens* 55 anelantes **b** poto **P**: tuto (toto **ν**) **ω** phlegetonte **P**: p(h)legetante (ł flegetonte) **Q**[1] cerast(a)es **Q**[1] 56 mycenes ς *Gronovius*: mycenis **Pω** 57 cadmeiumque **r** lavantes *Schrader* 59 It (Et **C**) **ω**: Id **P** inoas **PD**: ionias (*ex* eo- **B**[1]) **ω** 60 Cenchraequ|||e **B** vat(u)am **r** annis **b** 61 quique **μ** alto (m ON) (m *fort.* **P**[1]; ON **P**[1]) **P** 62 Sth mos **P** 63 ad rastrum **b** secuta **C** 64 c(a)esa **Pω**: gesa **MfQ**[2] *frg. Monast.*: ~~eelsa~~ (iesa) **ν**[2] 65 un(i)us **C**[1] maniplis *ex* -os **B**[1]: -plos *frg. Monast.* 66 habent *Müller* (*cf.* **Σ**): habet **PK** *frg. Monast.*: inest **ω** vertere **ω**: vertice **P** teretis pars vertice fundae *Garrodius* 67 vacuoque **Pω**: vacuomque *Garrodius* fidem **Q**[1]: diem **Q**[1] *mg.* 69 possesa **b**

pascua iam laxa cervice et inanibus armis,
dux tamen: haud illum bello adtemptare iuvencis
sunt animi; nam trunca vident de vulnere multo
cornua et ingentes plagarum in pectore nodos.
  proxima longaevo profert Dircaeus Adrasto
signa gener, cui bella favent, cui commodat iras
cuncta cohors: huic et patria de sede volentes
advenere viri, seu quos movet exul et haesit
tristibus aucta fides, seu quis mutare potentis
praecipuum, multi, melior quos causa querenti
conciliat; dederat nec non socer ipse regendas
Aegion Arenenque, et quas Theseia Troezen
addit opes, ne rara movens inglorius iret
agmina, neu raptos patriae sentiret honores.
idem habitus, eadem arma viro, quae debitus hospes
hiberna sub nocte tulit: Teumesius implet
terga leo et gemino lucent hastilia ferro,
aspera volnifico subter latus ense riget Sphinx.

---

77 *et* 82 *Serv.* Aen. 7, 648 nec enim credibile est eum (*Mezentium*) solum fugisse — nam et Statius dicit: vel quos .. fides — aut certe eorum quos Turnus dederat, ut Adrastus Polynici in Statio, qui ait: ne parva movens inglorius arma iret

---

70 laxa *s. l. add.* **P**^{1} 71 haud ·/· bello ·/· illum ·/· adtemptare **P**^{1} bellum (i *s. l.*) **Q**^{1} iuvences (i *s. l.*) **Q**^{1} 74 Proma (xi *s. l.*) **B**^{1} direcus (ł dirceus) **P**^{c}: directus (ceus *s. l.*) **B**^{1} 75 Ligna **r**   gerent (ł favent) **r**: gerit *Bentleius*   bella movens accommodat *Garrodius male*   76 Concta **Q**   choors **b**: chohors **f**   77 esit **M**: actis *Müller*   78 potentes **P**   79 virenti (que *s. l.*) **Q**^{1} 80 regendas *ex* -os **L**^{1} 81 arenenque (aranēque **Q**^{2} *mg.*) **ω**: -emque **P**   teuseia (⊢ **L**^{σ}) **L**   troezen **PDN**: troeze **ω** (*cf. 1, 334*)   82 Addidit **L**   ne **Pω**: nec **M**   ne parva movens inglorius arma iret *Serv.*   84 abitus **B**   85 eumesius (t *s. l.*) **B**^{3}: temeius (u *s. l.*) **f**^{1}: themesius **M**   86 et **PDNς**: *om.* **ω**   astilia **M**: hastalia **r**   87 volnifico (v *s. l.*) **B**^{1}: vuln- **P**   spinx **MfCr**

iam regnum matrisque sinus fidasque sorores
spe votisque tenet, tamen et de turre suprema
attonitam totoque extantem corpore longe
respicit Argian; haec mentem oculosque reducit
coniugis et dulcis avertit pectore Thebas.
 ecce inter medios patriae ciet agmina gentis
fulmineus Tydeus, iam laetus et integer artus,
ut primae strepuere tubae: ceu lubricus alta
anguis humo verni blanda ad spiramina solis
erigitur liber senio et squalentibus annis
exutus laetisque minax interviret herbis:
a miser! agrestum si quis per gramen hianti
obvius et primo fraudaverit ora veneno.
huic quoque praesentes Aetolis urbibus adfert
belli fama viros: sensit scopulosa Pylene
fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron
et praeceps Calydon, et quae Iove provocat Iden
Olenos, Ioniis et fluctibus hospita portu
Chalcis et Herculea turpatus gymnade vultus

---

98 *Mico* 218 Exutus . . herbis 103 **Σ** 8, 483 Pleuron civitas Aetoliae, apud quam cum mortem Meleagri suae sorores deflerant, in aves dicuntur conversae, ut supra: fletaque . . Pleuron

---

89 subprema **B**: supremo^{a} $\mathbf{Q}^1$ 90 Attonitam *ex* -cam $\mathbf{B}^3$: Atonitam **M** extantem$^{ł\ tantem}$ (extentam ν^2) ω: instantem **P**, *unde* intentam *Garrodius* 91 argian ω: -ā **P** (*cf. 1,334*) hec *ex* hic $\mathbf{L}^\sigma$ mentemque ν 92 dulces **P** 93 Ece **M** sciet **L** 94 arcus μ: ausi *Erdmannus* 95 primae **P**: -mum ω stupuere^{re} $\mathbf{P}^c$ alte *Imhofius* 97 sualentibus **Lf**: scalentibus $\mathbf{b}^1$ annis (armis **C**) ω: arvis **P** 98 laetis **M** hebis^{r} $\mathbf{B}^1$ 100 fraudaverit **P**: siccaverit ω ore^{a} $\mathbf{P}^c$ 101 praesentes **P**: praestantes ω *fortasse recte* affert **P** 102 pylene ω: phy- **PMb** 103 Fletaque ω: F etaque **P** 104 preces^{p} $\mathbf{L}^\sigma$ cal~~enis~~^{idon} $\mathbf{P}^r$: malidon **f** idem **M** 105 portu *ex* pa- $\mathbf{f}^1$ Calchis (Co- **M**) **P**ω 106 herculeo **Qf** turpatus ω: turbatus^{p} $\mathbf{P}^1$: turbatus **QCr**

amnis; adhuc imis vix truncam adtollere frontem
ausus aquis glaucoque caput submersus in antro
maeret, anhelantes aegrescunt pulvere ripae.
omnibus aeratae propugnant pectora crates,
pilaque saeva manu, patrius stat casside Mavors.
undique magnanimum pubes delecta coronant
Oeniden, hilarem bello notisque decorum
vulneribus; non ille minis Polynicis et ira
inferior, dubiumque adeo, cui bella gerantur.
  maior at inde novis it Doricus ordo sub armis,
qui ripas, Lyrcie, tuas, tua litora multo
vomere suspendunt, fluviorum ductor Achivum,
Inache — Persea neque enim violentior exit
amnis humo, cum Taurum aut Pliadas hausit aquosas
spumeus et genero tumuit Iove —, quos celer ambit
Asterion Dryopumque trahens Erasinus aristas,
et qui rura domant Epidauria — dexter Iaccho
collis, at Hennaeae Cereri negat —; avia Dyme
mittit opem densasque Pylos Neleia turmas;

---

111 Σ 8, 707 in catalogo dum arma ipsius (*Tydeos*) describeret, ait: patrius . . Mavors 122 *Serv.* Aen. 4, 146 Dryopesque: populi iuxta Parnasum, ut: Dryopumque . . aristas 123 Σ 6, 912 Epidaurus civitas Peloponnesi (-nensis *codd.*), . . ut ipse in catalogo: qui rura domant Epidauria

---

107 vịa^{x} P^1 aṭtollere^{d} P^1 108 Ausịs^{v} B^1: Ausis r glaucoque *ex* cl- P^1 109 anelantes^{h} b^1 aegrescunt P*ω*: arescunt *Menkius trita pro poeticis substituens* 110 pectora *ω*: -re P crates *ω*: gra- P 112 pudes r delecta *ω*: di- P coronant P: -nat *ω* 114 pollinicis f: poliçịnis$^{n.c}$ Q^1 117 lycie^{r} P^1: licie M littera L 118 dọctor^{u} r 120 tauro^{v} f^1 pliadus *ω*: pleidas P ausit^{h} P^c 122 dyopum *vel* dropum b thrahens Q^1 aristịs^{a} Q^1 123 domant *ex* -ont Q^1 124 at *ω*: et P henneae P: heneae L^1: heneaeth b^1: ethneae (hae- B: etheneae *μ*: Ehtneae L^{g} *mg.*) *ω*, *cf. Ach.* *1, 825* 125 Mitit b opem PNς: opes *ω* ne legia L

nondum nota Pylos iuvenisque aetate secunda
Nestor, et ire tamen peritura in castra negavit.
hos agitat pulchraeque docet virtutis amorem
arduus Hippomedon; capiti tremit aerea cassis
ter niveum scandente iuba, latus omne sub armis
ferrea suta terunt, umeros ac pectora late
flammeus orbis habet, perfectaque vivit in auro
nox Danai: sontes Furiarum lampade nigra
quinquaginta ardent thalami; pater ipse cruentis
in foribus laudatque nefas atque inspicit enses.
illum Palladia sonipes Nemeaeus ab arce
devehit arma pavens umbraque inmane volanti
implet agros longoque attollit pulvere campum.
non aliter silvas umeris et utroque refringens
pectore montano duplex Hylaeus ab antro
praecipitat — pavet Ossa — vias, pecudesque feraeque
procubuere metu; non ipsis fratribus horror
afuit, ingenti donec Peneia saltu
stagna subit magnumque obiectus detinet amnem.
quis numerum ferri gentisque et robora dictu

---

139 Σ 5, 707 geminus Triton: duobus corporibus factus, ut: utroque .. ab antro

---

126 -que *om.* L 126. 127 *spurios censet Müller, sed cf. cum alios locos tum 5, 643 et 7, 340* 128 $\overset{Q}{\text{Vos}}$ μ^1 129 $\text{Ar}\overset{v}{\text{duis}}$ B^1 hipomedon b: yppo- (ypo- f) Mf aurea ν 130 $\text{P}\overset{t}{\text{er}}$ Q^1 nivea N ≡candente (s-) μ *Heinsius* 131 scuta f $\overset{g}{\text{terunt}}$ M^{1}L^2: premunt D et r 132 Flameus b 135 laudatque P ω (*i. commendat*): suadetque *Garrodius inutiliter* ensem C 136 $\text{pall}\overset{i}{\text{a}}\text{da}$ P^r: palladia *ex* -o Q^1 nemeeus P: nemeus ω 137 $\overset{im}{\text{mane}}$ B^1: mane L: inane r 139 humeris P 140 Pectorae Q^1 141 *recte distinxit Müller 1863 p. 196* vias P ω: iubas f (*natus error ex hac lectione* $\overset{u}{\text{bias}}$) 143 Abfuit LMf μ: $\text{AD}\overset{e}{\text{ffuit}}$ (*i.* Def- *ex* Aff-) Q^1 145 ferri P ω: belli *Wilkinsius* dictu PSDNς: dicto ω

aequarit mortale sonans? suus excit in arma
antiquam Tiryntha deus; non fortibus illa
infecunda viris famaque inmanis alumni
degenerat, sed lapsa situ fortuna, neque addunt
robur opes; rarus vacuis habitator in arvis
monstrat Cyclopum ductas sudoribus arces.
dat tamen haec iuvenum tercentum pectora, vulgus
innumerum bello, quibus haud ammenta nec enses
triste micant: flavae capiti tergoque leonum
exuviae gentilis honos, et pineus armat
stipes, inexhaustis artantur tela pharetris.
Herculeum paeana canunt, vastataque monstris
omnia; frondosa longum deus audit ab Oeta.
dat Nemea comites, et quas in proelia vires
sacra Cleonaei cogunt vineta Molorchi.
gloria nota casae, foribus simulata salignis
hospitis arma dei, parvoque ostenditur arvo,

---

146 *Prisc.* GL II 476, 18 invenitur tamen hoc idem (*cieo*) etiam in io desinens quartae coniugationis, unde Statius in IIII (III *var.*) Thebaidos: suus excit .. deus 154 *Σ* 11, 45 pubes Tirynthia . . . stipitibus et sagittis dimicabant, non gladiis, ut in catalogo: flavae (-ent *Lind.*: flant **P**^{b}) .. pharetris

---

147 tirynta **P**: tirynthda **M**$^\sigma$ 148 famaque **P**ω: famamque *Heinsius*: famamve *Marklandus ad Silv. 3, 1, 160*: famaeve *Baehrens*; *sed ablativus recte se habet. in degenerando enim inest separatio quaedam* alymni **P** 149 Deg^{ener}ant ν^2 lapsa ω: elapsa **P** neque **P**ω: nec *Müller* 150 Róbur *ex* Rubor **M**^{1} habit^{at}or **M**^{1} 151 cliclopum **b** 152 ter^{c}gentum **P**^{1}: ter·c· **M** 153 haut **P**: aut **BL**^{1}**b**^{1} 154 *om.* **b**^{1}, *inter versus add.* **b**^{2} flavae **P**: -vent ω 155 arma **BMCrf**ν 157 *om.* ν^1, *add.* ν^2 Erculeum **B** 159 et quas (*scil.*: *et adsunt quas*) **P**ω: aequasque *Sandstroemius 1878 p. 45* 160 cl^{e}onei **B**^{1} dumeta *Friesemannus* 161—164 *spurios censet Müller, non recte* 161 signata **f**: $^{ł\,simulata}$signata **M**$^\sigma$ 162 ar^{vo}▒ **M**^{1}: auro **CD** (*in ras.*)

robur ubi et laxos qua reclinaverit arcus
ilice, qua cubiti sedeant vestigia terra.
   at pedes et toto despectans vertice bellum
quattuor indomitis Capaneus erepta iuvencis
terga superque rigens iniectu molis aenae
versat onus; squalet triplici ramosa corona
Hydra recens obitu: pars anguibus aspera vivis
argento caelata micat, pars arte reposta
conditur et fulvo moriens nigrescit in auro;
circum amnis torpens et ferro caerula Lerna.
at laterum tractus spatiosaque pectora servat
nexilis innumero Chalybum subtemine thorax,
horrendum, non matris, opus; galeaeque corusca
prominet arce gigans; atque uni missilis illi
cuspide praefixa stat frondibus orba cupressus.
huic parere dati, quos fertilis Amphigenia
planaque Messene montosaque nutrit Ithome,

---

165 *Serv.* Aen. 7, 784 et toto vertice supra est: Statius: et toto despectat corpore bellum. *ibid.* 11, 683 Statius de

---

163 Robur *ex* Rubor **M**[1] ▒ibi (*fuit* ubi) **Q** qua **ω**: quae **P** ar▒cus **B**: arcus ɫ artus **Q**[2]: artus **MfC** 165 Et **μ** ex *ex* et **L**[2]: e r tota **L** 166 Quaṭtuor **P** 167 mo▒lis (l) **Q** aenae *ex* -nea **P** 168 honus **b** sualet **Lf**: sc(u)alet **b**[2] 169 pars arte reperta **N** 170 mica▒t (n) **f** pars anguibus aspera vivis **N** reposta *Deiter 1898 p. 344*: reperta **Pω**: retorta *vel* repressa *Müller*: recurva *Lachmannus*: resecta *Baehrens* pars altera reptans *Garrodius* 171 ṿulg(f, v)o **Q**[1] nigrescit **P**: ignescit **ω**: pallescit (ɫ ignescit) **r**: pallescit **D** 172 et **Pω**: in **b** lernọ (a) **Q**[1] 173 Ad **P**: Et **C** 174 calybum **P** subt(eg)mine **b**[1]: subte▒mine **μ**: subtegmine **ν** 175 horrendus *Baehrens* galeaeque coruscae . . . arte *Müller ad 5, 510*: galeaque corusca . . arte *Bentleius* 176 arce (*ex* arte **B**[1]) **Pω**: arṭ(c)e **ν**[2]: arte **Lf** *vulgo, sed* arce *recte defendit Garrodius* gigans **P**: -as **ω** illi *ex* -a **M**[1] 177 Cuspide *ex* -da **C**[1] 179 mesene **MfCrμ**: messene **L**[σ] montosaque **P**: montanaque **ω** ithome **BDN**: ithyme **P**: ithone **ω**

quos Thryon et summis ingestum montibus Aepy,
quos Helos et Pteleon, Getico quos flebile vati
Dorion; hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas mutos Thamyris damnatus in annos
ore simul citharaque — quis obvia numina temnat? —
conticuit praeceps, qui non certamina Phoebi
nosset et inlustres Satyro pendente Celaenas.
  iamque et fatidici mens expugnata fatiscit
auguris; ille quidem casus et dira videbat
signa, sed ipsa manu cunctanti iniecerat arma
Atropos obrueratque deum, nec coniugis absunt
insidiae, vetitoque domus iam fulgurat auro.
hoc aurum vati fata exitiale monebant
Argolico; scit et ipsa — nefas! —, sed perfida coniunx
dona viro mutare velit, spoliisque potentis

Capaneo: et totum transcendit corpore bellum (*in codicibus Caroliruhensi et Sangallensi genuina Stati verba revocata sunt*)
180 *Prisc.* GL II 283, 12 inveniuntur etiam in y desinentia graeca hoc Dory, hoc Aepy nomina civitatium. Statius in IIII Thebaidos: quos Thrion . . . Aepy *cf. ibid.* 195, 16 et summis . . Aepy 186 Σ 2, 666 Marsyas enim Celaenaeus fuit, ut ipse infra: et illustres . . Celaenae

---

180 thyron **L**: tyon **Q**: $\overset{yr}{\text{trion}}$ ν^1 aephi **P**: epym **S** 181 helos **PDN**: elos ω pteleon **PDNQ**: $\overset{t}{\text{pheleon}}$ $\mathbf{B}^1$: phteleon **Lb**: pheleon **MC**ν: $\overset{e}{\text{phenon}}$ $\mathbf{f}^1$ quos ω: quod **P** 182 $\overset{c}{\text{dotas}}$ $\mathbf{b}^2$ 183 Aonias **Crb** mutos *Gronovius*: multos ($\overset{o}{\text{-}\equiv}$s *ex* -as μ^1: $\overset{o}{\text{-as}}$ $\mathbf{Q}^1$) 184 $\overset{a}{\text{temnet}}$ $\mathbf{Q}^1$: $\overset{n}{\text{temptat}}$ ν^2 185 quis $\mathbf{r}^1\mathbf{b}^2$ $\overset{e}{\text{phobi}}$ $\mathbf{Q}^1$ 187 et **P**ω: ut μ $\overset{i}{\text{fatescit}}$ $\mathbf{P}^1$
189 ipsa *ex* -e $\mathbf{Q}^1$ 191 domos **C** 193 ipsa ς *Sandstroemius 1878 p. 45*: ipse **P**ω, *cf. Apollod. bibl. 3, 61* *Ἀμφιάραος μὲν οὖν ἀπεῖπεν Ἐριφύλῃ παρὰ Πολυνείκους δῶρα λαμβάνειν. Eriphylam quid Amphiarao immineret scivisse, ex epitheto* perfida *cognoscitur interpunctionem correxit Müller* coniun≡x (c) **B**

inminet Argiae raptoque excellere cultu.
illa libens — nam regum animos et pondera belli
hac nutare videt, pariter si providus heros
militet — ipsa sacros gremio Polynicis amati
exuerat cultus haut maesta atque insuper addit:
'non haec apta mihi nitidis ornatibus' inquit,
'tempora, nec miserae placeant insignia formae
te sine: sat dubium coetu solante timorem
fallere et incultos aris adverrere crines.
scilicet — infandum! —, cum tu cludare minanti
casside ferratusque sones, ego divitis aurum
Harmoniae dotale geram? dabit aptior ista
fors deus, Argolicasque habitu praestabo maritas,
cum regis coniunx, cum te mihi sospite templa
votivis inplenda choris; nunc induat illa,
quae petit et bellante potest gaudere marito.'
sic Eriphylaeos aurum fatale penates

---

202 *Eutych.* GL V 482, 7 verro, verris. Statius Thebaidos libro IIII: sat dubium . . adverrere crines

---

195 Imminet **P**: Iminet **b**: Invidet **v**[1] *in ras.* (*cerno* Inmi-) v cultọ **Q**[1] 197 Haec (-a- *postea add.* **Q**[1]) **Q** nutare *ex* mutare **Qf** adnutare *Kochius 1865 p. 6* videṇt **C** si **P**ω: ni si **B**[1]: ▒ (si) **Q**: nisi **Q**[1] *mg.*: ni **D** 198 pollinicis **L** amici **f** 199 Exuerat cultus **P**: Deposuit nexus Exuerat cultus **D**[1]: Deposuit nexus ω aut **B**[1] 202 ·s· est sat **f**[1] ṭuṃuḷṭụ timorem **Q**[1] 203 adverrere *Eutyches*: ł advert a▒verrere (-d-) **N**: advertere (ostendere **v**[2]) ω: avertere **P**: te averre **D**; *cf. Liv. 26, 9, 7 Paneg. 3, 10 p. 110, 6* 204 infandum **P**: heu (heus **S**) superi ω cludare (clau- **S**[2]**L**[1]**D** *in ras.*: *ex* clu- μ[1]) ω: claudere **PND**[1](?)**C**: cludere **v** minanti **P**: minati **L**[1]: minaci **L**[c]ω 206 Armoniae **P**: Harmio n▒ae **B**[1]: e Hạrmonae **L**[σ]: Hermionae (Aer- b) ω ista ω: isto **P** *Imhofius* 207 abitu **B** 209 implenda **P**

inrupit scelerumque ingentia semina movit,
et grave Tisiphone risit gavisa futuris.
  Taenariis hic celsus equis, quam dispare coetu
Cyllarus ignaro generarat Castore prolem,
quassat humum; vatem cultu Parnassia monstrant
vellera: frondenti crinitur cassis oliva,
albaque puniceas interplicat infula cristas.
arma simul pressasque iugo moderatur habenas.
hinc atque inde morae iaculis, et ferrea curru
silva tremit; procul ipse gravi metuendus in hasta
eminet et clipeo victum Pythona coruscat.
huius Apollineae currum comitantur Amyclae,
quos Helos et dubiis Malea vitata carinis
plaudentique habiles Caryae resonare Dianae,
quos Pharis volucrumque parens Cythereia Messe,

---

218 *Serv.* Aen. 10, 539 ut vestes albas accipiamus, quae sunt sacerdotibus congruae, sicut Statius de Amphiarao dicit (albaque puniceas [purpureas] ... cristis *add. Dresd.*) 224 *et* 237 Σ 8, 364

---

212 Irripit [v] $\mathbf{b}^1$ 213 grave *ex* gua- $\mathbf{M}^1$ tesiphone **Cf** futuri ς *Bentleius* 214 Taenariis **P**: -eis ω 215 ignaro *ex* -ora $\mathbf{L}^\sigma$ 216 parnasia **P** monstrat [n] $\mathbf{P}^1\mathbf{Q}^1$ 217 crinitur ω: -tus **P** casis **r** 218 punice⦀as (r) **B**: puniceis [a] $\mathbf{Q}^1$ intemplicat [r] $\mathbf{L}^\sigma$ 219 pressasque **PB**: prensasque ω: prensasque *ex* press- $\mathbf{M}^1\mathbf{L}^\sigma$: pressasque *ex* prens- $\mathbf{f}^1$ prensisque iugum . . habenis *Marklandus ad Silv. 1, 2, 45* moderatur *ex* -us $\mathbf{Q}^1$ abenas **B**: abhenas **r** 220 morae *ex* -ra $\mathbf{P}^r$ 222 victum clipeo **Mf** 223 comitatur **C** amyclae *ex* -ctae $\mathbf{P}^r$ *vel* $\mathbf{P}^c$: ami℘cle $\mathbf{L}^\sigma$ 224 Quo **N** Helos *Kohlmannus sec. Hom. B 584*: pylos (-es $\mathbf{L}^\sigma$**Cr**ν) **P**$\omega\Sigma$ *quae lectio cum v. 125 pugnat. Helos autem Laconicum differt ab eo oppido quod v. 181 commemoratum est* vi⦀tata (t) **Mf**: ditata Σ 8, 365 *quod probat Burmannus*: dotata *Menkius* 226 phasis [ł pharis] **r** messen **C** *post* 226 *lacunam statuit Lachmannus, sed verbum facile suppletur*

Taygetique phalanx et oloriferi Eurotae
dura manus. deus ipse viros in pulvere crudo
Arcas alit nudaeque modos virtutis et iras
ingenerat; vigor inde animis et mortis honorae
dulce sacrum. gaudent natorum fata parentes
hortanturque mori, deflent iamque omnis ephebum
turba, coronato contenta est funere mater.
frena tenent duplexque inserto missile nodo,
exerti ingentis umeros, chlamys horrida pendet,
et cono Ledaeus apex. non hi tibi solum,
Amphiarae, merent: auget resupina maniplos
Elis, depressae populus subit incola Pisae,
qui te, flave, natant terris, Alphee, Sicanis
advena, tam longo non umquam infecte profundo.
curribus innumeris late putria arva lacessunt
et bellis armenta domant: ea gloria genti
infando de more et fractis durat ab usque
axibus Oenomai; strident spumantia morsu
vincula, et effossas niveus rigat imber harenas.

Eleae: in catalogo horum meminit, qui ad auxilia venerant Amphiarai (237): auget . . Elis (edis M: eolis *vel sim. reliqui*) et Pyliorum meminit (224): quos Pylos . . ditata carinis

---

227 Targetique **L**^{1}: Tagetique **C** et oloriferi **PK**: et oloriferi (ivi *supra*) **Q**^{1}: et oloriferique (†olivifere *supra*) **r**: et oliviferi (*ex* olori- **B**^{1}) **ω**: et oloriferique (-que *add.* **L**$^{\sigma}$) **LDMfgμν**: et oliviferae **N**: oliviferique **C** 228 impulvere **fb** 230 animus **f**: viris **b**^{2} *in lacuna paulo ampliore* honorae *in ras.* **Q**^{1} 231 na-u-torum **L**$^{\sigma}$ parentis (e *supra*) **L**$^{\sigma}$ 232 deflent **P**: deflet **ω**: deflet (n *supra*) (n *litura del.*) **Q** ephoebum **P** 233 coronata **b** 235 Exorti **L** ingentes humeros clamys **P** 236 biti (bi *supra*) **P**^{1} 238 depressae (-o, e *supra*, **Q**^{1}) **ω**: deprensae **P** pse (i *supra*) **P**^{1} 239 se (te *supra*) **ν**^{1} te ▒ flave **B** 240 non umquam **Pω**: numquam **N** in▒lecte **b** profunto **B** 241 putria (*om.* **f**^{1}) **ω**: patria **P** arva *ex* -e **B**^{1} 242 genti *ex* -te **L** 243 abasque **C** 244 A▒xibus **f** strident **ω**: -ens **P** 245 effosas (s *supra*) **M**^{1} hymber **Bb**

tu quoque Parrhasias ignara matre catervas —
a rudis annorum, tantum nova gloria suadet! —,
Parthenopaee, rapis; saltus tunc forte remotos
torva parens — neque enim haec iuveni foret ire potestas —
pacabat cornu gelidique aversa Lycaei.
pulchrior haud ulli triste ad discrimen ituro
vultus et egregiae tanta indulgentia formae;
nec desunt animi, veniat modo fortior aetas.
quas non ille duces nemorum fluviisque dicata
numina, quas magno non abstulit igne Napaeas?
ipsam, Maenalia puerum cum vidit in umbra,
Dianam, tenero signantem gramina passu,
ignovisse ferunt comiti, Dictaeaque tela
ipsam et Amyclaeas umeris aptasse pharetras.
prosilit audaci Martis percussus amore,
arma, tubas audire calens et pulvere belli
flaventem sordere comam captoque referri
hostis equo: taedet nemorum, titulumque nocentem
sanguinis humani pudor est nescire sagittas.
igneus ante omnis auro micat, igneus ostro,
undantemque sinum nodis inrugat Hiberis,
inbelli parma pictus Calydonia matris

---

246 parasias f   247 annorum Pω: armorum Dς *Heinsius*; *sed genetivus* annorum *causam indicat, cur rudis sit. hinc intellegitur* nova gloria tant▒ne (ł tantum) L^{σ} 248 saltus tunc (tum ω) Pω: lucos tum C: tum saltus μν   249 enim *om.* P haec Pω: hac ς *Barthius perperam*   250 a(d)versa L^1: adversa Nμ   251 Pulcrior P   aut B^1 ulli ω: illi P   252 indulgenti(a)e P^c 253 venia f   254 nemorum *ex* -me- M^1 fluvisque f   locata *Baehrens*   255 abstulit Pς: impulit ω   255. 256 *iustum ordinem* ν^2 *invertit praescriptis* b a   258 comite Q   259 humeris P   260 auda(i)ti Q^2: audacis Cfrb   perculsus *ex* -cuss- B^1: perculsus Lb   261 tubasque C   263 Nostis C   aequo PB   264 est Pω: et *Marklandus ad Silv. 3, 2, 83*   sagitt(a)is M^{σ}: -ttis fν   265 omnes P   micat et μ   266 hiber▒is (n) M

proelia; trux laeva sonat arcus, et aspera plumis
terga Cydonea corytos harundine pulsat
electro pallens et iaspide clarus Eoa.
cornipedem trepidos suetum praevertere cervos,
velatum geminae deiectu lyncis et arma
mirantem gravioris eri, sublimis agebat,
dulce rubens viridique genas spectabilis aevo.
Arcades huic veteres astris lunaque priores,
agmina fida datis, nemorum quos stirpe rigenti
fama satos, cum prima pedum vestigia tellus
admirata tulit; nondum arva domusque nec urbes
conubiisve modus; quercus laurique ferebant
cruda puerperia, ac populos umbrosa creavit
fraxinus, et feta viridis puer excidit orno.
hi lucis stupuisse vices noctisque feruntur
nubila et occiduum longe Titana secuti
desperasse diem. rarescunt alta colonis
Maenala, Parthenium fugitur nemus, agmina bello
Rhipeque et Stratie ventosaque donat Enispe.

---

269 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 119 corytos ·i· theca arcuum quod in Statio Thebaidos reperies (*cf. praeter hunc locum 7, 660. 9, 730. 12, 527*) 275 *Serv.* Georg. 2, 342 *Arcadas proselenos* Cicero in Fundaniana commemorat et Statius qui ait: Arcades astris lunaque priores (*cf. Brev. exp. ibid.*) *cf.* Aen. 8, 352

---

268 sonat (*in* f *scribi coeptum* t- *vel* i-) ω: tonat **PD** et *om.* **N** *spatio relicto* 269 corytos *ex* go- **B**: gorytos (r, u *superscr.*) **Q**[2]: corinthus r 270 *om.* **BMLNCfr**[1]μ[1]ν 271 Cornipedē (-es) **Q**[1] tripedos **L** 273 graviora geri μ 274 Dulgo (ce *superscr.*) **Q**[1] viridi que (-s-) **P** 276 quos ς **Q**[2]: vos **P**ω rigenti ω (*cf. Verg. Aen. 8, 315*): regenti (c *superscr.*) **P**[1]: ł virenti **P**[1] *mg.* 277 pedum *ex* petum **B**[1] 278 arva (m *superscr.*) ν[1] 279 Conubiisve **PD**ς: -que ω 280 Cruda ω: Crura **P** 281 viridis *ex* viribus **Q**[1] 283 occiduum *ex* -am **B**[1] 284 Disperasse **L** 285 pathenium **BQ**[1] 286 Ripaeque **P** stratie **PDN**: strati ω donatempse (donat enispe *superscr.*) **Q**[1]

non Tegea, non ipsa deo vacat alite felix
Cyllene templumque Aleae nemorale Minervae
et rapidus Clitor et qui tibi, Pythie, Ladon
paene socer, candensque iugis Lampia nivosis
et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.
venit et Idaeis ululatibus aemulus Azan
Parrhasiique duces, et quae risistis, Amores,
grata pharetrato Nonacria rura Tonanti,
dives et Orchomenos pecorum et Cynosura ferarum.
Aepytios idem ardor agros Psophidaque celsam
vastat et Herculeo vulgatos robore montes
monstriferumque Erymanthon et aerisonum Stymphalon.
Arcades hi, gens una viris, sed dissona cultu
scinditur: hi Paphias myrtos a stirpe recurvant

---

287 *Prisc.* GL II 202, 16 omnis nominativus in a desinens corripitur .... in paucis tamen inveniuntur poetae Graecis servasse morem Graecum. Statius in quarto Thebaidos: non Tegea .. vacat (*var.* vo-) ... Cyllene *cf. ad* 5, 44 290 *Prisc.* GL II 40, 17 (ει = i) Lampia Statius in IV: ca⟨n⟩densque iugis Lampia nivosis 298 *Serv.* Aen. 3, 240 Hercules enim in monte Arcadiae Stymphalo vicit Stymphalidas, ut Statius: et aerisonum Stymphalon

---

287 tegea **PQ**^{2} *Prisc.*: tegee *ω* 288 aleae **P**: alt(a)e *ω* ł m nemorale **Q**^{1} 289 clitor **P**: -on *ω* 290 s(o)acer **b** condensque **r** limpia **f** 291 (p)feneos **P**^{1}: peneos (-eios **L**) *ω* stigia **f** 292 et i- *in ras.* **Q**^{1} ululatibus *ex* -ut- **M**^{1} axan **C** 294 pharetrato *ex* -ta **B**^{1} nonagria (-(c)gria **b**^{1}) **P***ω* 295 orchomenos **PDN**(?): archemenos (-ros **C**) *ω* et *om.* **L** scino sura **L** 296 Aepytios (Et phitios **D**) *ω*: Aegyptios **P**: Aegytios *Dübner*; *sed ab oppido Αἴγυς non recte formatur Αἰγύτιος. Aepytii autem agri ab Aepyto recte dicuntur, cf.* 9, 847 psophidaque **PDς**: sophidaque (sco- **L**) *ω* celsam *ex* -se **B**^{1} 297 (v)fulgatos **Q**^{2} 298 erimanthon **P**: erimanthen **f** et *om.* **N** *spatio relicto* aerisonu stimphalō **P** (*cf.* 1, 334) stimp(h)allon *ex* -lion **B**^{1}: stimpha(l)lion **Q**^{2}: stimphallon **b**: (st)simphallon **L**$^{\sigma}$: stymphallum **r** 300 paphicas **Mf** (re)cur(v)ant (-ab-; *in exemplari igitur* recurbant) **P**^{1}

et pastorali meditantur proelia trunco,
his arcus, his tela sudes, his cassida crines
integit, Arcadii morem tenet ille galeri,
ille Lycaoniae rictu caput asperat ursae.
hos belli coetus iurataque pectora Marti
milite vicinae nullo iuvere Mycenae;
funereae tunc namque dapes mediique recursus
solis, et hic alii miscebant proelia fratres.
iamque Atalantaeas implerat nuntius aures,
ire ducem bello totamque inpellere natum
Arcadiam: tremuere gradus, elapsaque iuxta
tela; fugit silvas pernicior alite vento
saxa per et plenis obstantia flumina ripis,
qualis erat, correpta sinus et vertice flavum
crinem sparsa noto; raptis velut aspera natis
praedatoris equi sequitur vestigia tigris.
ut stetit adversisque impegit pectora frenis
— ille ad humum pallens —: ‘unde haec furibunda cupido,
nate, tibi? teneroque unde inproba pectore virtus?
tu bellis aptare viros, tu pondera ferre

302 hi⁞c cassida (-s) **B**: hic c. **QMf**μ casside **LDNQfbr** 303 arcadi **P** 304 ly(c)aoniae **M**[1] aspera(t) ursae **B** 306 vicinoe **L** 307 tum **DN** ~~dies~~ (dapes) **f**[2] 308—343 *in* **P** *manu recenti s. XIII suppleti* 308 ad (hic) **M**[1] alii (*ex* alti **B**[1]) (**P**) **BMQDN**: alti ω 309 athlanteam **r**$\mu\nu$ impleret **C** 310 impellere (**P**): impl(el)ere **L**$^{\sigma}$ 311 Arcardiam **b** mixta **f** 312 per silvas **C** (.. *mg.*) perniciora lite **B** 314 collecta *Heinsius* cuius (sinus) ν^2 315 notho (**P**) velud **r** 316 equi⁞ **Q** 317 Et μ -que *om.* **r** f⁞enis (r) **Q**[1] 318 Illa *ex* Illę **Q**[2] Ille ad humum pallens (*sc. oculos deiecit*): illa ad eum pallens *Peyraredus, quasi Atalante palleret post cursum citatum. accedit quod* illa *non intellegitur. celeritati actionis quam maxime accommodata sermonis brevitas* furibundo μ 319 tenero unde **Mf**: tenero unde est **r**: tenero aut **C**: in tenero unde (-que ν^2 *s. l.*) $\mu\nu$ inpraba (o) **Q**[1]: improba (**P**) 320 tu pondera .... utinam vires *om.* ν^1, *add.* ν^2 *mg.* ferre *ex* -o **B**[1]

Martis et ensiferas inter potes ire catervas?
quamquam utinam vires! nuper te pallida vidi,
dum premis obnixo venabula comminus apro,
poplite succiduo resupinum ac paene ruentem,
et ni curvato torsissem spicula cornu,
nunc ubi bella tibi? nil te mea tela iuvabunt
nec teretes arcus, maculis nec discolor atris
hic, cui fidis, equus; magnis conatibus instas,
vix Dryadum thalamis Erymanthiadumque furori
Nympharum mature puer. sunt omina veri:
mirabar, cur templa mihi tremuisse Dianae
nuper et inferior vultu dea visa, sacrisque
exuviae cecidere tholis; hoc segnior arcus
difficilesque manus et nullo in vulnere certae.
expecta, dum maior honos, dum firmius aevum,
dum roseis venit umbra genis vultusque recedunt
ore mei; tunc bella tibi ferrumque, quod ardes,
ipsa dabo, et nullo matris revocabere fletu.
nunc refer arma domum! vos autem hunc ire sinetis,
Arcades, o saxis nimirum et robore nati!'
plura cupit; fusi circum natusque ducesque
solantur minuuntque metus, et iam horrida clangunt
signa tubae. nequit illa pio dimittere natum
complexu multumque duci commendat Adrasto.

---

322 vires (**P**) ω (*scil. essent*): quires *Postgatius*: ! vidi ς *Bentleius* 323 obnixus **MC**: obnixo (ɫxus) ν apro *ex* apto **C**[1]: armo (ɫapro) **r** 324 Poblite **MC** subcciduo (**P**[1]) pone **Bb** 326 Num (unc) **Q**[1] nihil te **BL**: nihil te **Q**[1]: nichil *ex* nil **b**[2] (hic *s. l.* **b**[2]): nec (ɫnil te) ν[2] 327 Nil **N** 328 fidus **C** 330 omina ω: omnia (**P**) **C**μ**r**: omnia (omina) **M**[σ] veri **BMf**: veri (a) **Q**[1]: vera (**P**) ω 332 infesto μ cultu **N** saerisque **B** 333 cetidere **Q** toris **f** 335 dum firmius (**P**) **D**: et (et in- **L**[1]) **f**ω *fortasse recte* 337 ferumque (r) (**P**) 339 in (autem) ν[2] 340 Archades (**P**): Arcardes **b** 341 ci(r)cum (**P**) 342 plangunt **f** 343 pio *om.* **b**[1]: diu *s. l.* **b**[2]

at parte ex alia Cadmi Mavortia plebes,
maesta ducis furiis nec molli territa fama,
quando his vulgatum descendere viribus Argos,
tardius illa quidem regis causaeque pudore,
verum bella movet. nulli destringere ferrum
impetus, aut umeros clipeo clausisse paterno
dulce nec alipedum iuga comere, qualia belli
gaudia; deiecti trepidas sine mente, sine ira
promisere manus; hic aegra in sorte parentem
unanimum, hic dulces primaevae coniugis annos
ingemit, et gremio miseros adcrescere natos.
bellator nulli caluit deus; ipsa vetusto
moenia lapsa situ magnaeque Amphionis arces
iam fessum senio nudant latus, et fide sacra
aequatos caelo surdum atque ignobile muros
firmat opus. tamen et Boeotis urbibus ultrix
adspirat ferri rabies, nec regis iniqui
subsidio, quantum socia pro gente moventur.
ille velut pecoris lupus expugnator opimi,
pectora tabenti sanie gravis hirtaque saetis
ora cruentata deformis hiantia lana,
decedit stabulis huc illuc turbida versans
lumina, si duri comperta clade sequantur
pastores, magnique fugit non inscius ausi.

---

345 Et *μ* ex^{a}ilia Q^1 ma^{v}fortia L^1 347 *ante* 346 **BSL** b*μν*, *post* 348 **C** 346 nec molli *i. et immiti* fama≣ **B** 347 his *ω*: hic **P** 349 distringere (*ex* destr- b^2: *ex* distinguere *ν*^{2}) b*μν* 350 clausisse **P***ω*: plausisse *Schrader ab-usus 7, 134* 352 deiecti *ω*: disiecti **P** 354 du^{l}ces b^2 pri^{me}vaevae **Q**^{1} 355 miseros^{b} gremio^{a} *ν*^{1} adcressere **L** 356 ve≣tusto **B** 357 lapsa **PD**ς: lassa *ω*: laxa *Lachmannus* 360 boeotiis **P**: boetis *ω*: boeciis (-eci- *in ras.*) **Q** 361 reg^{i}es **Q**^{1} 362 movetur **C***μν*rb 363 lupus pecoris velut **C** vel^{u}it *Λ*^{1} 364 tabenti *ω*: -tis **P** 365 hiłantia **L**^{σ} 367 sequantur *ex* -untur *ν*^{2} 368 fu^{g}it **B**^{1}*Λ*^{σ} (fugit **B**^{1}*mg.*): fu^{git}it **L**^{σ}

adcumulat crebros turbatrix Fama pavores:
hic iam dispersos errare Asopide ripa
Lernaeos equites; hic te, bacchate Cithaeron,
ille rapi Teumeson ait noctisque per umbras
nuntiat excubiis vigiles arsisse Plataeas.
nam Tyrios sudare lares et sanguine Dircen
inriguam fetusque novos iterumque locutam
Sphinga petris, cui non et scire licentia passim
et vidisse fuit? novus his super anxia turbat
corda metus: sparsis subito correpta canistris
silvestris regina chori decurrit in aequum
vertice ab Ogygio trifidamque huc tristis et illuc
lumine sanguineo pinum disiectat et ardens
erectam attonitis inplet clamoribus urbem:
'omnipotens Nysaee pater, cui gentis avitae
pridem lapsus amor, tu nunc horrente sub arcto
bellica ferrato rapidus quatis Ismara thyrso
pampineumque iubes nemus inreptare Lycurgo,
aut tumidum Gangen aut claustra novissima Rubrae
Tethyos Eoasque domos flagrante triumpho
perfuris, aut Hermi de fontibus aureus exis:

---

373 **Σ** 7, 332 Plataeas: Boeotiae civitas, ut supra: nuntiat . . Plataeas

---

370 errat aso[d]pide (s) f asopite Q^2 372 rapiteu[t]messon P^c 374 Iam (*ex* N- **Q**) **QLD**: Nam [Hic] f^1 sudare **P**ς: sudasse *ω* 376 Spinga f et **PD**μς: est *ω* 377 his *om.* P^1L^1, *add.* $P^\sigma L^\sigma$ 378 subito (~~pero~~ [bito] M^σ) *ω*: -ta **P** canistris **B** 380 oggygio **C** huc *s. l.* M^σ 381 disiectat **P** (*item* **Σ** *Bamb.*): de- *ω* 382 implet **P** 384 [n]tunc (*om.* tu) L^σ 385 Bellifica f[e]i[r]mato P^r hismara b: his smara Λ

386 *extat in* **PDN**: *om.* *ω* (*add.* B^3) iu[bes]vet P^r lycargo **P**: lichardo **D** 387 Au[t]tumidum gangem Λ^σ novissimae b rubae f 388 [eo]asque eo ν^1 389 Perfuri[s]t Q^1 h[e]irmi Q^1

at tua progenies, positis gentilibus armis
quae tibi festa litant, bellum lacrimasque metumque
cognatumque nefas, iniusti munera regni,
pendimus. aeternis potius me, Bacche, pruinis
trans et Amazoniis ululatum Caucason armis
siste ferens, quam monstra ducum stirpemque profanam
eloquar. en urges; alium tibi, Bacche, furorem
iuravi: similes video concurrere tauros;
idem ambobus honos unusque ab origine sanguis;
ardua conlatis obnixi cornua miscent
frontibus alternaque truces moriuntur in ira.
tu peior, tu cede, nocens qui solus avita
gramina communemque petis defendere montem.
a miseri morum! bellastis sanguine tanto,
et saltum dux alter habet.' sic fata gelatis
vultibus et Baccho iam demigrante quievit.
  at trepidus monstro et variis terroribus impar
longaevi rex vatis opem tenebrasque sagaces
Tiresiae, qui mos incerta paventibus, aeger
consulit. ille deos non larga caede iuvencum,
non alacri pinna aut verum salientibus extis,
nec tripode inplicito numerisque sequentibus astra,

---

390 A[illegible]t **B** (u) [illegible]positis **B** 391 Queis *Peyraredus* festa **P**ω: bella **D** litant f^1 bella f 393 aeternis ω: aetneis **P** (ł etneis f^2 *vel* f^1) pruinis **P**ω: furorem f (*ex v. 396*) 394 a^{m}nazoniis **B** cau^{c}sason Q^1 395 profanam ω: -num **P** 396 urges ω: urgens **P** (*an ex* urgues *natum*?) 398 ab-[illegible]origine (h) **B**: abhorigine *A* 400 truces (ł fruges) L^r 401 peior **P**ω: -que prior *Heinsius* cede **P**ω: caede *Baehrens* *recte distinxit Imhofius* 402 montem (ł campum) **D** 403 A **P**ω: O *frg. Monast.* morum **P**ω: quorum *Baehrens* bellastis **P**: bellatis ω 404 Et **P**ω: En *Heinsius* dux alter *scil. Creon* ^{h}abet **B** velatis *A* 406 Et μ ^{t}erroribus Q^2 407 fa^{v}tis Q^1 410 penna *A*fbμ salientibus P^1: spirantibus $P^r\omega$; *recte* Σ *Gudianus interpretatur* saliendo monstrantibus 411 trep^{o}ide ν^1: tripode *ex* trepide Q^1

turea nec supra volitante altaria fumo
tam penitus, durae quam Mortis limite manes
elicitos patuisse refert, Lethaeaque sacra
et mersum Ismeni subter confinia ponto
miscentis parat ante ducem, circumque bidentum
visceribus laceris et odori sulpuris aura
graminibusque novis et longo murmure purgat.
 silva capax aevi validaque incurva senecta,
aeternum intonsae frontis, stat pervia nullis
solibus; haud illam brumae minuere, Notusve
ius habet aut Getica Boreas inpactus ab Ursa.
subter operta quies, vacuusque silentia servat
horror et exclusae pallet male lucis imago.
nec caret umbra deo: nemori Latonia cultrix

---

413 *Prisc.* GL II 498, 2 elicui vero elicitum facit. unde .. et Statius in IIII Thebaidos: tam .. limite .. elicitos

---

412 volitante **ω**: volu[ras.]tante **P** 413 limite **Pω** *Prisc.* (*i. a fine*): limine **N** *vulgata notione pro quaesita substituta* 414 Elicit hos **P**: Eli[c]ṭitos **Q**^{1} *post* 414 *versum excidisse censuit Müller, quem huius fere argumenti fuisse suspicatur: adferre iubet filiam Manto. tamen non necessario videtur lacuna statui, dummodo zeugma agnoscas: praeparat sacra et regem. sequentia autem sic intellegenda: praeparat regem mersum subter confinia Ismeni ponto miscentis. ubi participium quodammodo sensu mediali accipitur, sicut* annis volventibus (*Verg. Aen.* 1, 269), gignentium natura (*Sall. Iug.* 93, 4), praeda .. rerum moventium (*Liv.* 5, 25, 3) 415 It [ɫ Et] (It *in ras.* **Q**^{1}, E-?) **Q**^{2}: It **ν** supter **P** [h]ismeni **B**: hismeni **A**b 416 bidenṭium **A**^{1}: bidentis[um] **C**^{2} 418 Carminibus **f** -que *om.* **M**^{1}**f** 419 valique **B**^{1}**Q**^{1}**A**$^\sigma$: vali[da]que **M**$^\sigma$: validamque **P** 420 frondis *ex* -tis **Q**^{2}: frondes **f** 421 haut **P** minuere **Pω** *quod cur ferri nequeat, non intellego*: minuisse *Peyraredus*, *qua lectione varietas tollitur* notusque **N** 422 abet **B** haut **L** 423 vacu[v]isque **M**^{1}**L**$^\sigma$ sc̣ilentia **ν** (*item v. 683*) turbat **C** 424 male **P**: mala **ω** 425 caret *ex* curet **L**$^\sigma$ ~~numeri~~ [nemori] **M**$^\sigma$

additur; hanc piceae cedrique et robore in omni
effictam sanctis occultat silva tenebris.
huius inaspectae luco stridere sagittae
nocturnique canum gemitus, ubi limina patrui
effugit inque novae melior redit ora Dianae;
aut ubi fessa iugis, dulcisque altissima somnos
lux movet, hic late iaculis circum undique fixis
effusam pharetra cervicem excepta quiescit.
extra inmane patens tellus Mavortia campi,
fetus ager Cadmo, durus qui vomere primo
post consanguineas acies sulcosque nocentes
ausus humum versare et mollia sanguine prata
eruit; ingentes infelix terra tumultus
lucis adhuc medio solaque in nocte per umbras
expirat, nigri cum vana in proelia surgunt
terrigenae; fugit incepto tremibundus ab arvo
agricola insanique domum rediere iuvenci.
  hic senior vates — Stygiis adcommoda quippe
terra sacris, vivoque placent sola pinguia tabo —

---

428 *Prisc.* GL II 481, 20 *et* 521, 21 (*propter perfectum* stridi) Statius in IIII: huius . . sagittae

---

428 Cuius **C** saggittae **B** 429 Nocturneque **r** patrui **P** *ω*: patris *Gronovius*: Ditis *Wilkinsius* 430 Effugit *ex* Efu- **Q**² ira **C** 431—433 *om.* **P**¹, *add.* **P**ᶜ, *margine praecisa perierunt* ⟨Aut⟩, ⟨-que al⟩-, ⟨-et hic⟩, ⟨fixi-⟩, ⟨-cem e-⟩ 431 Aut *ω*: At **NLr**: Ast **b** *μ* dulcesque **P**ᶜ aptissima **NC** 432 Dux **C** monet (ł movet) **f**² late *om.* *Λ*, *s. l.* **L**^σ 434 patens **P**: patent **BM** *μ* **g**²: patent *Λ*¹: patet *ω* 435 Fotus **r** primo (ł multo) **D** Cadmo. durus, qui *cum Barthio distinxit Müller* 437 mollia **PD**: putria (-ida **f**) *ω* p‗rata **B**: p‗ata *Λ* 439 media (o) *Λ*^σ: media **b** *Heinsius* 440 improelia **b** 441 tremibundus **PQ**: tremeb- *ω* 442 iuventi (c) **Q**¹ 443 acommoda **f** quippe *in ras.* **N** 444 vivoque **P** (*cf.* *5, 162*): multoque *ω*: multoque (vivo) **D** placent *ω*: -cet **P**

velleris obscuri pecudes armentaque sisti
atra monet, quaecumque gregum pulcherrima cervix
ducitur; ingemuit Dirce maestusque Cithaeron,
et nova clamosae stupuere silentia valles.
tum fera caeruleis intexit cornua sertis
ipse manu tractans, notaeque in limite silvae
principio largos noviens tellure cavata
inclinat Bacchi latices et munera verni
lactis et Actaeos imbres suadumque cruorem
manibus; adgeritur, quantum bibit arida tellus.
trunca dehinc nemora advolvunt, maestusque sacerdos
tris Hecatae totidemque satis Acheronte nefasto
virginibus iubet esse focos; tibi, rector Averni,
quamquam infossus humo superat tamen agger in auras
pineus; hunc iuxta cumulo minor ara profundae
erigitur Cereri; frontes atque omne cupressus
intexit plorata latus. iamque ardua ferro
signati capita et frugum libamine puro
in vulnus cecidere greges; tunc innuba Manto
exceptum pateris praelibat sanguen, et omnes

---

446 Atra monet *ex* Atro manet **L**[1] movet **C** 447 Duc̣itur **Q**[2]: Ductitur **A**[1] dirces (-s *add.* **Q**[2]) **MfQ** 448 Et *ex* At **L**[σ] nova (n̄ *supra*) **f**[r] stupuere **ω**: stip- **PL**[1] vallis *ex* -es **f**[r] 449 Tunc **BALCfμ** ṿera (f *supra*) **Q**[2] 450 limiṭe (n *supra*) **P**[1] (*aut* **P**[r]): limine **ω** 451 noviens **P**: novies **ω** 452 bacchẹ (i *supra*) **P**[1] munera *ex* -re **f**[1] 453 *versum inde a* -cteos *suppl.* **Q**[2] himbres **A**: ⁞imbres (h-) **b** suadumque cruorem Manibus ag- *in ras.* **P**[1] madidumque *frg. Monast.*[2] *in ras.* 455 dehiṭic (n *supra*) **Q**[1]: dehic **μ** advulvunt **Q**: advolvi⁞t (-vunt) **b** 456 haec catae **A**: eccatae **Q** nefastos **BAMLQfrb** *frg. Monast.*: nefasto[s] **C**[2] 457 iuvet **P** 458 Quamq[iam] infossus **P**[1] aura **f**: arcis **r**[1]: arvis **QC** 459 cu⁞nulo **B** 460 frontes (-emque **C**) **ω**: frondes **PN** 461 plorata **ω**: prolata **P** 462 libamine primo **C** 463 vulnus **Pω**: vultus *Baehrens* ceṭidere (c *supra*) **Q**[2] innu~~bi~~ba **M**[1] mantạ (o *supra*) **Q**[1] 464 sanguen **P**: sanguinem **ω**, *cf. Mus. Rhen. 59 (1904) p. 386*

ter circum acta pyras sancti de more parentis
semineces fibras et adhuc spirantia reddit
viscera, nec rapidas cunctatur frondibus atris
subiectare faces. atque ipse sonantia flammis
virgulta et tristes crepuisse ut sensit acervos
Tiresias — illi nam plurimus ardor anhelat
ante genas inpletque cavos vapor igneus orbes —,
exclamat — tremuere rogi et vox terruit ignem —:
'Tartareae sedes et formidabile regnum
Mortis inexpletae, tuque, o saevissime fratrum,
cui servire dati manes aeternaque sontum
supplicia atque imi famulatur regia mundi,
solvite pulsanti loca muta et inane severae
Persephones vulgusque cava sub nocte repostum
elicite, et plena redeat Styga portitor alno.
ferte simul gressus, nec simplex manibus esto
in lucem remeare modus; tu separe coetu
Elysios, Persei, pios, virgaque potenti
nubilus Arcas agat; contra per crimina functis,
qui plures Erebo pluresque e sanguine Cadmi,

---

475 *Prisc.* GL II 351, 19 (*propter genetivum* sontum) idem in IIII (*var.* III): aeternaque . . supplicia

---

467 cuncta⁝tur **P** frondibus *ex* front- Q^2 468 ipse *ex* ipsa *frg. Monast.*: ipsa **D** 470 plu^{ri}mis μ^1 471 impletque **P**: implet^{que} Q^1: implet **f** vapor^{b} cavos^{a} ν^2 c⁝avos (-l-) b 472 r^{o}egi **B** terruit **P**: impulit ω: terruit^{impulit} **D** 475 sont^{vm}es $M^{\sigma}f^1$: su^{on}btum ν^2 476 uni **C** 477 loca **P**ω: sola *Garrodius* 478 Persipones **Q** cana **C** 479 Eli^{c}tite Q^2 reat r Stygos arbiter *vel* remeat *coni. Garrodius*, *quasi* redire Styga *non latinum esset* alvo **C** 482 Persei *Parrhasius et Heinsius* (*cf. Apoll. Rh. 3, 461*): persee *vel* -saee **P**ω Persea, cie *Unger 1868 p. 262*; *sed neque* pios *inutile neque imperativus desideratur* 483 Nubilus *ex* -bus b 484 ^{h}ereb⁝o B^1: herebo **ΛMfbr** sanguine **P**ω: semine ς

angue ter excusso et flagranti praevia taxo,
Tisiphone, dux pande diem, nec lucis egentes
Cerberus occursu capitum detorqueat umbras'.
  dixerat, et pariter senior Phoebeaque virgo
erexere animos; illi formidine nulla,
quippe in corde deus, solum timor obruit ingens
Oedipodioniden, vatisque horrenda canentis
nunc umeros nunc ille manus et vellera pressat
anxius inceptisque velit desistere sacris.
qualis Gaetulae stabulantem ad confraga silvae
venator longo motum clamore leonem
expectat firmans animum et sudantia nisu
tela premens; gelat ora pavor gressusque tremiscunt,
quis veniat quantusque, sed horrida signa frementis
accipit et caeca metitur murmura cura.
  atque hic Tiresias nondum adventantibus umbris:
'testor' ait, 'divae, quibus hunc saturavimus ignem
laevaque convulsae dedimus carchesia terrae,
iam nequeo tolerare moram. cassusne sacerdos
audior? an, rabido iubeat si Thessala cantu,

---

485 *Prisc.* GL II 346, 3 anguis ab angue vel angui. Statius in IIII: angue ter excusso

---

486 Tesiphide **f** 490 timor **P**ς: tremor **ω** 491 Oedipodionidem **b** 492 Hunc **μ** humeros **P** 494 gae≡tulae **B**: gaetuleae (-e- *medium del.* **A**) **ALb** 495 clam[o]are **Q**[1] 496 et *om.* **D** sudantia (-atia **b**) **ω**: suadentia **P** 497 ora **ω**: ore **P** gressu[s]que **P**[1]: gresc[v]isque **M**[1]: gresusque **r** tremescunt **P** 500 [A]Utque **M**$^{\sigma}$: Ad quae **C** Atqui (*ex* -e, *om.* hic) **μ**[2] 501 divae **Pω** (*cf. Verg. Aen.* 2, 431): divos **ALDb** (*quae lectio haud scio an nata sit ex suprascripto* vos): div[o]≡s **Q**[1]: divas *Müller*: Diras *Heinsius* vos testor divae *Garrodius*, *sed* ait *genuinum esse testatur Verg. Aen.* 2, 155 saturabimus **P** 502 Laevaque **PωΣ**: plenaque *Peyraredus* convulsa . . terra *idem* 503 cassu[s]ne **B**[1] 504 rabido *ex* rap- **b**[1]: rapido **fμ** iubeat *ex* iuveat **P**[1]

ibitis et Scythicis quotiens medicata venenis
Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu:
nostri cura minor, si non attollere bustis
corpora nec plenas antiquis ossibus urnas
egerere et mixtos caelique Erebique sub unum
funestare deos libet aut exsanguia ferro
ora sequi atque aegras functorum carpere fibras?
ne tenuis annos nubemque hanc frontis opacae
spernite, ne, moneo; et nobis saevire facultas.
novimus et quidquid dici noscique timetis,
et turbare Hecaten, ni te Thymbraee, vererer
et triplicis mundi summum, quem scire nefastum.
illum — sed taceo: prohibet tranquilla senectus.
iamque ego vos —' avide subicit Phoebeia Manto:
'audiris, genitor, vulgusque exsangue propinquat.
panditur Elysium chaos, et telluris opertae
dissilit umbra capax, silvaeque et nigra patescunt
flumina, liventis Acheron eiectat harenas.
fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit,
et Styx discretis interflua manibus obstat.
ipsum pallentem solio circumque ministras

505 scyticis **P** medicata **P**: armata *ω* 506 aget *ω*: agit **P** 507 cura minor **b**² *in lac.* 509 et *om.* **b**¹, *add.* **b**² mesto (mixtos) *ν*² caelique *ω*: caeli **P** 510 ferro **P**: morsu **P**¹ *mg. fortasse recte* 511 [illegible] (atque) **f**¹: atque (ł aut) **D** 512 nibem(v)que **B**: nubēsque *ν*¹ 513 sę[illegible]vire (r) *Λ* 514 Novimus **P**ς: Scimus enim *ω* nostique (c) **Q**²: noci[illegible]que (s) **b**² 515 turparem *Baehrens* haec caten *Λ* **b**¹: heccaten **L**: ecaten **Mf**: aecaten **r** ni te t- **b**² *in lac.* 516 triplicis *ω*: -ces **P** nefandum *ex* nefastum *μ*²: nefas est **f** 517 Illud **C** sed **P***ω*: si **B***Λ*¹ **Lb** (*an natum ex* st?) 518 *aposiopesim agnovit* *Σ*, *recte distinxit Menkius* phebeaque (i) **Q**² 520 aelisum (v) **B**¹: aelisium *Λ* cahos **r** 521 Dissidit **C** umbo *Marklandus ad Silv. 2, 3, 41* 522 liventes **P**: li[illegible]entis (v) (-m-) *Λ*^σ reiectat **N** 523 Fundus (it) **B**¹ (at fumidus **B**^σ *mg.*): Funditus (mi) *Λ*¹ (at fumidus *Λ*^σ *mg.*): Humidus **C** phlegeton **P** 525 pollentem *Barthius*

funestorum operum Eumenidas Stygiaeque severos
Iunonis thalamos et torva cubilia cerno.
in speculis Mors atra sedet dominoque silentis
adnumerat populos; maior superinminet ordo.
arbiter hos dura versat Cortynius urna
vera minis poscens adigitque expromere vitas
usque retro et tandem poenarum lucra fateri.
quid tibi monstra Erebi, Scyllas et inane furentis
Centauros solidoque intorta adamante Gigantum
vincula et angustam centeni Aegaeonis umbram?'
'immo' ait, 'o nostrae regimen viresque senectae,
ne volgata mihi. quis enim remeabile saxum
fallentesque lacus Tityonque alimenta volucrum
et caligantem longis Ixiona gyris
nesciat? ipse etiam, melior cum sanguis, opertas
inspexi sedes, Hecate ducente, priusquam
obruit ora deus totamque in pectora lucem
detulit. Argolicas magis huc adpelle precando
Thebanasque animas; alias avertere gressus

---

528 *Serv.* Aen. 11, 197 aut Morti ipsi deae. Statius: in scopulis (speluncis *Caroliruh. et Sangall. quod ex* speculis *corruptum videtur*) Mors saeva sedet

---

526 eumenidas **PDN**: -des *ω* (eume(ni)des b² *in lac.*) 527 Iunon(i)es Q¹ torva **PD**ς: maesta *ω* cervo **C** 528 saeva *Serv.* dominoque ς: -nique **P***ω*: -nisque *Heinsius* silentes **P** 529 supereminet *ν* 531 minis ς *Barthius*: nimis **P***ω*, *cf.* *8, 22 sq.* adicitque **N**: cogitque **D** 533 e(r)ebi **Q**¹ furentis (*vel* -es) *ω*: furenti **P** 534 adamante *ω*: -ta **P** 535 Vinc(v)ila **B**¹ 536 ait o **P***ω*: agito **N** 537 volgata (vu- **P**) **PQ**: volgato (*vel* vu-) *ω* (*ex* -ta **B**¹**L**$^{\sigma}$) mihi (*sc. dixeris*) *ω*: mihi veni **P** 538 Pallentesque t 540 inesset (ł opertas) **D** (inesset *glossema erat ad explendum enuntiatum secundarium*) 541 haec ate **B**: haecate *Λ* 542 ħora **B**: ▒ora *Λ* impectora b 543 appelle **P**: (ad)pelle **Q**¹ 544 animas alias **PDNf**ʳ: alias (*ex* -ós **B**) animas *ω* gressus *ω*: -su **P** *quod defendit Vollmer 1896 p. 29*

lacte quater sparsas maestoque excedere luco,
nata, iube; tum qui vultus habitusque, quis ardor
sanguinis adfusi, gens utra superbior adsit,
dic agedum nostramque mone per singula noctem.'
iussa facit carmenque serit, quo dissipat umbras,
quo reciet sparsas; qualis, si crimina demas,
Colchis et Aeaeo simulatrix litore Circe.
tunc his sacrificum dictis adfata parentem:
'primus sanguineo submittit inertia Cadmus
ora lacu, iuxtaque virum Cythereia proles
insequitur, geminusque bibit de vertice serpens.
terrigenae comites illos, gens Martia, cingunt,
quis aevi mensura dies, manus omnis in armis,
omnis et in capulo; prohibent obstantque ruuntque
spirantum rabie, nec tristi incumbere fossae
cura, sed alternum sitis exhaurire cruorem.
proxima natarum manus est fletique nepotes.

---

545 La[c]te **f**[r] sparsos (*ex* -as) $\mathbf{B}^1$: sparsas [o] $\mathbf{Q}^2$: sparso [ł sparsas] $\mathbf{L}^\sigma$: sparso (spe- **f**) $\mathbf{Cr}^1\mathbf{f}$ lo[u]co $\mathbf{Q}^1$ 546 N[o]ata **f** iube $\mathbf{b}^2$ *in lac.* tum *om.* **b**: tu **D** quis *ex* qui $\mathbf{L}^\sigma$: quis **b**$\mu\nu$ vultum **b** 547 effusi (*ex* adf- $\mathbf{Q}^1$) **Q**ν u▒tra **f** (l) supe[b]rior $\mathbf{P}^1$ 548 ~~agetum~~ [agedum] $\mathbf{Q}^2$ move **Br** 549 quo *ex* quod $\mathbf{L}^\sigma$ dissipat **PNC**ς: dissip[a]et $\mathbf{M}^1\mathbf{S}^1\mathbf{Q}^1$: -pet ω 550 reciet **P** (*cf. Vollmer 1896 p. 29*): regit (-at **D**ν) et ω demas ω: -mat **P** 551 et aeaeo (et aeoo $\mathbf{MLNCfr}^1$: eaeo **S**: et ac[t]eo $\mathbf{Q}^1$: et de eo μ) ω: etnaeo **P** simi[v]latrix $\mathbf{f}^1$ 552 Hunc μ sacr▒ [sacra facientem] $\mathbf{L}^\sigma$ 553 cadmis μ 555 Insequitur geminusque bibit **P**ς: Effluit (Affluit **C**) amborum geminus ω 557 quis *Naukius 1863 p. 5* (*idem videtur explicare* Σ): His **P**ω m[e]ansura $\mathbf{Q}^1$: mansura **N** 558 in *s. l.* $\mathbf{Q}^1$ 559 Spiranti ς *Bentleius* fossae ς *Klotzius*: fosso **PS** *mg.*: sulco (fossa $\mathbf{B}^\sigma$ *mg.*) ω 560 sitis exhaurire **P**: cuperent (cupiunt **D**: cupiunt [sitis] ς) haurire ω: sitis est haurire *Menkius* 561 fleti▒que **Q**

hic orbam Autonoen et anhelam cernimus Ino
respectantem arcus et ad ubera dulce prementem
pignus et oppositis Semelen a ventre lacertis.
Penthea iam fractis genetrix Cadmeia thyrsis
iamque remissa deo pectusque adaperta cruentum
insequitur planctu; fugit ille per avia Lethes
et Stygios super usque lacus, ubi mitior illum
flet pater et lacerum conponit corpus Echion.
tristem nosco Lycum dextramque in terga reflexum
Aeoliden, umero iactantem funus onusto.
necdum ille aut habitus aut versae crimina formae
mutat Aristaeo genitus: frons aspera cornu,
tela manu, reicitque canes in vulnus hiantes.
ecce autem magna subit invidiosa caterva
Tantalis et tumido percenset funera luctu,
nil deiecta malis; iuvat effugisse deorum
numina et insanae plus iam permittere linguae.'
  talia dum patri canit intemerata sacerdos,
illius elatis tremefacta adsurgere vittis
canities tenuisque inpelli sanguine vultus.

---

562 hanelam **Bb**: $\overset{h}{\text{ḥanelam}}$ ***A***^{2}: helam **L**^{1} (anhelam **L**$^\sigma$ *mg.*) 563 artus **B**: $\overset{c}{\text{arṭus}}$ ***A***^{2} 564 semelen⸗ **b** 565 iam fractis *in ras.* **f**^{1} 566 Iamque remissa **P**: Iam dimissa **ω** adaperta ς *Gronovius*: adoperta **Pω**: $\overset{ta}{\text{adopeṛa}}$ **Q**^{1} 568 super usque (-asque **S**^{2}) **NS**^{1}ς: superosque **ω**: super ipse **P** mitior **ω**: ianitor **P** (MI∾IAN): inaniter *Garrodius* 569 componit **P** ethion **B*A*b** 570 dextramque **ω**: -raque **PN** reflexum (-um *in ras.*) **Q**^{2} 571 Aelodinen **M**^{1}: Aeoliden **M**^{1} *mg.* honusto **b** 572 haut abitus **B**: haud habitus **r**: aud habitus (h-) ***A*** visae *Baehrens* 573 aristheo **P** $\overset{r}{\text{fons}}$ **Q**^{1} 574 Tela manu (*sc. tenentur*) **Pω**: pelle manus *Kochius 1865 p. 6* 575. 577. 576. 578 **C**^{1} *sed ordo restitutus praescriptis* a c b d 576 Tantali⸗s **f** $\overset{c}{\text{pergens}}$ et **P**^{c} luctu **Pω**: vultu *Schrader cl. Sil. 6, 698 male* 577 His **r** 578 insan⸗ae **B** dimittere **C**: committere **N** 580 $\overset{ittis}{\text{votis}}$ **M**$^\sigma$

nec iam firmanti baculo nec virgine fida
nititur, erectusque solo 'desiste canendo,
nata' ait, 'externae satis est mihi lucis, inertes
discedunt nebulae, et vultum niger exerit aer.
umbrisne an supero dimissus Apolline complet
spiritus? en video quaecumque audita. sed ecce
maerent Argolici deiecto lumine manes!
torvus Abas Proetusque nocens mitisque Phoroneus
truncatusque Pelops et saevo pulvere sordens
Oenomaus largis umectant imbribus ora.
auguror hinc Thebis belli meliora. Quid autem
hi grege condenso, quantum arma et vulnera monstrant,
pugnaces animae, nobis in sanguine multo
oraque pectoraque et falso clamore levatas
intendunt sine pace manus? rex, fallor, an hi sunt
quinquaginta illi? cernis Cthoniumque Chrominque
Phegeaque et nostra praesignem Maeona lauro.
ne saevite, duces, nihil hic mortalibus ausum,
credite, consiliis: hos ferrea neverat annos
Atropos. existis casus: bella horrida nobis,

---

592 *Cledon.* GL V 59, 14 auguro Vergilius . . Statius: auguror . . belli m.

---

582 baculo *ex* va- **P**^{1} nec **ω**: ne **P** fida *ex* sida **C**^{2} 583 canend$\overset{o}{a}$ **Q**^{1} 585 Discedunt (*ex* Descendunt **ν**^{1}) **ω**: Discendunt **P**: Descendunt **f** exerit *Lachmannus* (*cl. Silv.* *5, 3, 104*): exuit **Pω** *quod frustra cl. Verg. Aen. 5, 423 defendere conatur Garrodius* 586 dimissus **P**: me missus **ω** 587 quaecumque **ω**: quacumque **P** 588 $\overset{l}{n}$umine **Λ**^{1}: numine **r** 589 mittisque **Λ** phoro$\overset{n}{e}$us **Q**^{1} 590 vulnere (ł pulvere) **ν**^{2}: vulnere **D** 591 Oeomaus **f** 592 bell$\overset{i}{a}$ **Q**^{1} maiora **MC** 593 Hi **SDNC**ς: Hic (Hiç **Λ**^{2}) **Pω** grege (-s) **Q** quatum **L**: quant$\overset{v}{a}$ **f**^{1} 594 *om.* **Mf**, *add.* **M**$^\sigma$ *mg.* 597 ctoniumque **PM**: chthoniumque (citho- **f**: to- **L**) **ω**: croniumque **ν** cronimque **μ** 598 praesagem **N**: praesagum ς *an* lauru*? cf. ad 3, 105* 599 N$\overset{se}{e}$vite **b**^{1} 601 Antropos **μ**

atque iterum Tydeus.' dicit, vittaque ligatis
frondibus instantes abigit monstratque cruorem.
stabat inops comitum Cocyti in litore maesto
Laius, inmiti quem iam deus ales Averno
reddiderat, dirumque tuens obliqua nepotem —
noscit enim vultu — non ille aut sanguinis haustus,
cetera ceu plebes, aliumve accedit ad imbrem,
inmortale odium spirans. sed prolicit ultro
Aonius vates: 'Tyriae dux inclyte Thebes,
cuius ab interitu non ulla Amphionis arces
vidit amica dies, o iam satis ulte cruentum
exitium et multum placata minoribus umbra,
quo miseranda fugis? iacet ille in funere longo,
quem fremis, et iunctae sentit confinia mortis,
obsitus exhaustos paedore et sanguine vultus
eiectusque die: sors leto durior omni,
crede mihi! quaenam inmeritum vitare nepotem
causa tibi? confer vultum et satiare litanti
sanguine venturasque vices et funera belli
pande vel infensus vel res miserate tuorum.

---

602 tydeus Pω: ti deus (ti *sscr.* B³) B (mars *sscr.*): deus A (mars *sscr.*): deus haec b: mars haec Q¹ *in ras.* vittaque ω: -asque P legatis (i *sscr.*) f¹ 603 abigit ω: abicit P monstraque (t *sscr.*) B¹: monstrat (que *sscr.*) b² 604 inobs L: inops *ex* -bs Q¹ 606 durumque N 607 vultu ω: in vultu P: vultu (ł ṽ *sscr.*) ν¹: vultū (¯ *add.* Q²) Q: vultum BDNb (*spatium ante* vultū B) haud r: ad C ^ad haustus B¹: ▒haustus (ad *eras.*) A 608 aliumve ω: altumve P accedit *ex* -ci- B¹ 609 aspirans f prolicit ω: -git P: prosilit N 610 in▒li▒te (c *sscr.*) B 613 Exitium ω: -lium P 614 Quo PQᶜν²ς: Quo▒ (-s) N: Quos ω *fortasse recte* in *om.* BALrb longa (o *sscr.*) (-a *ex* -o Q¹) Q¹ 615 fremis Pς *Heinsius*: premis ω sensit r. convinia (f *sscr.*) Q¹ 616 exhaustos QDS²: -to▒ N: -to P: -tus ω 617 Proiectusque C die▒ f 618 uuiere (vitare *sscr.*) Q¹ 619 sociare C lita▒to (-n-) Q¹ 621 miserante b

tunc ego et optata vetitam transmittere Lethen
puppe dabo placidumque pia tellure reponam
et Stygiis mandabo deis.' mulcetur honoris
muneribus tinguitque genas, dein talia reddit:
'cur tibi versanti manes, aequaeve sacerdos,
lectus ego augurio tantisque potissimus umbris,
qui ventura loquar? satis est meminisse priorum.
nostrane praeclari, pudeat, consulta nepotes
poscitis? illum, illum sacris adhibete nefastis,
qui laeto fodit ense patrem, qui semet in ortus
vertit et indignae regerit sua pignora matri.
et nunc ille deos Furiarumque atra fatigat
concilia et nostros rogat haec in proelia manes.
quodsi adeo placui deflenda in tempora vates,
dicam equidem, quo me Lachesis, quo torva Megaera
usque sinunt: bellum, innumero venit undique bellum
agmine, Lernaeosque trahit fatalis alumnos
Gradivus stimulis; hos terrae monstra deumque
tela manent pulchrique obitus et ab igne supremo
sontes lege morae. certa est victoria Thebis,
ne trepida, nec regna ferox germanus habebit,
sed Furiae geminumque nefas, miserosque per ensis,

---

622 ego et (*respondet alterum* et *v. 624*) **P** ω: ego te ς: et ego **C** lethē **P** (*cf. 1, 334*) 623 platidumque **Q** 624 honore **C** 625 Funeribus **C** tinguit **f** dehin **S** (*an* dehinc?): dein̄ (*i.* deinde) ν 627 potentibus (ł tissimus) ν^2 628 loquar ω: -or **P** meminise ν: miminisse *A* 629 prec▒ari (l) **B**: praecari *A* 630 illum (illum) **f**[2]: o illum **N** adhibete *ex* ath- **Q**[1] nefatis (s) **C**[2] 631 enze **f** hortus **B** *A* **b** 634 hic ς *Imhofius* improelia **b** 635 placui ω: placuto (*vel* -uio) **P**, *quod contaminatum videtur ex* placui *et* placeo, *nisi forte* placito *scribendum* defenda (l) **M**[1] tempora *ex* -re **B**[1] ▒ates (v) **Q**[2] 636 quo *add.* **b**[2] *s. l.* maegara **P** 638 trait **B** *A* **b**: agitat *Lachmannus* 640 suppremo **B** *A* 642 Nec **L** μ 643 furiae **P** ω (*sc. regna habebunt vel sim.*): furias *Koestlinius, Müller* miseros **f** enses **P**

ei mihi! crudelis vincit pater.' haec ubi fatus,
labitur et flexa dubios ambage relinquit.
interea gelidam Nemeen et conscia laudis
Herculeae dumeta vaga legione tenebant
Inachidae; iam Sidonias avertere praedas,
sternere, ferre domos ardent instantque. quis iras
flexerit, unde morae, medius quis euntibus error,
Phoebe, doce: nos rara manent exordia famae.
marcidus edomito bellum referebat ab Haemo
Liber; ibi armiferos geminae iam sidera brumae
orgia ferre Getas canumque virescere dorso
Othryn et Icaria Rhodopen adsueverat umbra,
et iam pampineos materna ad moenia currus
promovet; effrenae dextra laevaque secuntur
lynces, et uda mero lambunt retinacula tigres.
post exultantes spolia armentalia portant
seminecesque lupos scissasque Mimallones ursas.
nec comitatus iners: sunt illic Ira Furorque
et Metus et Virtus et numquam sobrius Ardor
succiduique gradus et castra simillima regi.
isque ubi pulverea Nemeen effervere nube

---

644 vincet **N** 645 relinquit *ω*: -liquit **PDNC** 646 ne⁝men **B**: neemen *A*: nem(e)en b^2 con(s)tia **Q**^{1} 647 dum⁝eta (-m-) **B** 649 ~~ferre~~ (ł cede) **Q**^{2}: auferre **C** instan(t)que **f** -que quis h⁝ *add.* b^r 650 Flexerat **C**: Flexit *A* 651 manent *ω*: monent **PD** 652 Mar(ci)tidus **Q**^{1} edomito **P***ω*: Edono *Marklandus ad Silv. 4, 1, 45* 653 ibi *s. l.* **Q**^{1} geminae *ω*: gelidae **P**^{1}**Q**^{1}**K** **S**^{1}**LCg***μν*^{1}: ł gemine **P**^{1} (*vel* **P**^{c}) *mg.* **Q**^{2}: geminae (ł gelidae) **M**^{σ} cum **S**^{2}: per *ν*^{2} sidera **P***ν*^{2}: -re *ω*: frigora **S**^{1}: -re **K** bru⁝mae **B** 655 icaria *ω***P**^{1} *mg.*: uvifera **P**^{1} 656 pampineos *ex* -us **Q**^{2} 657 sequuntur **P** 658 uela (uda) **M**^{σ} reti⁝nacula **B** 659 port(a)ent **L**^{σ} 660 mam(i)allones **f**^{2}: immallones **C**: mimall⁝ones (i) **Q** surdas (ursas) **M**^{σ} 664 effervere *ω* (*cf. 7, 795*): effervescere **P**^{1} (*ex voce* ignescere *infra scripta*)

conspicit et solem radiis ignescere ferri,
necdum compositas belli in certamina Thebas,
concussus visis, quamquam ore et pectore marcet,
aeraque tympanaque et biforem reticere tumultum
imperat, attonitas qui circum plurimus aures,
atque ita: 'me globus iste meamque excindere gentem
apparat; ex longo recalet furor; hoc mihi saevum
Argos et indomitae bellum ciet ira novercae.
usque adeone parum cineri data mater iniquo
natalesque rogi quaeque ipse micantia sensi
fulgura? relliquias etiam fusaeque sepulcrum
paelicis et residem ferro petit impia Theben.
nectam fraude moras; illum, illum tendite campum,
tendite, io, comites.' Hyrcanae ad signa iugales
intumuere iubas, dicto prius adstitit arvis.
tempus erat, medii cum solem in culmina mundi
tollit anhela dies, ubi tardus hiantibus arvis

---

671 *Mico* 325 apparat ex longo . . . saevum 676 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 507 *et* p. 541 reses remissus. Statius: et ferro resides excindere Thebas (*contaminatus locus ex 4, 676 et 4, 760*

---

665 solem radiis ignescere (-no- (e s. l.) **Q**²) ferri **P**ω, *quod frustra temptatum est*: solis r. i. ferrum *Madvigius p. 157*: silvam (frondem *Slater*) r. i. ferri *Koestlinius*: solem radiis vanescere (pallescere *Garrodius*) ferri *Baehrens*, *qui omnes poeticam vim loci imminuunt* 666 compositis . . . thebis **f** 667 pectora μ mercet (a s. l.) **M**¹ 668 biforem ω: -re **P** 669 qui ω: quis **P** 670 globus iste **PD**ς: manus ista ω excidere (n s. l.) **b**¹ 671 Apparat *ex* -et **Q**¹ ex longo **P**: et longo **N**ς: et longe ω haec **C** 672 ci‖et **B** 674 Natalesque *ex* Fa- **L**$^{\sigma}$ ego ipse (ego s. l.) Λ$^{\sigma}$ micantia ω: minantia **P** 675 reliquias **P**: -iasque **D** sepulchrum **P** 676 resides . . thebas **N** impia **P**ς: improba ω thebem **b** 677 illum illum **P**ω: illum io μ 678 io *add.* **L**$^{\sigma}$: eo **N** 679 dic‖to (i) Λ abstitit ν¹: †astitit ν² *mg.* arvis **Q**¹ *in ras.* 681 dies *om.* **b**¹: diem *add.* **b**² *s. l.* avvis (r s. l.) **Q**¹

stat vapor atque omnes admittunt aethera luci.
undarum vocat ille deas mediusque silentum
incipit: 'agrestes fluviorum numina Nymphae
et nostri pars magna gregis, perferte laborem,
quem damus. Argolicos paulum mihi fontibus amnes
stagnaque et errantes obducite pulvere rivos.
praecipuam Nemeen, qua nostra in moenia bellis
nunc iter, ex alto fugiat liquor; adiuvat ipse
Phoebus adhuc summo, cesset ni vestra voluntas,
limite; vim coeptis indulgent astra, meaeque
aestifer Erigones spumat canis. ite volentes,
ite in operta soli; post vos ego gurgite pleno
eliciam, et quae dona meis amplissima sacris,
vester habebit honos, nocturnaque furta licentum
cornipedum et cupidas Faunorum arcebo rapinas.'
dixerat; ast illis tenuis percurrere visus
ora situs, viridisque comis exhorruit umor.
protinus Inachios haurit sitis ignea campos:
diffugere undae, squalent fontesque lacusque,
et cava ferventi durescunt flumina limo.

---

682 pavor (vapor *supra*) $\mathbf{Q}^1\mathbf{M}^{\sigma}$: pavor f adque **P** aethora $\mathbf{B}^1$ 683 silentii b 684 nemph(a)e (i *supra*) $\mathit{\Lambda}^1\mathbf{B}^3$ 685 perferte *ex* -cte $\mathbf{L}^{\sigma}$ 686 argoligos (c *supra*) $\mathbf{P}^1$ 687 obdutite (c *supra*) $\mathbf{Q}^1$: adducite (ab *supra*) $\mathbf{M}^{\sigma}$ 688 Praecipuam nemeen **P**: Praecipuus (-o **L**: -e *in ras.* $\mathbf{Q}^2$, *fuit* -am) nemees (-es *in ras.* b: -os r$\mu\nu$) ω (*in ras.* $\mathbf{D}^r$): -pue nemeen ς immoenia **B** 689 ex alto *s. l.* **D** 690 adhuc $\mathbf{PNS}^2\mathit{\Sigma}^1$: ad hoc ω ne f voluptas (ł n *supra*) ν^2 692 Pestifer **N**: Aestifer (ł P *supra*) $\mathbf{Q}^2$ erigonis **PC**: e.g.rigones $\mathbf{b}^2$ *in lac.*: erigones (o *supra*) $\mathbf{Q}^2$ volentes *ex* -antes $\mathbf{P}^1$ 694 et *om.* **Cf** regnis (ł sacris *supra*) ν^2 695 abebit (h *supra*) $\mathbf{B}^1$ honor **C** licentem r 696 fauorum (n *supra*) $\mathbf{b}^2$ ruinas **C** 697 tenuis **PDNSrb**ς (*ex* tenuior $\mathbf{B}^1\mathbf{L}^{\sigma}$): tenuior ω percurrere ω: percurrere (pro *supra*) $\mathbf{P}^1$; tenuia ora perurere visus solque sinus *Koestlinius* 698 humor **P**: horror (ł umor *supra*) **D** 701 cana (v *supra*) $\mathbf{Q}^1$

aegra solo macies, [tenerique in origine culmi
inclinata seges,] deceptum margine ripae
stat pecus, atque amnis quaerunt armenta natatos.
sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus et Eoae liquentia pabula brumae
ore premit, fumant desertae gurgite valles
et patris undosi sonitus expectat hiulca
Aegyptos, donec Phariis alimenta rogatus
donet agris magnumque inducat messibus annum.
aret Lerna nocens, aret Lyrcius et ingens
Inachus advolvensque natantia saxa Charadrus
et numquam in ripis audax Erasinus et aequus
fluctibus Asterion, ille alta per avia notus
audiri et longe pastorum rumpere somnos.

---

710 *Prisc.* GL II 72, 11 sed etiam Lyrcīus, quod in quibusdam Lyrceus reperitur codicibus scriptum, Statius in IV: aret .. aret Lyrcius .. Inachus

---

702 tenerique .. seges *habent* **DNS**[1] *mg.* ς, *om.* **P**ω, *cf. Hermes 40 (1905) p. 360* 704 amnis (-es **PN**) **P**ω: omnes [amnis] **B**[1] A[1]**M**[σ]: omnes **bf** natatos ς: -tus **P**ω *quod vix posse defendi arbitror ita ut* amnis *genetivus sit* 705 magnus A suppressit (supersit [pres] **Q**[2]) in ω: suppresserit **P** 706 eo eliquentia **L**: eoae liquantia **Q** bru⁝mae **B** 707 vales [l] **f**[1] 708 iulca **M**[σ] 709 Aegyptos [u] **Q**[2]: -us **B** A **L C f b** phariis *ex* variis **L**[!σ] 711 aret lyrcius (-eus ω) ω *Prisc.*: et lyrcius aret **P**; lyrceus *variam lectionem fuisse testatur Prisc.* 712 advolvensque **P**ς: adverrensque (-ere- ν: -erne- [r] **Q**[1]: -erte- μς) ω: advolvensque [ł adverrensque] **D** carandrus **P**: cara⁝d⁝us (*ex* -andrus) μ: charadus [r] **M**[1] 713 audaxque **r** 714 Fructibus (*ex* Flu- **B**[3]A[1]) **B** A **Q** ν Σ notus [ł suetus] **L**[σ] 715 Aadiri [u] **Q**[1] *post* 714 *in* **L** *leguntur v.* 716—722 *hoc ordine*: 722. 716—721. *cf. Hermes 40 (1905) p. 349 sq. factos censeo hos versus ut post 715 insererentur, sed non ab ipso poeta. v.* 717 *extat etiam in* **P** *et* **D** *post v. 723*

[sic Hyperionios cum lux effrena per orbem
rapta ruit Phaethontis equos, magnumque laborem
discordes gemuere poli, dum pontus et arva
stellarumque ruunt crines, non amnibus undae,
non lucis mansere comae, sed multus ubique
ignis, ubique faces et longa fluminis instar
indiget Aegaeon deceptus imagine ripae.]
una tamen tacitas sed iussu numinis undas
haec quoque secreta nutrit Langia sub umbra.
nondum illi raptus dederat lacrimabile nomen
Archemorus, nec fama deae; tamen avia servat
et nemus et fluvium; manet ingens gloria Nympham,
cum tristem Hypsipylen ducibus sudatus Achaeis
ludus et atra sacrum recolet trieteris Ophelten.
ergo nec ardentes clipeos vectare nec artos
thoracum nexus — tantum sitis horrida torret —
sufficiunt; non ora modo angustisque perusti
faucibus, interior sed vis quatit; aspera pulsu
corda, gelant venae, et siccis cruor aeger adhaeret
visceribus; tunc sole putris, tunc pulvere tellus

---

723 *Prisc.* GL II 72, 22 (*propter vocem* Langīa) idem in IV: una tamen . . sub umbra. *ibid.* 41, 1 idem in eodem: haec quoque . . sub umbra (*hinc* Floril. Vatic. 215)

---

716 ic **L** 717 ruit **P**: fuit **LD**: fugit *Garrodius* phaetontis **P**: phoetontis **L** 718 iscordes **L** arva *Klotzius*: arma **L** 719 amnibus *Klotzius*: manibus **L** 720 on **L** 722 indiget *Vollmer et Klotzius*: Indicat **L** 724 haec quoque *scil. iussu numinis sicut reliquae Nymphae* 725 dederat raptus **N** 727 fluvium *ex* -us **B**^{1}**Q**^{1}: -us r: -i f: fluvii (ł fluvium) **M**^{1} 728 dum **Q** *Barthius fortasse recte* hipsipylen **P**: physiphilen f dubus (ducibus) **M**^{1} 729 atra *ex* acra f recolet **P**: -it *ω* trihetheris **B***Δ*b opheltem **B***Δ***QC**fb 730 vectare **P***ω*: portare **N** 731 arida ς *Schrader* torret **P**ς: torquet *ω*: torquet (ł torret) **D** 732 . . fficiunt (Su- *add.* **L**$^\sigma$) **L** ore (-e b^2 *in ras.*) b perustus r^1: -tis b 733 quatit *add.* b^2 *in lac.* 734 sicci▒ (-s) **C** anhelat **C**: adaret *Baehrens* 735 putris (pa- with v above, **B**^{1}**Q**^{1}) *ω*: putri **P**

exhalat calidam nubem. non spumeus imber
manat equum: siccis inlidunt ora lupatis,
ora catenatas procul exertantia linguas;
nec legem dominosve pati, sed perfurit arvis
flammatum pecus. huc illuc impellit Adrastus
exploratores, si stagna Licymnia restent,
si quis Amymones superet liquor: omnia caecis
ignibus hausta sedent, nec spes umentis Olympi,
ceu flavam Libyen desertaque pulveris Afri
conlustrent nullaque umbratam nube Syenen.
tandem inter silvas — sic Euhius ipse pararat —
errantes subitam pulchro in maerore tuentur
Hypsipylen; illi quamvis et ad ubera Opheltes
non suus, Inachii proles infausta Lycurgi,
dependet — neglecta comam nec dives amictu —,
regales tamen ore notae, nec mersus acerbis
extat honos. tunc haec adeo stupefactus Adrastus:
'diva potens nemorum — nam te vultusque pudorque
mortali de stirpe negant —, quae laeta sub isto
igne poli non quaeris aquas, succurre propinquis
gentibus; Arquitenens seu te Latonia casto

---

736 Exalat **Cf** 737 equis *Peyraredus* inlidunt *ω*: inludunt **P**: illidunt (v *sscr.*) **M**^{1} (illidunt *sscr.* **M**$^\sigma$) hora **B**: ≡ora **Λ** 738 pro^cul^ **ν**^{2} 739 dominosve *ω*: -nusve **P**: -umve **ΛCbν** 740 pe≡cus **B** 741 lycumnia **P**: lycim≡nia **B**: licīnia (¯ *add.* **ν**^{2}) **ν** restent *ex* -ant **Q**^{1} 742 amimonae (-nes **L**$^\sigma$) **L**^{1} superet **PN**: superest *ω* cae≡is (c *sscr.*) **B**: coetis cecis **Q**^{1} 743 nec ÷ spes **Λ** 744 pulferis (v *sscr.*) **L**$^\sigma$ affri **r** 746 euius **P**: eheus (euhius *sscr.*) **ML**$^\sigma$: heus **f** sic heuchius *add.* **b**^{2} *in lac.* pararat **P**: -bat *ω* 747 subito **MC** pulchram **MCf** 748 Hipsipylen **P** ad ubera **P**: ab ubere *ω* pheltes (o *sscr.*) **b**^{1} 749 inachi (i *sscr.*) **B**^{3}: -chi **b** lygurgi (*vel* li-) *ω* 750 neclecta **P**: nec laeta *ω*: nec laeta (ł lecta *sscr.*) **Q**^{1}**N**: nec lecta **r** nec dives . . ore notae *om.* **μ**^{1}, *suppl.* **μ**^{2} *mg.* amittu **L** 752 haec *s. l.* **P**^{1} 754 quae laeta . . . . aquas *om.* **P**, *cf. Hermes 40 (1905) p. 355* 756 arquitenens **Pr**^{1}: arcitenens (*vel* -cy-) *ω*

de grege transmisit thalamis, seu lapsus ab astris
non humilis fecundat amor — neque enim ipse deorum
arbiter Argolidum thalamis novus —, aspice maesta
agmina. nos ferro meritas excindere Thebas
mens tulit, inbelli sed nunc sitis aspera fato
submittitque animos et inertia robora carpit.
da fessis in rebus opem, seu turbidus amnis,
seu tibi foeda palus; nihil hac in sorte pudendum,
nil humile est; tu nunc Ventis pluvioque rogaris
pro Iove, tu refugas vires et pectora bellis
exanimata reple: sic hoc tibi sidere dextro
crescat onus. tantum reduces det flectere gressus
Iuppiter, o quanta belli donabere praeda!
Dircaeos tibi, diva, greges numerumque rependam
sanguinis, et magna lucus signabitur ara.'
dixit, et orantis media inter anhelitus ardens
verba rapit, cursuque animae labat arida lingua;
idem omnes pallorque viros flatusque soluti
oris habet. reddit demisso Lemnia vultu:
'diva quidem vobis, etsi caelestis origo est,
unde ego? mortales utinam haut transgressa fuissem
luctibus! altricem mandati cernitis orbam

---

757 transmitit **r** missus **D** 758 amor *om.* **f**[1], *add.* **f**[r] enim *om.* **L** 759 argolicum **f** 761 inbelli⁝ (-s) **Q** aspera **PD**: anxia (a^n xia **B**[1]**Q**[1]) **ω** fatis **r**[1] 762 Summittitque **P** inertia **Pω**: Martia *Garrodius* 764 fida **C** 765 tu **Pω**: heu **bν** ^pro ventis **M**[σ]: undis *Garrodius*, *sed a ventis pluviam rogari aptissime dicitur* ^f pluvioque **M**[σ]: fluvioque **C** ^o rigaris **B**[1] 766 bellis **P**: bello **ω** 767 Exanimata **f** 768 honos **P** ^re duces **P**[1] 770 Dirce^o us **Q**[1] gregres **f** 771 Sanguinis et **P**: Plebis et hic **ω** lucus (*ex* bac-?) **P**[1]: lu^v cis **b**[1]: lucus *ex* -is **L**[σ] 775 ^h abet **B** reddit **ω**: rediit **P** demisso **PDN**: di- **ω** 776 /vobis /quidem **b**[1] 777 aut (*in ras.* **B**) **Brf**: *om.* (*in ras.* **M**) **MLbμ**: ^h aut **Q**[1]

pignoris; at nostris an quis sinus uberaque ulla,
scit deus, et nobis regnum tamen et pater ingens —
sed quid ego haec, fessosque optatis demoror undis?
mecum age nunc, si forte vado Langia perennes
servat aquas; solet et rabidi sub limite Cancri
semper, et Icarii quamvis iuba fulguret astri,
ire tamen.' simul haerentem, ne tarda Pelasgis
dux foret, a! miserum vicino caespite alumnum —
sic Parcae volvere — locat ponique negantis
floribus adgestis et amico murmure dulces
solatur lacrimas: qualis Berecyntia mater,
dum parvum circa iubet exultare Tonantem
Curetas trepidos; illi certantia plaudunt
orgia, sed magnis resonat vagitibus Ide.
  at puer in gremio vernae telluris et alto
gramine nunc faciles sternit procursibus herbas
in vultum nitens, caram modo lactis egeno

---

779 nostris an quis (*ex* anguis **B**^{2}) *ω*: nostri san~~guis~~ (quis *supra*) **P**^{r} 780 Sit (c *supra*) **M**^{1} ingens **P***ω*: et gens *Phillimorius perperam. aposiopesin fieri indicatur duobis disyllabis in fine versus collocatis* 781 optatis (oblatis **L**$^\sigma$: optatis *ex* oblatis *frg. Monast.*: ṭọṭịṣ optatis *ex* ob- **Q**^{1}) *ω*: optatos (ł optatis *supra*) **P** 783 Servet **C** rabidi **PDC**: rapidi *ω* limite **P**^{r}: limite (ł lumine *supra*) **DMf**: limine (li- (v *supra*) **B**^{3}**S**^{2}: liminine *μ*) *ω*: lumine **N**: sidere *frg. Monast.* 784 iuba *ex* iuga **P**^{r} fulguraet (a *add.* **P**^{r}) **P**: fulguret **L**: fulgurat (*vel* go-) *ω* 787 ponique negantis **ΣM**$^\sigma$ *frg. Monast.* **Q**^{2} *mg.* ς: ponitque (ł ponit **L**$^\sigma$: ponit (que *supra*) *ν*^{2}) negantem (-dis *sscr.* **P**^{1}, ł negantis **L**^{2}: -em *in ras.* **Q**$^{1?}$) **P***ω*: **Σ** *explicat* ponique negantis, *sed addit* legitur et 'poni negantem' 788 ag(g *supra*)estis (-r-) **M**^{1} 790 parvum circa **PDN**: circa parvum *ω* 791 Curaetas (e *ex* c **M**^{1}) **M** iterantia **f**: certamina **N** 792 Organa **DQ**^{1}*μ* (ł orgia **Q**^{1} *mg.*) *quod vereor ne ortum sit e* **Σ** tympana 793 vernae **P***ω* *cum de aestate agatur* (*v. 680*) *mirum est,* tenerae *Garrodius parum apte*; *an* variae *varii coloris floribus ornatae?* 794 non (nunc *supra*) *ν*^{2} 795 coram **f** modo caram *frg. Monast.* lacṛis (t *supra*) **Q**^{1} egenus *Friesemannus male*

nutricem clangore ciens iterumque renidens
et teneris meditans verba inluctantia labris
miratur nemorum strepitus aut obvia carpit
aut patulo trahit ore diem nemorique malorum
inscius et vitae multum securus inerrat.
sic tener Odrysia Mavors nive, sic puer ales
vertice Maenalio, talis per litora reptans
improbus Ortygiae latus inclinabat Apollo.
  illi per dumos et opaca virentibus umbris
devia; pars cingunt, pars arta plebe secuntur
praecelerantque ducem. medium subit illa per agmen
non humili festina modo; iamque amne propinquo
rauca sonat vallis, saxosumque impulit aures
murmur: ibi exultans conclamat ab agmine primus,
sicut erat levibus tollens vexilla maniplis
Argus 'aquae!' longusque virum super ora cucurrit
clamor 'aquae!' sic Ambracii per litora ponti
nauticus in remis iuvenum monstrante magistro
fit sonus inque vicem contra percussa reclamat
terra, salutatus cum Leucada pandit Apollo.
incubuere vadis passim discrimine nullo
turba simul primique, nequit secernere mixtos
aequa sitis, frenata suis in curribus intrant

796 clangore **P**ω: clamore **Nf**ν^2: plangore *Baehrens quae coniectura commendari videtur voce* renidens *i. hilarescens, sed cf. Th. Düring, de Vergilii sermone epico capita selecta 1905 p. 75* reni(d)tens **Q**^{2}: renitens *ex* -dens **L**$^\sigma\nu^2$: renitens **D** 799 nemorique **PB**^{1}: -isque (me- ν^2) ω malorum *add.* ν^2 800 Nescius **N** inherrat **r** 801 od(r)ysia **B**^{1}: od(r)ysya **Q**^{1} 803 (a)pollo **B**^{1} 804 umbris (ł herbis) ν^2 805 arta ω: alta **PC**ν^1 sequuntur **P** 806 Procelerantque **b** 807 amne ω: omne **P** profundo (ł propinquo) ν^2: profundo **Cr** 808 Rauco **f** sonant **MfNB**^{3} vallis ω: valles **PBMf**: -is *ex* -es **Q**^{1}**b**^{1} saxo(s)rumque **B**^{3}: -orumque **b** 809 conclama[.] **f** ad μ primo **NCf**: primos **r** 811 Argus (*add.* **b**^{2}: -as **r**) ω: Arcas **P** 812 ambrachii **P** 814 perculsa **r** 818 curribus *ex* curs- **B**^{1}: cursibus **fr**$\mu\nu$: cursibus (ł curribus) **M**$^\sigma$**D**

armenta, et pleni dominis armisque feruntur
quadripedes; hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
saxa, nec inplicitos fluvio reverentia reges
proterere aut mersisse vado clamantis amici
ora. fremunt undae, longusque a fontibus amnis
diripitur, modo lene virens et gurgite puro
perspicuus nunc sordet aquis egestus ab imis
alveus; inde tori riparum et proruta turbant
gramina; iam crassus caenoque et pulvere sordens,
quamquam expleta sitis, bibitur tamen. agmina bello
decertare putes iustumque in gurgite Martem
perfurere aut captam tolli victoribus urbem.
atque aliquis regum medio circumfluus amni:
'silvarum, Nemea, longe regina virentum,
lecta Iovis sedes, quam tu non Herculis actis
dura magis, rabidi cum colla comantia monstri
angeret et tumidos animam angustaret in artus!
hac saevisse tenus populorum in coepta tuorum

---

819 Armonia [enta] **Q**[1] 820 Quadripedes **P**ω: Quadrupedes **Mf**[r]**L**[σ]**C**$\mu\nu$, *cf.* 7, 109. *Silv.* 4, 3, 35 quadrupes turbo **BDN**ν^2: turba **P**ω falunt [l] **Q**[1] 821 implicitos **P** 823 longusque ω: -osque **P** a **P**ω: e **BbrfC** *frg. Monast.*: *om.* ν^1: de ν^2 amnis *ex* aquis [ł aquis] **Q**[1]: amnis **M**[σ] (*glossam ad* fontibus *pertinuisse apparet*) 825 perspicuis *Heinsius* egestus ω: egressus **P** imis **P**: imo ω 826 tori **P**: toros ω: toris **f** turbant *aquae alveum* 827 sordens **P**: torrens ω 828 agmena [i] **Q**[1] bello ω: belli **P**: certe **Q**: bellum *Marklandus ad Silv.* 1, 2, 158 829 Desertare [c] **L**[σ] iustumve *Marklandus l. l.* 830 *om.* **B**[1]**M**[1] **N**[1]: *add. mg.* **B**[1]**M**[σ]**N**[r] aut **P**: et (*om.* **L**[1]) ω virtutibus [victoribus] **b**[2] 831 amni (-s) **f** 832 nemea **PDN**: -ee ω reginae [a] **Q**[1] 833 iovis **P**ω: iovi ς, *cf. Manil.* 1, 803 lecta deum sedes quam tu **P**: quam (qua **K**) tum ω: quantum **QM**[1]**f**: quam nunc **D**ν^2: quam[ne] (-m[ne] **N**[2]) **N**: quae tum *frg. Monast., Kohlmannus* actu r 834 clara ς *Marklandus ad Silv.* 2, 7, 46 rapidi **fr**$\mu\nu$ comantia **PN**ς: minantia ω 835 Angeret **P**ω: frangeret *Schrader* timidos **Q** 836 in coepta νς *Dübner*: inc(o)epta **P**ω

sufficiat; tuque o cunctis insuete domari
solibus, aeternae largitor corniger undae,
laetus eas, quacumque domo gelida ora resolvis
inmortale tumens; neque enim tibi cana repostas
Bruma nives raptasque alio de fonte refundit
Arcus aquas gravidive indulgent nubila Cori,
sed tuus et nulli ruis expugnabilis astro.
te nec Apollineus Ladon nec Xanthus uterque
Spercheusque minax Centaureusque Lycormas
praestiterint; tu pace mihi, tu nube sub ipsa
armorum festasque super celebrabere mensas —
a Iove primus honos —, bellis modo laetus ovantes
accipias fessisque libens iterum hospita pandas
flumina defensasque velis agnoscere turmas.'

---

849 *Prisc.* GL II 317, 7 neutra quoque supra dictorum pluralia tradidit usus. Statius in IV Thebaidos: accipias . . flumina. *idem* II 342, 19

---

838 largi^{t}or **P**^{1} 839 gelid^{a}≣ ora **b**^{2} 840—850 *cum argumento quinti libri om.* **K** 840 Immortale **P** repostas *ex* -rtas **Q**^{1}: reportas *Σ Bamb.*: reportat **N** 841 partasque **N** funte **C** 842 gra^{vi}dive **f**^{2}: gravidi^{ve} **L**$^{\sigma}$: -dique *μ* indulgent *ω*: -ens **P** chori **P** 844 xantus **P** 845 Spercheusque **P**: -iusque *ω*: -eosque ς *Kohlmannus propter Ach. 1, 102*: -ve *Lachmannus* centaureosque lycarmas **P** lycormas *ex* -ax **M**$^{\sigma}$: -ax **f**: lycronas **b** 846 Praestiterunt **r**: Peraestiterint **Q**^{1} 847 festasque *ex* fert- **Q**^{1} celebrabere *ex* -vere **P**^{r}: celebra^{be}re **L**^{2}**b**^{2} 848 Ab (*ex* At **f**) **f** *μ ν frg. Monast. cf. Silv. 1 pr. 23* belli **N** 849 fessisque *ex* fo- **L**$^{\sigma}$ 850 defensasque **PD**: defessasque *ω*

post 850 **P**: CODEX · IULIANI · $\overline{UC}$ | FINIT LIBER QUARTUS · STATII POETAE | INCIPIT · STATII POETAE · THEBAIḠ · | LIBER QUINTUS | YPSIFILE DUM DAM|NA REFERT MAIORA | RECIPIT (*debuit* recepit)

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER V.

Pulsa sitis fluvio, populataque gurgitis altum
agmina linquebant ripas amnemque minorem;
acrior et campum sonipes rapit et pedes arva
implet ovans, rediere viris animique minaeque
votaque, sanguineis mixtum ceu fontibus ignem
hausissent belli magnasque in proelia mentes.
dispositi in turmas rursus legemque severi
ordinis, ut cuique ante locus ductorque, monentur
instaurare vias. tellus iam pulvere primo
crescit, et armorum transmittunt fulgura silvae.
qualia trans pontum Phariis deprensa serenis
rauca Paraetonio decedunt agmina Nilo,
quo fera cogit hiemps: illae clangore fugaci,

5, 1 ALTŪ **P**: alvum *ω*: alvum (ł alveum) **D**: alveum ς 2 liquebant (n) **B**: liquebant **Q**[1] *post v. 2 in* **P** *quasi versus scripta verba* Illum etenim ardor sitientium exsiccarat, *quae del.* **P**[1] 3 arva *ω*: arma (-a *apertum*) **P** 4 animaeque **r** 5 sanguinei▒ (-s) **L**: -nei **D**ς 6 Ausissent (h *add.* **Q**[1]) **BQb** improelia **b** 7 Dispositi▒ (-s) **b** 8 monentur (-e▒tur **Qb**: monetur **LCf**: moventur *μ*) *ω*: moneretur **P** (n ∼ r) 10 ful▒gora **P** 11 deprensa **Pb**: defensa *ω* 12 peraethonio **BMf**: p▒raethonio (a) **b**[1] 13 quo *Vollmer 1896 p. 29*: Cum **P***ω* cogit **P**: ponit *ω* (*om.* **L**[1], *add.* **L**[σ] *s. l.*)

umbra fretis arvisque, volant, sonat avius aether.
iam Borean imbresque pati, iam nare solutis
amnibus et nudo iuvat aestivare sub Haemo.
  hic rursus simili procerum vallante corona
dux Talaionides, antiqua ut forte sub orno
stabat et admoti nixus Polynicis in hastam:
'at tamen, o quaecumque es' ait, 'cui, gloria tanta,
venimus innumerae fatum debere cohortes,
quem non ipse deum sator aspernetur honorem,
dic age, quando tuis alacres absistimus undis,
quae domus aut tellus, animam quibus hauseris astris?
dic, quis et ille pater? neque enim tibi numina longe,
transierit fortuna licet, maiorque per ora
sanguis, et adflicto spirat reverentia vultu.'
  ingemit, et paulum fletu cunctata modesto
Lemnias orsa refert: 'inmania vulnera, rector,
integrare iubes, Furias et Lemnon et artis
arma inserta toris debellatosque pudendo
ense mares; redit ecce nefas et frigida cordi
Eumenis. o miserae, quibus hic furor additus! o nox!
o pater! illa ego nam, pudeat ne forte benignae

---

14 avisque **C** avius **P**ω (*i. qui remotus est ab earum via*): arduus *Müller cl. 9, 30*: arcticus *Baehrens* 15 boreā **P** (*cf. 1, 334*): borean▒ (-m) **b** 16 iu$\overset{v}{b}$at $\mathbf{P}^c$ aemo **Bb** 17 valente **r** 18 tala ionides **f**: $\overset{tala}{▒}$onides $\mathbf{Q}^1$ 19 pollicis μ astam **L**: ⊢astam **Q**: hasta **N**: ha▒sta (u) **f** 20 Adtamen **P** gloria tanta **P**ω: gratia tanta est *Garrodius plane inutiliter* 21 fatum **P**ω: fato ν *sensus huius loci coniecturis obruti est: venimus ut tibi vitam deberemus* coh$\overset{o}{e}$rtes $\mathbf{L}^\sigma$ 23 absistimus **PD**: adsistimus ($\overset{ad}{con}$- **N**) ω 24 auseris **Bb**: ⊢aus- $\mathbf{L}^\sigma$: $\overset{h}{a}$us- $\mathbf{Q}^1$ 26 ▒ora (h-) **B** 29 orsa *ex* -o $\mathbf{L}^\sigma$ immania **P** 30 artis **P**ω: atris ς *Müller* 32 e$\overset{cc}{▒}$e $\mathbf{Q}^1$ 33 $\overset{o}{a}$ miserae $\mathbf{b}^1$: o miserere $\mu\nu$ hic *s. l.* $\mathbf{B}^1$: *om.* $\mathbf{b}^1$: est *add.* $\mathbf{b}^1$ *s. l.* 34 iam *ex* nam **f**: nam *ex* ne ν^1: sum *ex* nam $\mathbf{M}^\sigma$

hospitis, illa, duces, raptum quae sola parentem
occului. quid longa malis exordia necto?
et vos arma vocant magnique in corde paratus.
hoc memorasse sat est: claro generata Thoante
servitium Hypsipyle vestri fero capta Lycurgi.'
   advertere animos, maiorque et honora videri
parque operi tanto; cunctis tunc noscere casus
ortus amor, pater ante alios hortatur Adrastus:
'immo age, dum primi longe damus agmina vulgi
nec facilis Nemea latas evolvere vires,
quippe obtenta comis et ineluctabilis umbra,
pande nefas laudesque tuas gemitusque tuorum,
unde hos advenias regno deiecta labores.'
   dulce loqui miseris veteresque reducere questus.
incipit: 'Aegaeo premitur circumflua Nereo
Lemnos, ubi ignifera fessus respirat ab Aetna
Mulciber; ingenti tellurem proximus umbra
vestit Athos nemorumque obscurat imagine pontum;

TESTIMONIA 35 *Prisc.* GL II 526, 8 occulo, occului. Statius in V Thebaidos: raptum . . occului   39 Σ 5, 498 eleganter iterat. ante enim quam inciperet ab origine Lemniadum facta narrare, dixit: servitium . . Lycurgi   44 *Prisc.* GL II 287, 12 apud Statium vero Nemea, quia servavit a productam, accentum quoque Graecum servavit, id est paenultimam acutam, in V Thebaide: nec . . vires. *cf. ad 4, 487*   48 Σ 5, 500 solatur damna: dixit et hunc sensum poeta superius: dulce . . miseris

---

36 Ocului **BQ**: $\overset{c}{\text{O}}$cului **M**$^{\sigma}$ lo^{n}ga **B**   38 Haec *μ* parente **C**   39 hipsipilae **P** $\overset{\text{ł rapta}}{\text{capta}}$ **D**   ligurgi **C***f**μ*   41 operi (*cf. v. 35*) **P***ω*: patri *Koestlinius*   43 *om.* **Q**, *add.* **Q**^{1} *mg.*   44 $\overset{\text{ł facilis}}{\text{facile est}}$ *ν*^{1}: facile est **D**   nemea **PQ**^{2} *Prisc.*: nemee *ω*   47 $\overset{\text{ł hos}}{\text{tuo}}$ **M**$^{\sigma}$ 48 *vulgo Adrasto continuatur, sed recte Garrodius distinxit*   51 Mulciber (-b- *ex* -f- **B**^{1}) **BDN**: Mulgiber **P**: Mulcifer *ω*

Thraces arant contra, Thracum fatalia nobis
litora, et inde nefas. florebat dives alumnis
terra, nec illa Samo fama Delove sonanti
peior et innumeris quas spumifer adsilit Aegon.
dis visum turbare domos, nec pectora culpa
nostra vacant: nullos Veneri sacravimus ignis,
nulla deae sedes; movet et caelestia quondam
corda dolor lentoque inrepunt agmine Poenae.
illa Paphon veterem centumque altaria linquens
nec vultu nec crine prior solvisse iugalem
ceston et Idalias procul ablegasse volucres
fertur. erant certe, media quae noctis in umbra
divam alios ignes maioraque tela gerentem
Tartareas inter thalamis volitasse sorores
vulgarent; utque inplicitis arcana domorum
anguibus et saeva formidine nupta replevit
limina nec fidi populum miserata mariti,
protínus a Lemno teneri fugistis Amores,
mutus Hymen versaeque faces et frigida iusti
cura tori! nullae redeunt in gaudia noctes,
nullus in amplexu sopor est, Odia aspera ubique

53 Trhaces **MLb**: Traces **Q** t^{h}racum **B**: tracum **Q**: trhacum **Mb** 55 samo *ex* famo **fb** deiove **f** 56 qua^{s} **Q**^{1}: quas$^{ł i}$ $\boldsymbol{\nu}^2$ aegō **P** (*cf. 1, 334*) 58 ignes **P**: ignes *ex* -is **B**^{1}**L**$^{\sigma}$ 59 *om.* **b** Indignata dea est movet et celestia quondam *add.* b^2 *inter versus* quo^{n}dam (s) **Q**^{1}: condam r 61 pa^{p}hon b^2 li^{n}quens **B**^{1}**Q**^{1} 62 ^{c}orine **Q**^{1} 63 adlegasse **C** 65—71 *in* **D** *alia manu scripti* 65 Diva **C**: Dum iam r ignes . . . Tartareas *om.* $\boldsymbol{\nu}^1$, *add.* $\boldsymbol{\nu}^2$ *inter lin.* 66 habitasse (ł volitasse) **C**: volatisse **P** soror^{e}is **Q**^{1} 67 Iactarent (ł vulgarent) r: Iactarent **LN**$\boldsymbol{\nu}$ implicitis **P** 68 feda **Q** nupta **P**: cuncta $\boldsymbol{\omega}$ replevit $\boldsymbol{\omega}$: replesset **P** *quod defendit Postgatius enuntiato* utque . . mariti *ad antecedentia relato. sed mihi ut a* protinus *secerni non posse videtur* 70 amantis (amores) **Q**^{1} 71 Mutus **PQ**: Motus *ex* Mu- **B**^{1}**L**$^{\sigma}$: Motus $\boldsymbol{\omega}$ 73 amplexus **C** sapor (ł so) $\boldsymbol{\nu}^2$ odia (h-) **B**

et Furor et medio recubat Discordia lecto.
cura viris tumidos adversa Thracas in ora
eruere et saevam bellando frangere gentem.
cumque domus contra stantesque in litore nati,
dulcius Edonas hiemes Arctonque prementem
excipere, aut tandem tacita post proelia nocte
fractorum subitas torrentum audire ruinas.
illae autem tristes — nam me tunc libera curis
virginitas annique tegunt — sub nocte dieque
adsiduis aegrae in lacrimis solantia miscent
conloquia, aut saevam spectant trans aequora Thracen.
Sol operum medius summo librabat Olympo
lucentes, ceu staret, equos; quater axe sereno
intonuit, quater antra dei fumantis anhelos
exeruere apices, Ventisque absentibus Aegon
motus et ingenti percussit litora ponto:
cum subito horrendas aevi matura Polyxo
tollitur in furias thalamisque insueta relictis

---

78 *Serv.* Aen. 12, 365 (*contra Donatum* Edŏnii *legentem*) Statius et Vergilium et artem secutus ait: tristius Edonas hiemes Hebrumque nivalem (*quibus in verbis* tristius *librariorum culpa pro* dulcius *substitutum esse*, Hebrumque nivalem *Servi neglegentiae deberi elucet ex Comm. Bern.* Lucan. 1, 675)

---

75 hora **f** 77 $^{\text{ł tumque}}$Cumque **D** dom^{v}os **f**^{2} 78 Tristius *Serv.* (*non* Σ *Luc.*) edonas *Serv.*: edonias (e^{e}t donias **ν**^{2}) **P ω** *cf. 12, 733. graece adiectivum est* Ἠδωνός *vel* -ικός hebrumque nivalem *Serv.* Σ *Luc.* artconque **L**: ar^{c}atonque **Q**^{1} prementem **P**: frementem **ω** 79 nocte **ω**: -em **P** 80 subit^{a}us **B**^{1} 81 cur^{i}as **Q**^{1} 82 an^{n}≡ique (-im-) **Q**^{1} 83 in **P**: *om.* **ω** ^{n}solatia **Q**^{1} 84 alloquia *Marklandus ad Silv. 1, 2, 49* tracen **Mf**: tracē **Bb**: tracem **C** 86 ax^{se}ereno **b**^{2} 87 ^{a}≡ntra (ce-?) **Q**^{1} anhelos *ex* -as **L**$^{\sigma}$: an^{h}elos **Q**^{1} 88 ventisque *ex* -tibus **L**$^{\sigma}$ aegeon **L**

evolat. insano veluti Teumesia thyias
rapta deo, cum sacra vocant Idaeaque suadet
buxus et a summis auditus montibus Euhan:
sic erecta genas aciemque offusa trementi
sanguine desertam rabidis clamoribus urbem
exagitat, clausasque domos et limina pulsans
concilium vocat; infelix comitatus eunti
haerebant nati. atque illae non segnius omnes
erumpunt tectis, summasque ad Pallados arces
inpetus: huc propere stipamur et ordine nullo
congestae; stricto mox ense silentia iussit
hortatrix scelerum et medio sic ausa profari:
'rem summam instinctu superum meritique doloris,
o viduae — firmate animos et pellite sexum! —'
Lemniades, sancire paro; si taedet inanes
aeternum servare domos turpemque iuventae
flore situm et longis steriles in luctibus annos,
inveni, promitto, viam — nec numina desunt —,
qua renovanda Venus: modo par insumite robur
luctibus, atque adeo primum hoc mihi noscere detur.

---

94 *Prisc.* GL II 220, 4 (*de declinatione vocis* Euan) Statius in V: et a . . Euan

---

92 thyias **PQDN**: thy[illegible]as **BL**: thyas **ω** 93 Rapta *ex* -to $\mathbf{L}^{\sigma}$ vocant *ex* vol- $\mathbf{L}^{\sigma}$: vocat **C** ideaque (i- *add.* $\mathbf{b}^{2}$) **b** 94 eu[illegible]an **B**: euan *Prisc.* 95 erecta (recta $\mathbf{b}^{1}$) **Pω**: exserta *Unger 1868 p. 278, cf. 2, 506 Ach. 1, 764* offusa (*ex* ef- μ^{1}) **μς** *Barthius, Heinsius*: effusa **Pω** 96 rabidis **ω**: rapidis **Pfrμν** 97 domos **ω**: -mus **P**, *cf. 2, 155* pulsans *ex* -ant $\mathbf{L}^{\sigma}$ 99 adque **P** illae **Pω**: illa *Baehrens*

ł palladis
100 pallados $\mathbf{Q}^{1}$ 101 Impetus **P** 102 ense *ex* ente $\mathbf{L}^{\sigma}$ 103 et **Pω**: e *Wilkinsius* ausa **Pω**: orsa *Bentleius* 105 expellite **L** 106 sanctire **Q** 108 Ferre (-er- $\mathbf{b}^{2}$) **b** longis **ω**: -os **P** a·n·nos $\mathbf{Q}^{1}$ 109 desunt **Pω**: deerunt *Heinsius*, *sed praesens auget fidem promittentis* 110 Quare novanda $\mathbf{M}^{1}\mathbf{L}$ 111 hoc *ex* huc $\mathbf{P}^{1}$ notẹscere $\mathbf{Q}^{1}$

tertia canet hiemps; cui conubialia vincla
aut thalami secretus honos? cui coniuge pectus
intepuit? cuius vidit Lucina labores,
dicite, vel iustos cuius pulsantia menses
vota tument? qua pace feras volucresque iugari
mos datus. heu segnes! potuitne ultricia Graius
virginibus dare tela pater laetusque dolorum
sanguine securos iuvenum perfundere somnos:
at nos volgus iners? quodsi propioribus actis
est opus, ecce animos doceat Rhodopeia coniunx,
ulta manu thalamos pariterque epulata marito.
nec vos inmunis scelerum securave cogo.
plena mihi domus atque ingens, en cernite, sudor.
quattuor hos una, decus et solacia patris,
in gremio, licet amplexu lacrimisque morentur,
transadigam ferro saniemque et vulnera fratrum
miscebo patremque simul spirantibus addam.
ecqua tot in caedes animum promittit?' agebat
pluribus; adverso nituerunt vela profundo:

---

112 *Σ* 5, 150 ait enim superius: tertia . . vincla 117 *Prisc.* GL II 348, 6 (*propter* ultricia) Statius in V: ultricia Graius . . . . pater

---

112 cui [ł ubi] **ν**^{2} 113 thalami **PD**: -mi≡ **g**: -mis **ω** cui **P**ς: [ł quod] cui **D**: quae **BbL**^{1}: quod **MQNL**$^\sigma$**Cfμν** 114 lucina *ex* iu- **M**$^\sigma$ 115 pulsantia **Pω**: poscentia *Wilkinsius* iusto . . . pubentia mense *Garrodius* 117 Mox [s] **Q**^{1} gravis **C**^{1}**r**: graiis **C**^{2}**Qμ** 119 securos *ex* -us **L**$^\sigma$ 120 *enthymema agnovit Weber* volgus **B**: v[v]olgus **M**$^\sigma$: vulgus (*prius* u *in ras.* b) **Pω** 121 Eost **Q**^{1} ≡rodopeia (co-) **Q** coniuncx **B** 122 Uita [l] **Q**^{1} 123 immunis **P** securaque **C** 124 est atque **C** en *om.* **Cμ**: *s. l.* **Q**^{1} 126 amplexo *ex* -u **L**$^\sigma$ morentur **ω**: moretur **P**: -antur **L**$^\sigma$**r**^{1}**b** 127 Transa[d]igam **Q**^{1} 128 simul [ł super] **P**^{c}: super **ω** 129 Et qua **LC**: Aequa **f**: Ecce **DQ**^{2} animum *ex* -am **b**^{1} 130 adverso≡ (-s) **b**

Lemnia classis erat. rapuit gavisa Polyxo
fortunam atque iterat: "superisne vocantibus ultro
desumus? ecce rates! deus hos, deus ultor in iras
adportat coeptisque favet. nec imago quietis
vana meae: nudo stabat Venus ense, videri
clara mihi somnosque super 'quid perditis aevum?'
inquit 'age aversis thalamos purgate maritis.
ipsa faces alias melioraque foedera iungam.'
dixit, et hoc ferrum stratis, hoc, credite, ferrum
inposuit. quin o miserae, dum tempus agi rem,
consulite; en validis spumant eversa lacertis
aequora, Bistonides veniunt fortasse maritae."
hinc stimuli ingentes, magnusque advolvitur astris
clamor. Amazonio Scythiam fervere tumultu
lunatumque putes agmen descendere, ubi arma
indulget pater et saevi movet ostia Belli.
nec varius fremor aut studia in contraria rapti
dissensus, ut plebe solet: furor omnibus idem,
idem animus solare domos iuvenumque senumque
praecipitare colus plenisque adfrangere parvos
uberibus ferroque omnes exire per annos.

---

131 cla^s^sis **b**[1] 133 deus hos (has **MfC**) ω: heus hos **P** ira **b** 134 Adportat *ex* -as **L**[1] fave⁞t (n) **M**: fa^v^et **b**[1] ^i^mago **b**[1] 135 nudo ω: nuda **P**, *unde* nudo astabat *Garrodius male* 136 somnosque ω: -oque **P** aevum *ex* avum **L**^σ^ 137 Inquid **P**: -i^t^d **Q**[1] adversis r purgaarte **L**^σ^ 138 f^e^odera **Q**[1] 139 ^cre^edite **L**^σ^ fe·^r^rum **Q**[1] 140—219 (*fol.* 43) *alia manu scripti in* **B**, *sed aequali* 140 Imposuit **P** agi *Heinsius*: agit **P**ω, *cf. Verg. Aen.* 5, 638 141 en validis ω: invalidi **P** spu^n^mat **b**[1] 142 bisthodines **P** 143 magn^v^isque **B**: magnus **N** 144 scytiam **P** 145 descendere ω: di- **P** 146 monet **Q** ostia **DN**: hostia ω: ostilia **P** 147 rapti **P**ω: rapta *Baehrens* 148 solent **D** 150 colus *Klotzius*: colos ω: tolos **P**, *cf.* 3, 242. 6, 380. 9, 839. 10, 649 *Silv.* 3, 1, 172 *Ach.* 1, 582. 635. *emendandum fuit etiam Silv.* 1, 4, 64 adfringere **b** 151 omnes **P**ω: animos **f** saevire *Lucianus Müller de re metr.* 1861 *p.* 221

tunc viridi luco — lucus iuga celsa Minervae
propter opacat humum niger ipse, sed insuper ingens
mons premit et gemina pereunt caligine soles —,
hic sanxere fidem, tu Martia testis Enyo
atque inferna Ceres, Stygiaeque Acheronte recluso
ante preces venere deae; sed fallit ubique
mixta Venus, Venus arma tenet, Venus admovet iras.
nec de more cruor: natum Charopeia coniunx
optulit, accingunt sese et mirantia ferro
pectora congestisque avidae simul undique dextris
perfringunt, ac dulce nefas in sanguine vivo
coniurant, matremque recens circumvolat umbra.
talia cernenti mihi quantus in ossibus horror,
quisve per ora color! qualis cum cerva cruentis
circumventa lupis, nullum cui pectore molli
robur et in volucri tenuis fiducia cursu,
praecipitat suspensa fugam, iamiamque teneri
credit et elusos audit concurrere morsus.
illi aderant, primis iamque offendere carinae
litoribus, certant saltu contingere terram
praecipites. miseri, quos non aut horrida virtus
Marte sub Odrysio, aut medii inclementia ponti
hauserit! alta etiam superum delubra vaporant
promissasque trahunt pecudes: niger omnibus aris
ignis, et in nullis spirat deus integer extis.
tardius umenti noctem deiecit Olympo

---

152 Tunc **P**ω: ƚHic **f**[1] *mg.* viridi luco **P**: viridis late ω stat viridis late *Kochius 1865 p. 7* cessa (l *supra*) ν^1 154 sensus **C** 155 Hinc **M**[a] tu **PLN**: tum ω 156 inferna *s. l.* **Q**[2] aceronte **P** 157 falsit **L** 158 admonet **DN** aras b 159 cáropeia **P**: charpeia **C**: carapeia μ 160 Obtulit **P** 161 congestisque (-que *adras. in* **N**) **P**ω: congestis *Müller* 162 Perstringunt (fr *supra*) **D** 164 honus (horror *supra*) **Q**[1] 166 pectore ω: -ra **P** 169 audit ω: -et **P** 172 horrida [illegible] virtus (belli) b 173 hocrysio **B** media **N** 174 Auserit r 177 ~~dieci~~ (deiecit *supra*) **L**[1]

Iuppiter et versum miti, reor, aethera cura
sustinuit, dum fata vetat, nec longius umquam
cessavere novae perfecto sole tenebrae.
sera tamen mundo venerunt astra, sed illis
et Paros et nemorosa Thasos crebraeque relucent
Cyclades; una gravi penitus latet obruta caelo
Lemnos, in hanc tristes nebulae, et plaga caeca superne
texitur, una vagis Lemnos non agnita nautis.
iam domibus fusi et nemorum per opaca sacrorum
ditibus indulgent epulis vacuantque profundo
aurum inmane mero, dum quae per Strymona pugnae,
quis Rhodope gelidove labor sudatus in Haemo,
enumerare vacat. nec non, manus impia, nuptae
serta inter festasque dapes quo maxima cultu
quaeque iacent; dederat mites Cytherea suprema
nocte viros longoque brevem post tempore pacem
nequiquam et miseros perituro adflaverat igni.
conticuere chori, dapibus ludoque licenti
fit modus et primae decrescunt murmura noctis,
cum consanguinei mixtus caligine Leti
rore madens Stygio morituram amplectitur urbem
Somnus et inplacido fundit gravia otia cornu
secernitque viros. vigilant nuptaeque nurusque
in scelus, atque hilares acuunt fera tela Sorores.

---

179 vetat **P** *Baehrens*: vetant (ve$\overset{t}{\text{n}}$ant **L**^{1}) ω: dabant *Madvigius p. 157* 182 paros **PD**: paphos ω thaos **r**μ 183. 182 f, *sed praescriptis* b a *ordo restitutus* 184 ha$\overset{n}{\text{c}}$ **L**$^{\sigma}$ n$\overset{e}{\text{u}}$bi$\overset{u}{\text{l}}$ae **Q**^{1}: nebulaei **C** 185 lemnos ω: -on **P** 188 fero **f** quis **f** strymana **Q** 189 $\overset{h}{\text{e}}$mo **C**^{2} 190 Ennumerare **Q** non *s. l.* **L**$^{\sigma}$ 191 Serta *ex* C- **L**$^{\sigma}$ dabes **f** quam **C** 192 iacet **P**: iac$\overset{n}{\text{e}}$t **L**^{1} 194 igne **Bb** 195 tori ς *Bentleius* dabibus **f**: dapibusque **C** 197 mox sanguinei **f** 199 inplacido **P**ω: inplaci$\overset{d}{\text{t}}$o **B**^{1}**M**$^{\sigma}$: inplacito **fC**: implicito **N**ς 201 adque **P** ac$\overset{u}{\text{c}}$iunt **Q**^{1}

invasere nefas, cuncto sua regnat Erinys
pectore. non aliter Scythicos armenta per agros
Hyrcanae clausere leae, quas exigit ortu
prima fames, avidique inplorant ubera nati.
quos tibi nam, dubito, scelerum de mille figuris
expediam casus. Elymum temeraria Gorge
evinctum ramis altaque in mole tapetum
efflantem somno crescentia vina superstans
vulnera disiecta rimatur veste, sed illum
infelix sopor admota sub morte refugit.
turbidus incertumque oculis vigilantibus hostem
occupat amplexu, nec segnius illa tenentis
pone adigit costas, donec sua pectora ferro
tangeret. is demum sceleri modus; ora supinat
blandus adhuc oculisque tremens et murmure Gorgen
quaerit et indigno non solvit bracchia collo.
non ego nunc volgi quamquam crudelia pandam
funera, sed propria luctus de stirpe recordor:
quod te, flave Cydon, quod te per colla refusis

---

212 *Prisc.* GL II 159, 18 (hostis *communis generis esse*) Statius in V Thebaidos: 'turbidus incertusque . . . amplexu' cum de uxore Elymi (helimi *vel* helymi *codd. plerique*) Gorge loquitur

---

202 cun$\overset{c}{\text{s}}$to $\boldsymbol{\nu}^1$ erynis **P**: ~~erinis~~ (erinis *supra*) $\boldsymbol{\nu}^1$ 203 scyticos **P** 204 $\overset{e}{\text{l}}$ae $\mathbf{M}^\sigma$: deae **C** exigit $\boldsymbol{\omega}$: exiit **P** ortu (*recte* $\boldsymbol{\Sigma}$ incipiente die) **P**$\boldsymbol{\omega}$: antro *Lachmannus* 205 fames (-es *in ras.* **f**) **P**$\boldsymbol{\omega}$: fides **C** avidi cum *Müller* 206 Quos *ex* Quo $\mathbf{b}^2$ nam **P**$\boldsymbol{\omega}$: non **b**: iam *Baehrens* *interpunctionem correxit Lachmannus* 207 Elymum *Kohlmannus*: helymum **P**: helimum ($\overset{e}{\text{e}}$t limum $\boldsymbol{\nu}^2$) $\boldsymbol{\omega}$ 208 Et vinctam **L** 211 a$\overset{d}{\text{m}}$mota $\mathbf{M}^\sigma$ 212 incertumque **P**$\boldsymbol{\omega}$: -tu$\overset{s}{\text{m}}$que $\mathbf{B}^1$: -t$\overset{s}{\text{u}}$que (*fortasse sub* s *latet* -) $\mathbf{Q}^2$**N**: -tusque ς *Prisc.* *cf. Ov. epist. 10, 9* vigilantibus $\boldsymbol{\omega}$ *Prisc.*: vilantibus **P**, *unde* nutantibus *perperam coni. Garrodius* 215 is $\boldsymbol{\omega}$: his **P** 216—305 *in* **D** *paene extincti* 216 per murmura **N**ς *Bentleius* gorgē **P** (*cf. 1, 334*): gorges **f**: g$\overset{o}{\text{a}}$rgen $\mathbf{M}^1$ 217 non solvit **P**$\boldsymbol{\omega}$: solvit sua **N**ς 218 *om.* $\boldsymbol{\mu}$, *add.* $\boldsymbol{\mu}^2$ *mg.* 220 Quid . . quid *ex* Quod . . quod $\mathbf{L}^\sigma\mathbf{b}^1$

intactum, Crenaee, comis, quibus ubera mecum
oblicumque a patre genus, fortemque, timebam
quem desponsa, Gyan vidi lapsare cruentae
vulnere Myrmidones, quodque inter serta torosque
barbara ludentem fodiebat Epopea mater.
flet super aequaevum soror exarmata Lycaste
Cydimon, heu similes perituro in corpore vultus
aspiciens floremque genae et quas finxerat auro
ipsa comas, cum saeva parens iam coniuge fuso
adstitit inpellitque minis atque ingerit ensem.
ut fera, quae rabiem placido desueta magistro
tardius arma movet stimulisque et verbere crebro
in mores negat ire suos, sic illa iacenti
incidit undantemque sinu conlapsa cruorem
excipit et laceros premit in nova vulnera crinis.
ut vero Alcimeden etiamnum in murmure truncos
ferre patris vultus et egentem sanguinis ensem
conspexi, riguere comae atque in viscera saevus
horror iit: meus ille Thoas, mea dira videri
dextra mihi! extemplo thalamis turbata paternis

240 *Ps. Acro* Hor. carm. 1, 17, 23 quam fabulam (*Thoantis et Hypsipylae*) Statius narravit in carmine

221 creneae **P**: crenate **f** 222 Obliquum de patre **C** 223 cruentem **C** 224 myrmidones **P**: -is *ω* quotque *ex* quod- **B**^{1}: quidque *ex* quodque **C**^{1} 225 fodieba…t **Q** ebobea *μ*: opopea **L**: epoea [um supra] **C** 226 Flet… (-que) **Q** lycasta **L**: lycasse **M f** *μ* 227 perituri **r** 228 finxerat (*ex* vi- **L**$^\sigma$) *ω*: fixerat **P** 229 tum saeva **f** *μ* coniunge *μ* fuso… (-s) **Q** 230 impellitque **P** minas [i supra] **Q**^{1} adque **P** ingerit **P**^{1} *mg.* (*quod recepi cl. Silv. 2, 2, 85*): inserit **P**^{1}*ω* 231 rabiem placido **P** (rabie **P**^{c} *mg.*): placido rabiem *ω* *fortasse recte* 232 et *om.* **P** ūbre **L** 233 mortes **C** 234 Incidit *ex* -pit **Q**^{1} (*cf. v. 235*) suto [v supra] (sinu *sscr.* *ν*^{2}) *ν*^{1} 235 Excidit **r**^{1} crines *ex* -is **P**^{1} 236 alcimeden (*ex* -mi- **M**$^\sigma$) *ω*: alciden **P** etiamnum *ω*: -nunc **P** in murmure truncos **P***ω*: murmure trunco *Barthius* 237 ^{e}gentem **B**^{3} 239 mens **C** 240 ex.emplo [t supra] **f**^{1} turbata (-b- *in ras.* **P**^{1}, *non fuit* -p-) **P***ω*

inferor. ille quidem dudum — quis magna tuenti
somnus? — agit versans secum, etsi lata recessit
urbe domus, quinam strepitus, quae murmura noctis,
cur fremibunda quies? trepido scelus ordine pando,
quis dolor, unde animi: "vis nulla arcere furentes;
hac sequere, o miserande; premunt aderuntque moranti,
et mecum fortasse cades." his motus et artus
erexit stratis. ferimur per devia vastae
urbis et ingentem nocturnae caedis acervum
passim, ut quosque sacris crudelis vespera lucis
straverat, occulta speculamur nube latentes.
hic inpressa toris ora exstantesque reclusis
pectoribus capulos magnarum et fragmina trunca
hastarum et ferro laceras per corpora vestes,
crateras pronos epulasque in caede natantis
cernere erat, iugulisque modo torrentis apertis
sanguine permixto redeuntem in pocula Bacchum.
hic iuvenum manus et nullis violabilis armis
turba senes, positique patrum super ora gementum
semineces pueri trepidas in limine vitae
singultant animas. gelida non saevius Ossa
luxuriant Lapitharum epulae, si quando profundo
Nubigenae caluere mero; vix primus ab ira
pallor, et inpulsis surgunt ad proelia mensis.

---

241 quis .. recessit *eodem versu in ras. scr.* ν^2 (*aberraverat librarius* a dudum *ad* secum) 242 ait rμ lassa (ł lata) M^{σ} 244 fremebunda *ex* -mi- M^{σ}: -me- bμ trepidạ (o) M^1: -da f: ▒trepido (s-) **Q** 246 Hac (H *add.* B^3Qb^1) Pω 249 et **P**: ibi **B**: ubi ω 250 crẹdelis (v) f 251 latentes *ex* laetantes B^1 252 ex▒tantesque (-ul- *eras.*) f 253 capulụm (os) Q^1 magnarum et *i. et m.* 255 epulasque *ex* ae- P^1 natantes **P** 256 Cerne erat **P** 257 permixto *Kohlmannus* (*cl. 10, 312*): percommixto **P**: commixto ω 258 volabilis (i) P^1 259 gementẹm (v) f^1 260 Seminạces (e) **Q** 261 ingelidaṣ b^1 262 lapitarum **P** 263 vix (mox) M^{σ} 264 impulsis **P**

tunc primum sese trepidis sub nocte Thyoneus
detexit, nato portans extrema Thoanti
subsidia, et multa subitus cum luce refulsit.
adgnovi: non ille quidem turgentia sertis
tempora nec flava crinem destrinxerat uva:
nubilus indignumque oculis liquentibus imbrem
adloquitur: "dum fata dabant tibi, nate, potentem
Lemnon et externis etiam servare timendam
gentibus, haud umquam iusto mea cura labori
destitit: absciderunt tristes crudelia Parcae
stamina, nec dictis, supplex quae plurima fudi
ante Iovem frustra, lacrimisque avertere luctus
contigit; infandum natae concessit honorem.
adcelerate fugam, tuque, o mea digna propago,
hac rege, virgo, patrem, gemini qua bracchia muri
litus eunt: illa, qua rere silentia, porta
stat funesta Venus ferroque accincta furentes
adiuvat — unde manus, unde haec Mavortia divae
pectora? —: tu lato patrem committe profundo.
succedam curis." ita fatus in aera rursus
solvitur et nostrum, visus arcentibus umbris,
mitis iter longae claravit limite flammae.

---

277 *Serv.* Aen. 7, 306 Statius de Venere: infandum natae concessit honorem

---

265 trepidis *ω*: -dus **P** sub nocte *om.* b 266 Detegit (x *sscr.*) **Q**[1]: etexit r thoante (patri meo *sscr.* **L**$^{\sigma}$) **L**: tonanti **C** 268 Agnovi (A[illegible]gn- **B**) *ω*: -vit **P** 269 destrinxerat **PB**: distri- **MQNrb**: destri- (i *sscr.*) *ν*[1]: disti- **Cf***μ*: definxerat (*i.* dev-) *ex* destenxerat **L**[1] 270 linquentibus **C**: linqu- **M**$^{\sigma}$: li[illegible]qu- f 273 haut **P** 274 abscid[illegible]unt (-er-?) **Q**: -derant **MNfb***μν* 275 ne (c *sscr.*) **L**$^{\sigma}$ pluma (ri *sscr.*) **L**$^{\sigma}$ fu[illegible]di (n) **Q** 276 ioven **L** avertere *ω*: adv- **P** 278 *om.* **N**[1], *add.* **N**[2] *mg.* At celerate **BQ** 279 Ac **B** 280 qua rere (a *ex* e *ut vid.* **P**[1]) **Pb**: qua rara (rata f) *ω* 282 Adiuat (u *sscr.*) **M**$^{\sigma}$ 283 comitte r 285 nostrum (ł nostros *sscr.*) **Q** (*secundum Garrodium*) imbris **C** 286 lumine *μ* flamae r

qua data signa, sequor; dein curvo robore clausum
dis pelagi Ventisque et Cycladas Aegaeoni
amplexo commendo patrem, nec fletibus umquam
fit modus alternis, ni iam dimittat Eoo
Lucifer astra polo. tunc demum litore rauco
multa metu reputans et vix confisa Lyaeo
dividor, ipsa gradu nitente, sed anxia retro
pectora, nec requies, quin et surgentia caelo
flamina et e cunctis prospectem collibus undas.
exoritur pudibunda dies, caelumque retexens
aversum Lemno iubar et declinia Titan
opposita iuga nube refert. patuere furores
nocturni, lucisque novae formidine cunctis,
quamquam inter similes, subitus pudor; impia terrae
infodiunt scelera aut festinis ignibus urunt.
iam manus Eumenidum captasque refugerat arces
exsaturata Venus; licuit sentire, quid ausae,
et turbare comas et lumina tinguere fletu.
insula dives agris opibusque armisque virisque,
nota situ et Getico nuper ditata triumpho,
non maris incursu, non hoste, nec aethere laevo

---

287 de incurvoṛ b^1 289 Amplexu **P**: -xo *ex* -xu f^1 290 Fit **P**ω: sit *Gronovius* alternis *om.* **L**, *suppl.* **L**^{1} nam (nisi iam *superscr.*) **Q**^{1}: nisi iam **Nbr**μ 291. 292 *om.* ν^1, *add.* ν^2 *mg.* 291 tunc **P**ς: tum ω dm̄ **L**^{1}: demum **L**^{1} *mg.* raco (v *superscr.*) f 292 Multo **L** metum μ 293 ipse f gradui r nitente (ł nitenti *superscr.*) sed (et *add.* g^2) **Pg**^{1}: nitens sed et (et *om.* **S**^{1}: nitens sed et **L**$^\sigma$r) ω 294 et **P**ω: haec b quinec (n ex *superscr.*) **Q**^{1} 295 e *om.* **PS**$^1\mu$ prospectent f: -tis ν undis (a *superscr.*) **Q**^{1} 296 retexens *ex* -ent **Q**^{1} 297 Aversum ω: Adv- **PNb**ς declinia (*ex* -nantia f) ω: declinantia **P** 300 Quanquam **P** subitus *Bentleius*: habitus **P**ω pudor **PD**ς: rubor ω 302 refu⁞gerat (1) **P** arces *ex* arg- **P**^{1} 304 Exturbare (*ex* Et b^1) **Crb**$\mu\nu$ turpare *Baehrens* comis (a *superscr.*) f^1 305 opibus r 307 Non *ex* Nam **Q**^{1} hetherae **B**: -re b

perdidit una omnes orbata excisaque fundo
indigenas: non arva viri, non aequora vertunt,
conticuere domus, cruor altus et oblita crasso
cuncta rubent tabo, magnaeque in moenibus urbis
nos tantum et saevi spirant per culmina manes.
ipsa quoque arcanis tecti in penetralibus alto
molior igne pyram, sceptrum super armaque patris
inicio et notas regum velamina vestes,
ac prope maesta rogum confusis ignibus adsto
ense cruentato, fraudemque et inania busta
plango metu, si forte premant, cassumque parenti
omen et hac dubios leti precor ire timores.
his mihi pro meritis, ut falsi criminis astu
parta fides, regna et solio considere patris —
supplicium! — datur. anne illis obsessa negarem?
accessi, saepe ante deos testata fidemque
inmeritasque manus; subeo — pro dira potestas! —
exsangue imperium et maestam sine culmine Lemnon.
iam magis atque magis vigiles dolor angere sensus,
et gemitus clari, et paulatim invisa Polyxo,

---

308 excisaque **P**ω: excussaque *Garrodius cl. 3, 249*: excitaque *Bentleius, sed cf. Ciris 52* fundo ς *Bentleius*: mundo **P**ω 309 arva ω: arma **P**Σ vertunt (ł verrunt) **L**^{1} 310 domus ω: domos **P** 311 madent **N** //magne //taboque ν^{1} -que *s. l.* **M**$^{\sigma}$ 312—353 *in* **D** *paene extincti* 313 in *add. s. l.* **C** penetralibus *ex* -trabilibus **B**^{1}**Qb** alto (u) **P**^{1}; *an* altam? 314 septrum (c) **L**$^{\sigma}$ 315 velamina **P**ς: gestamina ω 316 ignibus **P**ω (*quod explicavit Vollmer 1896 p. 33*): crinibus ς *Lachmannus*; *cf. 5, 301* contusis unguibus *Ellisius* 318 [erasum] (si) (ne) **Q**^{1} 319 haec (ł hac) **M**$^{\sigma}$: hos *ex* haec **f**^{2} 320 et (ut) **M**^{1}: et **f** falsi (-si[erasum] **Q**) ω: falsi in **P** *fortasse recte*, *cf. 1, 77* 321 regna **P**: regno ω, *cf. Vollmer 1896 p. 29* consistere (ł considere) **Q**^{1} 325 culmine **P**ω: at coniuge **B**^{2} *mg.* **L**$^{\sigma}$: culmine (ł coniuge) **Q**$^{1}\nu^{2}$; Σ *utramque lectionem novit, sed* coniuge *in textu*, culmine *pro varia lectione* lẽnõ **P** (*cf. 1, 334*) 327 gemitis *ex* geminis **f** invissa ν^{1} polixo *ex* pro- **b**^{1}

iam meminisse nefas, iam ponere manibus aras
concessum et multum cineres iurare sepultos.
sic ubi ductorem trepidae stabulique maritum,
quem penes et saltus et adultae gloria gentis,
Massylo frangi stupuere sub hoste iuvencae,
it truncum sine honore pecus, regemque peremptum
ipse ager, ipsi amnes et muta armenta queruntur.
ecce autem aerata dispellens aequora prora
Pelias intacti late subit hospita ponti
pinus; agunt Minyae, geminus fragor ardua canet
per latera, abruptam credas radicibus ire
Ortygiam aut fractum pelago decurrere montem.
ast ubi suspensis siluerunt aequora tonsis,
mitior et senibus cygnis et pectine Phoebi
vox media de puppe venit, maria ipsa carinae
accedunt. post nosse datum est: Oeagrius illic
acclinis malo mediis intersonat Orpheus
remigiis tantosque iubet nescire labores.
illis in Scythicum Borean iter oraque primi
Cyaneis artata maris. nos Thracia visu
bella ratae vario tecta incursare tumultu,
densarum pecudum aut fugientum more volucrum.
heu ubi nunc furiae? portus amplexaque litus

329 *om.* **ν**[1], *add.* **ν**[2] *mg.* intrare **C**: vitare (ł iurare **L**[1] *mg.*) **L** 330 trepidi **μ** stabulique **C** 332 Ma^s silo **B**[1]: Massillo **b** 333 It *ex* Et **Q**: Et **fbν** trucum **μ** 334 muta **Pω**: nota *Lachmannus* 336 Pelius **r** hospita **Pω**: hostia **Q**[2]**rνς**: ▒ostia **f**: ostia **μ** 337 et geminus **b**: gemitus **f** 340 Ast *ex* At **b**[2] 341 foebi **P** 342 pupe **br** 343 illi **Q** 344 mediisque **BLCrb**: -usque **Nfν** orfeus **P** 346 scytichum **P** boreā niter **b** primi **PQ**[1]: -mum **ω** 347 maris **P**: maris (vadis) **B**[2]**Q**[1]: vadis **ω**; vadi *ne scribamus, id potissimum obstat, quod Statius de mari singulariter hoc vocabulo non utitur* visu *om.* **b** 348 Vela *Heinsius* incurs▒re (a) (u) **Q**[1] 349 aut fugientium **Pμς**: aufugientum **Q**: aut fu(gi)entum **N** 350 p▒ortu[s] (h) **B**[3] portum amplexaque **b**: portum compl- **N**

moenia, qua longe pelago despectus aperto,
scandimus et celsas turres; huc saxa sudesque
armaque maesta virum atque infectos caedibus enses
subvectant trepidae; quin et squalentia texta
thoracum et voltu galeas intrare soluto
non pudet; audaces rubuit mirata catervas
Pallas, et averso risit Gradivus in Haemo.
tunc primum ex animis praeceps amentia cessit,
nec ratis illa salo, sed divum sera per aequor
iustitia et poenae scelerum adventare videntur.
iamque aberant terris, quantum Cortynia currunt
spicula, caeruleo gravidam cum Iuppiter imbri
ipsa super nubem ratis armamenta Pelasgae
sistit agens; inde horror aquis, et raptus ab omni
sole dies miscet tenebras, quis protinus unda
concolor; obnixi lacerant cava nubila venti
diripiuntque fretum, nigris redit umida tellus
verticibus, totumque notis certantibus aequor
pendet et arquato iamiam prope sidera dorso
frangitur, incertae nec iam prior impetus alno,
sed labat exstantem rostris modo gurgite in imo,

---

353 ≡enses **B** 354 s^{q}ualentia **Q**^{1}**f**^{1} 355 Toracum **P** v^{v}oltu **B**^{1}**Q**^{2}: vultu **P** *ω* soluto *ex* sa- **f**^{1} 357 averso **PD** ς (*cf.* 7, 42): adverso *ω*: aversus *Baehrens inutiliter* 358 Tum **N** 359 salo (*ex* so- **B**^{1}**Q**^{1}**C**^{1}) *ω*: solo **P** 359—403 *in* **D** *paene extincti* 360 videtur **f** 361 aberant (*ex* ad- **L**^{1}) **P** *ω*: aderant **N b** *ν* terris **P** ς: terrae *ω*: terra^{a}e **Q**^{1} cortinia **P**: corti^{n}≡ia (g) **Q**^{1}: continua *ν*^{1} 362 *ima mg. repetitus* (*sed* iupiter inbre) *a* **P**^{c} *vel* **P**^{r}, *item* Ipsa super nubem ratis; *haec litura deleta* caeruleo *ex* caelu- **B**^{1} imbre **Q**: imbra r 363 Ips^{a}ę **f**^{1} 364 aquis *om.* **Q**^{1}, *add.* **Q**^{2} *mg.* 365 *om.* *ν*^{1}, *add.* *ν*^{2} *mg.* 367 -que *om.* *μ* 368 Verticibus **Q**^{1} (ł vorticibus) certantibus **P**: portantibus *ω* (*ex* 1, 293) 369 arquato **PB**^{1} *mg.*: aequato *ω*: aequato **Q**^{1} (ał ar^{q}cuato) iamiam *ω*: iam **P** 370 nec iam **PN** ς: iam nec *ω* 371 ro^{s}tris **Q**^{1}

nunc caelo Tritona ferens. nec robora prosunt
semideum heroum, puppemque insana flagellat
arbor et instabili procumbens pondere curvas
raptat aquas, remique cadunt in pectus inanes.
nos quoque per rupes murorumque aggere ab omni,
dum labor ille viris fretaque indignantur et austros,
desuper invalidis fluitantia tela lacertis —
quid non ausa manus? — Telamona et Pelea contra
spargimus, et nostro petitur Tirynthius arcu.
illi — quippe simul bello pelagoque laborant —
pars clipeis munire ratem, pars aequora fundo
egerere; ast alii pugnant, sed inertia motu
corpora, suspensaeque carent conamine vires.
instamus iactu telorum, et ferrea nimbis
certat hiemps, vastaeque sudes fractique molares
spiculaque et multa crinitum missile flamma
nunc pelago, nunc puppe cadunt, dat operta fragorem
pinus, et abiunctis regemunt tabulata cavernis.
talis Hyperborea viridis nive verberat agros
Iuppiter; obruitur campis genus omne ferarum,

---

386 *Prisc.* GL II 161, 18 molaris a mola derivatum potest esse commune, cum adiectivum est, sed quia plerumque ad dentem vel lapidem refertur, usus frequens masculinum hoc profert. Statius in V Thebaidos: vastaeque .. molares

---

372 Nun r 373 puppemque **ω**: puppimque (*ex* -em- **Q**[1]) **PQ**: pubemque (ł puppem) **M**[σ] 374 instabi‖li (l) **M** pectore **P** (*e v. 375*): ^ pondere **P**[1] *mg.* 375 impectus b inane **C** 377 et austros (ł stri) **M**[σ]: ab austris (*ex v. 376*) **r**[1]**b** **ν**[1] 378 -la lacertis **ν**[2] *in ras.* 379 *om.* **ν**[1], *add.* **ν**[2] *mg.* (*aberraverat librarius a* tela *ad* telamona) 380 tiryntius **P** 382 Pras .. pras **L** pr‖s (a) b 383 astainpugnant (lii) **Q**[1] illi **C** moto **B**: pu motu **L**[1] 386 v‖staeque (a) **B** malares (o) **f**[1] 387 misile **B** **ν**[1] 388 -ragorem *in ras.* **b**[1] (*fuisse videtur* -lamma) 389 ab iunctis **Br**: a cunctis (*prius* c *in ras.*) **b**[1] 390 viridis **PC**: -es **ω**

deprensaeque cadunt volucres, et messis amaro
strata gelu, fragor inde iugis, inde amnibus irae.
ut vero elisit nubes Iove tortus ab alto
ignis et ingentes patuere in fulmine nautae,
deriguere animi, manibusque horrore remissis
arma aliena cadunt, rediit in pectora sexus.
cernimus Aeacidas murisque inmane minantem
Ancaeum et longa pellentem cuspide rupes
Iphiton; attonito manifestus in agmine supra est
Amphitryoniades puppemque alternus utrimque
ingravat et medias ardet descendere in undas.
at levis et miserae nondum mihi notus Iason
transtra per et remos inpressaque terga virorum
nunc magnum Oeniden, nunc ille hortatibus Idan
et Talaum et cana rorantem aspargine ponti
Tyndariden iterans gelidique in nube parentis
vela laborantem Calain subnectere malo
voce manuque rogat; quatiunt inpulsibus illi
nunc freta, nunc muros, sed nec spumantia cedunt
aequora, et incussae redeunt a turribus hastae.
ipse graves fluctus clavumque audire negantem

---

392 Depressaeque *μ* 393 Strata *ex* -ga **B**^{1} f(r)agor (l) **b**^{1} 395 in *om.* **B**^{1}**b**, *add.* **B**^{3} fulmine **PBb**ς: lumine **SL**^{1}**rg**ν^{2}: lumine (ł fulmine) **QN***μ*: flumine (lumine) **M**$^{\sigma}$: flumine **Kf** 396 Diriguere **Mf***μ*: Diruere (ig) **N** 397 rediit **P**: redeunt (-que ς) *ω* sensus (x) **Q**^{1} 398 aeacides (a) **f**^{1} 399 Antheum **SNC**ς: Anceum (ł t) **L**$^{\sigma}$ pellentem *ω*: pall- **PS**^{1} cupide **r** pupes (p) **f** 400 Ephyton **C** attonito **P***ω*: -tae; *Gronovius*: at toto *Menkius*: *sed particula* at *Iasoni non sine causa reservata* 401 pupemque **b**: puppemque (i) **Q**^{2}: puppimque **C** utr(i)imque **BQb** 403 notus mihi *μ* 404 Transra per (t) **M**^{1}: Transra per (t) **b**^{2} 405 oenidem **MCrb** hortatibus *ω*: hortantibus **P**: -ta(n)t- **BQ** idan **P**: idam (y- **BM**) *ω* hortatibus idam **b**^{2} *in lac.* 406 cano **C**: ca(n)a (d) **B** aspergine **P** 407 Tyntariden **M**$^{\sigma}$ 408 laboranti *Bentleius* calaim **b** 409 rogant **r** 410 muros *ex* maros **L**$^{\sigma}$ 412 negantem *ω*: necantem **P**

lassat agens Tiphys palletque et plurima mutat
imperia ac laevas dextrasque obtorquet in undas
proram navifragis avidam concurrere saxis,
donec ab extremae cuneo ratis Aesone natus
Palladios oleae, Mopsi gestamina, ramos
extulit et socium turba prohibente poposcit
foedera; praecipites vocem involvere procellae.
tunc modus armorum, pariterque exhausta quierunt
flamina, confusoque dies respexit Olympo.
quinquaginta illi, trabibus de more revinctis,
eminus abrupto quatiunt nova litora saltu,
magnorum decora alta patrum, iam fronte sereni
noscendique habitu, postquam tumor iraque cessit
vultibus. arcana sic fama erumpere porta
caelicolas, si quando domos litusque rubentum
Aethiopum et mensas amor est intrare minores;
dant Fluvii Montesque locum, tum Terra superbit
gressibus et paulum respirat caelifer Atlans.
  hic et ab adserto nuper Marathone superbum
Thesea et Ismarios, Aquilonia pignora, fratres,
utraque quis rutila stridebant tempora pinna,

---

413 typis **C** ƚ nutat / mutat **C**[2] 414 Impera (i *supra*) **r** 415 concurre[re] saxis **B**[1] 416 ab *ω*: ad **P** extremae *ex* -is **M**[σ]: -mo (-o *in ras.* b) **N b** aesona(en)▒tus **P**[c] natis (v *supra*) **B**[1] 417 oleae *ex glossemate ortum censet Baehrens* mobsi **B L Q b** gestimina (a *supra*) **f**[1]: gestamine *μ* 418 poposscit *ν* 419 voci **r** 420 quierunt *ω*: quierant **P D r**: quierant (v *supra*) **B**[1] 421 Aequora *μ* 422 revinctis *ex* -os **L**[1]: reiunctis **Q** 425 abitu (h *supra*) **B**[1] tumor *Bentleius* (*cl. Verg. Aen.* 8, 40): timor **P** *ω* ipa [re]cessit **r**: iraque ▒ cessit **Q** 426 Vultibus *ex* Ult- **f** fama est **D** 428 intrare **P** *ω*: interra▒ **r**: iterare *Schrader* 429 fontesque **r** tunc *μ* superbit *ex* -vit **P**[1] 430 atlans **P Q** *μ*: at(h)las *ω* 431 abferto *ex* -torto **L**[1]: adferto **L**[1] *mg.* superbum *ex* -vum **P**[1] 433 stridebant *ω*: -bat **P** pinna (e *supra*) **B**[1] **Q**[1]: penna **L f b**

cernimus, hic Phoebo non indignante priorem
Admetum et durae similem nihil Orphea Thracae,
tunc prolem Calydone satam generumque profundi
Nereos. ambiguo visus errore lacessunt
Oebalidae gemini; chlamys huic, chlamys ardet et illi,
ambo hastile gerunt, umeros exertus uterque,
nudus uterque genas, simili coma fulgurat astro.
audet iter magnique sequens vestigia mutat
Herculis et tarda quamvis se mole ferentem
vix cursu tener aequat Hylas Lernaeaque tollens
arma sub ingenti gaudet sudare pharetra.
ergo iterum Venus et tacitis corda aspera flammis
Lemniadum pertemptat Amor. tunc regia Iuno
arma habitusque virum pulchraeque insignia gentis
mentibus insinuat, certatimque ordine cunctae
hospitibus patuere fores; tunc primus in aris
ignis, et infandis venere oblivia curis;
tunc epulae felixque sopor noctesque quietae,
nec superum sine mente, reor, placuere fatentes.
forsitan et nostrae fatum excusabile culpae
noscere cura, duces. cineres furiasque meorum

---

438 *Serv.* Georg. 4, 125 unde de Castore et Polluce ait Statius: Oebalidae fratres (*quod falso ad Silv. 3, 2, 10 refertur: Silvas enim Servius non novit*)

---

434 phebo **P** 435 nihil ω: nil **P** trace **P**: ty^{r}hace **L**$^{\sigma}$ 438 clamis *bis* **P** 439 astile **C** humeros **P** 440 *om.* ν^1, *add.* ν^2 *mg.* astro ɫ auro ν 441 Ardet **B** 442 *om.* **f**^{1}, *add.* **f**^{1} *mg.* 444. 442. 443. 445 **P**, *signo ante 444 et inter 443 ac 445 addito ordo restitutus* 443 curçusu **P**^{1} 446 pertem^{p}tat **P**^{1} tum **N** 447 ^{h}abitusque **B**^{1} 448 Gentibus μ 449 o^{a}ris **M**^{1}**f**^{2}**Q**^{1}: aris *ex* -as **L** 450 I≡gnis (*scripturus erat* Hignis) **B** venere ob^{li}via **Q**^{1}: venerunt obvia r 451 noctisque **P** 452 fatentes ɫ faventes **L**$^{\sigma}$: foventes *Lachmannus* 453 excusabile (ɫ exuperabile) **f**^{2} 454 No^{s}cere r cineres **PDN**ς: -em (-en b) ω

testor: ut externas non sponte aut crimine taedas
attigerim — scit cura deum —, etsi blandus Iason
virginibus dare vincla novis; sua iura cruentum
Phasin habent, alios Colchi generatis amores.
iamque exuta gelu tepuerunt sidera longis
solibus, et velox in terga revolvitur annus.
iam nova progenies partusque in vota soluti,
et non speratis clamatur Lemnos alumnis.
nec non ipsa tamen thalami monimenta coacti
enitor geminos, duroque sub hospite mater
nomen avi renovo; nec quae fortuna relictis
nosse datur, iam plena quater quinquennia pergunt,
si modo fata sinunt aluitque rogata Lycaste.
  detumuere animi maris, et clementior Auster
vela vocat: ratis ipsa moram portusque quietos
odit et adversi tendit retinacula saxi.
inde fugam Minyae, sociosque appellat Iason
efferus, o utinam iam tunc mea litora rectis
praetervectus aquis, cui non sua pignora cordi,
non promissa fides; certe stat fama remotis
gentibus: aequorei redierunt vellera Phrixi.
ut stata lux pelago venturumque aethera sensit

455 externi **f** 456 Atti≡gerim (n) **b** etsi **P**ω: et sic *Peyraredus*: sit *Sandstroemius 1878 p. 49*: scit *Baehrens* 457 *om.* ν^1, *add.* ν^2 *mg.* vinc≡la **f** 458 ^{h}abent **B** cohlchi **L**: cholchi **b** genera^{s}tis b^1 460 ann≡s^{u} (i) Q^1 462 clamatur lemnos **P**: lemnos clamatur **N**ν: lemnos clamatur (ł celebratur) L^{σ}r: lemnos celebratur ω: celebratur lemnos μ 463 monimenta **P**ω: non sponte **N** (*glossa vocis* coacti *in textum inrepsit*) 464 dureque **b** 465 neque enim **r** 466 datur **P**μς: datum (-um est f) ω nam **Crb**ν pergunt (*scil. filii*) **P**ω: vergunt *Lachmannus* 467 aluitque . . . licaste *add.* b^2 licass≡e **f** 468 Detumuere (-umuere *in ras.*) P^1 ~~satis~~ (ł impositi) maris **C** (*debuit* salis) 470 adversi **P**: adsueti ω: asserti **D** tendit ≡≡≡ **N** 471 mimae (huius montis *sscr.* C^2) **C** apellat **Q** 472 oque **r** 475 frixi **P** 476 strata L^1 (pro statuta L^{σ})

Tiphys et occidui rubuere cubilia Phoebi,
heu iterum gemitus, iterumque novissima nox est.
vix reserata dies, et iam rate celsus Iason
ire iubet, primoque ferit dux verbere pontum.
illos e scopulis et summo vertice montis
spumea porrecti dirimentis terga profundi
prosequimur visu, donec lassavit euntes
lux oculos longumque polo contexere visa est
aequor et extremi pressit freta margine caeli.
 fama subit portus, vectum trans alta Thoanta
fraterna regnare Chio, mihi crimina nulla,
et vacuos arsisse rogos; fremit impia plebes,
sontibus accensae stimulis facinusque reposcunt.
quin etiam occultae vulgo increbrescere voces:
'solane fida suis, nos autem in funera laetae?
non deus haec fatumque! quid imperat urbe nefanda?'
talibus exanimis dictis — et triste propinquat
supplicium, nec regna iuvant — vaga litora furtim
incomitata sequor funestaque moenia linquo,
qua fuga nota patris; sed non iterum obvius Euhan,

---

477 Thiptis r 478 Heus *μ*: Hinc C: Hiceu ν^2 nox *ex* lux M^1 479 ^{re}.ser^{a}eta P^1 480 verbere *ex* -rv- P^1 481 e $\nu N^2 ς$: et P*ω* scopul^{i}os Q^1 montis *ex* p- Q^1 482 dirimentes P 483 euntes (*i. comitantes*) P*ω*: hiantes *Heinsii amicus* 484 visum est (-um *in ras.*) f 486 alta *ex* acta b^1 488 furit *μ* plebis P 489 Fontibus r 490 increbrescere (-b^{r}e- M^{σ}: -be- SLr*μν*) *ω*: increscere P 491 in funera (^{vulnere}) M^{σ} laetae (*scil. fuimus*): iactae f: latae *Baehrens* nostra autem in funera laeta est *Garrodius* 492 non deus haec fatumque *sc. suasit* (f^{σ}) quid P*ω*: quod D: qd N: qđ *μ* ^{ur}.be·ne fa^{n}da P^1 non deus haec, fatumque quod imperat urbe, rependet *Garrodius plane inutiliter.* nefandā *cum ironia dictum* 493 dictis et triste *in ras.* P^1 494. 493. 495 L, b a c *praescriptis ordinem restituit* L^{σ} 494 iuant P furtim Pς: furto *ω* (*fortasse recte, cf. 1, 313*): furto (^{furtim}) L^{σ} 496 Qu^{ła}o C^2 mota *Baehrens* euham P (*cf. 1, 334*): euhan B^1

nam me praedonum manus huc adpulsa tacentem
abripit et vestras famulam transmittit in oras.'
   talia Lernaeis iterat dum regibus exul
Lemnias et longa solatur damna querella,
inmemor absentis — sic di suasistis! — alumni,
ille graves oculos languentiaque ora comanti
mergit humo, fessusque diu puerilibus actis
labitur in somnos, prensa manus haeret in herba.
   interea campis, nemoris sacer horror Achaei,
terrigena exoritur serpens, tractuque soluto
inmanem sese vehit ac pos terga relinquit.
livida fax oculis, tumidi stat in ore veneni
spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci
dentis, et auratae crudelis gloria fronti
prominet. Inachii sanctum dixere Tonanti
agricolae, cui cura loci et silvestribus aris
pauper honos; nunc ille dei circumdare templa
orbe vago labens, miserae nunc robora silvae
atterit et vastas tenuat complexibus ornos;
saepe super fluvios geminae iacet aggere ripae
continuus, squamisque incisus adaestuat amnis.

---

497 appulsa **P** tacente **f**: iacentem *Peyraredus*: latentem *Baehrens*: licentum *Garrodius* 498 Abripit **P**ω: Arripit **L**$^\sigma$**Mf**$\mu\nu$ transmisit **N** horas **Mf**: o$\overset{a}{r}$is **B**^{3} 500 Lemnios **f** quaerella **P** 501 Immemor **P** 503 fes$\overset{s}{t}$usque **Q**^{1} puer$\overset{\cdot il}{\cdot}$ibus **P**^{1} 504 pre$\overset{n}{s}$sa **C**^{2} i$\overset{h}{n}$erba **P**^{1} 505 $\overset{h}{\ }$orror **Q**^{1} 506 exoritur **PB**^{2}**L**$^\sigma$**g**$^2\Sigma$: erigitur ω (*ex 2, 412*) tract$\overset{v}{o}$que **B**^{3} 507 post terga **P** 510 fronti **P**: frontis (-$\overset{t}{d}$is **f**^{1}) ω 511 Inachii *Müller*: inachio **P**ω: inachie **r** dixere▒ (-e *in ras.*, *fuit* -unt) **f**^{1} 513 de^i **B**^{3} 514 Orbe *ex* Urbe **B**^{3} vago$\overset{l}{▒}$abens **B**^{1}: vag$\overset{o}{▒}$s labens (-an- *eras.*) **b**^{1} 515 Atte▒rit (r) **B**: Aterit **f** 516 fluvios (-ios *in ras.*) **B**^{3} 517 suamisque **Q**^{1}**f** incisus **P**ω: incensus *Schrader*, *sed ignis ex ore serpentis emittitur*, *cf. v. 521* adaestuat *tamquam mare* annis **b**

sed nunc, Ogygii iussis quando omnis anhelat
terra dei trepidaeque latent in pulvere Nymphae,
saevior anfractu laterum sinuosa retorquens
terga solo siccique nocens furit igne veneni.
stagna per arentesque lacus fontesque repressos
volvitur et vacuis fluviorum in vallibus errat,
incertusque sui liquidum nunc aera lambit
ore supinato, nunc arva gementia radens
pronus adhaeret humo, si quid viridantia sudent
gramina; percussae calidis adflatibus herbae,
qua tulit ora, cadunt, moriturque ad sibila campus:
quantus ab Arctois discriminat aethera plaustris
Anguis et usque Notos alienumque exit in orbem;
quantus et ille sacri spiris intorta movebat
cornua Parnassi, donec tibi, Delie, fixus
vexit harundineam centeno volnere silvam.
quis tibi, parve, deus tam magni pondera fati
sorte dedit? tune hoc vix prima ad limina vitae
hoste iaces? an ut inde sacer per saecula Grais
gentibus et tanto dignus morerere sepulcro?
occidis extremae destrictus verbere caudae

---

518 omn^{i}es anelat **Q**^{1} 519 t▒epidaeque (r) **f**: tepidaeque *Koestlinius verbo* adaestuat *non intellecto* impulvere **b** ripae nymphae **Q**^{1} 520 anfra▒ctu **Q**: amfractu **Mf** 521 veneni▒ (-s) **Q** 522 represos **r** 523 vacu▒is **B**^{1}**Q**: vacuus **f** errat *ex* error **B**^{1} 524 Incertusque sui (*i. mentis non compos*) **P***ω*: incensusque siti *Schrader* 525 radens **P***ω*: rodens **fb** *Heinsius* 526 sudant **f** 527 Gragmina **C**: Grimina **r** percu^{s}sae **b**^{1} 528 ▒ora (h-) **B** 529 pluastris *μ*: pennis **r** 529—533 *post 517 collocandos et delendos censet Müller* 530 et **P***ω*: ad (*ex* ab *ν*^{2}) **Cr***μ*^{1}*ν*: ▒^{ad} **Q**^{1} alienum exivit **f** 531 sacris **C** sacrisp^{i}ris **Q**^{1} speris *cur maluerit Garrodius, nescio* 533 vo^{v}lnere **P**^{r} 535 prima vix **L** primae *Heinsius* 537 morerere *ω*: morere^{re} **B**^{1}**b**^{2}: morere **PLCr***μ*: moriare *ex* morere **Q**^{1} sepulchro **P** 538 districtus *ex* de- **b**^{1}: de- *ex* di- **Q**^{1} verbere (-b- *ex* -v-) **P**^{1}: *in ras.* **B**^{1}: ^{ver}ubere **Q**^{1} gaude **P**

ignaro serpente puer, fugit ilicet artus
somnus, et in solam patuerunt lumina mortem.
cum tamen attonito moriens vagitus in auras
excidit et ruptis inmutuit ore querellis,
qualia non totas peragunt insomnia voces,
audiit Hypsipyle, facilemque negantia cursum
exanimis genua aegra rapit; iam certa malorum
mentis ab augurio sparsoque per omnia visu
lustrat humum quaerens et nota vocabula parvo
nequiquam ingeminans: nusquam ille, et prata recentes
amisere notas. viridi piger accubat hostis
collectus gyro spatiosaque iugera complet,
sic etiam obliqua cervicem expostus in alvo.
horruit infelix visu longoque profundum
incendit clamore nemus; nec territus ille,
sed iacet. Argolicas ululatus flebilis aures
impulit; extemplo monitu ducis advolat ardens
Arcas eques causamque refert. tunc squamea demum
torvus ad armorum radios fremitumque virorum
colla movet: rapit ingenti conamine saxum,
quo discretus ager, vacuasque inpellit in auras
arduus Hippomedon, quo turbine bellica quondam
librati saliunt portarum in claustra molares.

---

545 Σ 5, 620 superius dixit: iam certa malorum mentis ab augurio

---

539 i≣licet **Q** 542 inmutuit (ɫ innotuit) **L**[1]: obmutuit *μ* quaerelis **P** 543 t≣tas (o) (-an-) **b**[1] 544 Audit **Nf** hipsipyle **P**: hyrsipile **L**[1]: hypsile (phi) **M**[σ] 547 Luxtrat (s) **Q**[2] 549 Amis≣ere **B**: Admisere **r** 552 profundom (n) **Q**[1] 554 arcolicas **f** 555 et extemplo **P** 556 tum *μ* suamea **f**: spumea *μ* 557 Tor≣tus *μ* fremitusque *μ* 559 *post* 561 **r** 559 Quo≣ (-d) **B** impellit **P** auras *ex* -is **f**[1] 560 hypomedon **M**: ypom- **f** 561 Librati≣ (-s) **B**: Libgrati **L**[σ]: vibrati *Oudendorpius* molares *ex* ma- **M**[1]

cassa ducis virtus: iam mollia colla refusus
in tergum serpens venientem exhauserat ictum.
dat sonitum tellus, nemorumque per avia densi
dissultant nexus. 'at non mea vulnera' clamat
et trabe fraxinea Capaneus subit obvius 'umquam
effugies, seu tu pavidi ferus incola luci,
sive deis, utinamque deis, concessa voluptas,
non, si consertum super haec mihi membra Giganta
subveheres.' volat hasta tremens et hiantia monstri
ora subit linguaeque secat fera vincla trisulcae,
perque iubas stantes capitisque insigne corusci
emicat, et nigri sanie perfusa cerebri
figitur alta solo. longus vix tota peregit
membra dolor, rapido celer ille volumine telum
circumit avulsumque ferens in opaca refugit
templa dei; hic magno tellurem pondere mensus
inplorantem animam dominis adsibilat aris.
illum et cognatae stagna indignantia Lernae,
floribus et vernis adsuetae spargere Nymphae,
et Nemees reptatus ager, lucosque per omnis
silvicolae fracta gemuistis harundine, Fauni.

---

562 ducis (-s *add.* **B**^{3}) **PKbB**: duci *ω* (*fortasse recte*): duci^s **Q**^{2}: duci⁞ (-s) **f** iam **PBrb**: nam *ω*: $\overset{nam}{\text{iam}}$ **L**$^{\sigma}$**K**^{2}**M**$^{\sigma}$**S**^{2} refusis **C** 563 venientemque **C** exhauserat **P***ω*: evaserat ς *Barthius*: excluserat *Heinsius* 564 avia **PDNS**^{2}ς: aera *ω* 565 non mea **L**^{1} *in ras.* 566 subit (*om.* **L**) *ω*: subiit **P** usquam **f** 568 Sive deus *ν* volontas **N** 570 $\text{Subve}\overset{\cdot he}{\cdot}\text{res}$ **L**^{1} asta **C** 572 ̣c̣ọṃịṭịṣ capitisque (*vocem del.* *ν*^{2}) *ν* 573 sanie *ex* sanae **B**^{3} 574 alta (-o **L**) *ω*: hasta **P**: $\overset{\text{ł hasta}}{\text{alta}}$ **M**$^{\sigma}$: acta *ν*ς *Heinsius* peredit *Lachmannus*: peragrat *Garrodius*, *sed praesenti locus non est* 575 $\text{rapid}\overset{o}{\text{e}}$ **B**^{1} lumine **r** 576 Circuit **P** $\text{o}\overset{c}{\text{p}}\text{aṭa}$ **Q**^{1} 577 dei hic (hic *in ras.* **B**^{1}) **P***ω*: dehinc *Müller 1861 p. 16*, *sed synaloepha non magis aspera quam 2, 458. 6, 251* 579 lernae *in ras.* **L**^{1} 581 raepṭatus (*ex* rap- **Q**^{2}) **Qf**: raptatus **C***μ***r**: $\text{r}\overset{e}{\text{ạ}}\text{p-}$ **L**^{2} omnes **P** 582 fracta *ω*: -tae **P**

ipse etiam e summa iam tela poposcerat aethra
Iuppiter, et dudum nimbique hiemesque coibant,
ni minor ira deo gravioraque tela mereri
servatus Capaneus; moti tamen aura cucurrit
fulminis et summas libavit vertice cristas.
  iamque pererratis infelix Lemnia campis,
liber ut angue locus, modico super aggere longe
pallida sanguineis infectas roribus herbas
prospicit. huc magno cursum rapit effera luctu
agnoscitque nefas, terraeque inlisa nocenti
fulminis in morem non verba in funere primo,
non lacrimas habet: ingeminat misera oscula tantum
incumbens animaeque fugam per membra tepentem
quaerit hians. non ora loco, non pectora restant,
rapta cutis, tenuia ossa patent nexusque madentes
sanguinis imbre novi, totumque in vulnere corpus.
ac velut aligerae sedem fetusque parentis
cum piger umbrosa populatus in ilice serpens,
illa redit querulaeque domus mirata quietem
iam stupet inpendens advectosque horrida maesto
excutit ore cibos, cum solus in arbore paret
sanguis et errantes per capta cubilia plumae.

---

585 **Σ** 1, 45 alio horrore: maiore impetu dictionis. ut ipse alibi: gravioraque tela mereri

---

583 e summa **P**ω: ≡ summa **B**: summa μ**rb**: summȧ (o) **L**[2] iam ω: tam **P**: iam nun **Q**[1] aethna (h *in ras.*) μ^2: ethera **L** 584 hiemesque (-es **N**) ω: -isque **P** co≡ibant (h) **Q**: cohibant **r** 586 canapeus **M** non (moti) ν^1 587—593 *om.* **C**[1], *add.* **C**[2] (Fulminis) 587 libravit **BQNCfrb** 588 lem≡nia **b** 590 (h)erbas **L**[1] 591 lucto (v) **Q** 592 A≡gnoscitque (d) **B**: Agn- **P** 593 vulnere *Bentleius* 594 tantum *ex* -ton **L**[1] 597 tenuia (*in lac.* **b**[2]) **P**ω: tenua **B**: tenua (i) **f**[2]: tenera ς 600 populatur **f** *finis libri in* **D** *praeter* 646. 647. 694—696 *paene non legitur* 602 Iam stupet **P**: Stat super ω impendens **P** 603 arbore (a- *ex* n- **L**[1]) **L** paret **PD**: cara ω 604 plu≡mae (m) **B**

ut laceros artus gremio miseranda recepit
intexitque comis, tandem laxata dolori
vox invenit iter, gemitusque in verba soluti:
'o mihi desertae natorum dulcis imago,
Archemore, o rerum et patriae solamen ademptae
servitiique decus, qui te, mea gaudia, sontes
extinxere dei, modo quem digressa reliqui
lascivum et prono vexantem gramina cursu?
heu ubi siderei vultus? ubi verba ligatis
inperfecta sonis risusque et murmura soli
intellecta mihi? quotiens tibi Lemnon et Argo
sueta loqui et longa somnum suadere querella!
sic equidem luctus solabar et ubera parvo
iam materna dabam, cui nunc venit inritus orbae
lactis et infelix in vulnera liquitur imber.
nosco deos: o dura mei praesagia somni
nocturnique metus, et numquam inpune per umbras
attonitae mihi visa Venus! quos arguo divos?
ipsa ego te — quid enim timeam moritura fateri? —
exposui fatis. quae mentem insania traxit?
tantane me tantae tenuere oblivia curae?
dum patrios casus famaeque exorsa retracto
ambitiosa meae — pietas haec magna fidesque! —,
exsolvi tibi, Lemne, nefas; ubi letifer anguis,

---

620 Σ 5, 628 exso vi tibi: hoc est quod superius ait: nosco deos

---

ł tersit
606 Intexitque *ν*² lassata **Q** dolori *Bentleius et Heinsius*: dolore **P***ω* 607 gemitus **f** 608—616 *in* **Pf** *neumis instructi* 609 Archemare **b** et *om.* *μ* 611 Extincxere **Bb** quae **C** 615 argo ς *Gronovius*: argos **P***ω*: argon ς (*usu Ovidiano*) 616 S^v^eta **B**¹ 618 irritus **P** orbae **P**: or[illegible] **B**¹: ori **B**¹ *mg.* *ω*: ore (*ex* ori **M**^σ^) **MC** irritus ori *add.* **b**² 619 linquitur **r**¹**b**¹ hymber **Bb** 620 dura **P***ω*: vera *Müller cl. 9, 631. 886* 622 ven^v^is **r** 625 *om.* **L**¹, *add.* **L**^σ^ oblivia **b**² *in lac.* 626 Cum *μ* -que *om.* **r**

ferte, duces, meriti si qua est mihi gratia duri,
si quis honos dictis, aut vos extinguite ferro,
ne tristes dominos orbamque inimica revisam
Eurydicen, quamquam haud illi mea cura dolendo
cesserit. hocne ferens onus inlaetabile matris
transfundam gremio? quae me prius ima sub umbras
mergat humus?' simul haec terraque et sanguine voltum
sordida magnorum circa vestigia regum
vertitur, et tacite maerentibus inputat undas.
et iam sacrifici subitus per tecta Lycurgi
nuntius inplerat lacrimis ipsumque domumque,
ipsum adventantem Persei vertice sancto
montis, ubi averso dederat prosecta Tonanti,
et caput iratis rediens quassabat ab extis.
hic sese Argolicis inmunem servat ab armis
haud animi vacuus, sed templa araeque tenebant.
necdum etiam responsa deum monitusque vetusti
exciderant voxque ex adytis accepta profundis:
'prima, Lycurge, dabis Dircaeo funera bello.'
id cavet, et maestus vicini pulvere Martis
angitur ad lituos periturisque invidet armis.
ecce — fides superum! — laceras comitata Thoantis
advehit exsequias, contra subit obvia mater,

---

631. 632 *om.* **L**[1], *add.* **L**$^{\sigma}$ 631 Nec **b** orbamque *ex* -em- **C**[1] 632 haut **P**: haud *ex* aut **B**[1]: haud *s. l.* **f**[1] 634 in gremio **r** umbra **S** 635 ~~dec~~ hec **L**[1] contraque **C** $\overset{v}{\text{o}}$ltum **B**[1]**Q**[2]: vultum **P** 636 re$\overset{g}{\text{r}}$um **Q**[1(?)] 637 Vertitur *ex* Vest- **f**[1] imputat **P** inu$\overset{b}{\text{n}}$das p$\overset{a}{\text{u}}$tat μ^2 638 lygurgi (*vel* li-) ω 639 implerat **P**: -pleverat **r** 640 $\overset{v}{\text{i}}$ertice **B**[1] 641 adverso **C**ν profecta **C** 642 capud **b** residens **f** 643 immunem **P** servat **Mb**: servabat **P**ω: serva≡t (-ba-) **B**[3]: servat$\overset{bat}{≡}$ **f**[2] 644 Haut **P** 645 vetusti *ex* -asti **b**[2] 646 voxque ex **S**[2]**Cfb**[2]: voxque ω: voxque est **Q**: nec vox≡ ex **N**: ac vox **M**: et vox ν: *om.* **P**: Cirrhae ante *Garrodius olim* 647 lygurge **MfCb** 649 periturisque (par- **r**) **P**ω: periturusque *Lachmannus* 650 *distinxit Lachmannus* lacera≡s **f**

femineos coetus plangentiaque agmina ducens.
at non magnanimo pietas ignava Lycurgo:
fortior ille malis, lacrimasque insana resorbet
ira patris, longo rapit arva morantia passu
vociferans: 'illa autem ubinam, cui parva cruoris
laetave damna mei? vivitne? inpellite raptam,
ferte citi comites; faxo omnis fabula Lemni
et pater et tumidae generis mendacia sacri
exciderint.' ibat letumque inferre parabat
ense furens rapto; venienti Oeneius heros
impiger obiecta proturbat pectora parma,
ac simul infrendens: 'siste hunc, vesane, furorem,
quisquis es!' et pariter Capaneus acerque reducto
adfuit Hippomedon rectoque Erymanthius ense,
ac iuvenem multo praestringunt lumine; at inde
agrestum pro rege manus. quos inter Adrastus
mitius et sociae veritus commercia vittae
Amphiaraus ait: 'ne, quaeso! absistite ferro,

---

653 *post* 655 **B** ▒nimo (magnanimo **B**^{3} *mg.*) **B**: magnonimo **L** lygurgo (*ex* lyc- **M**$^\sigma$) **MCb** 654 magis **μ** 655 lo▒go (n *sscr.*) **B**^{3} 657 impellite **P** 658 citi **P**: cito **ω** faxo *in lac.* **b**^{2} 659 sacri **P**^{1} *mg.* **ω**: falsi **P**^{1} 660 ferebat (para *sscr.*) **M**$^\sigma$ 661 oneius **f** 662 perturbat **f** pectora *ex* -re **Q**^{1} 663 inferendens **Q** hunc (huc, n *sscr.*, **Q**^{1}) **ω**: huc **P** 664 reducto **Pω**: retecto *Imhofius*; *sed Statius tur reductum Hippomedontis ensem opposuit recto Parthenopaei ad similitudinem, ut videtur, tyrannicidarum Atheniensium* 665 rectoque (ratoque **L**$^\sigma$: rectoque, r *sscr.*, **v**^{2}) **ω**: rectorque (ret- **b**) **PDbμ**: recto▒que (ł recto *sscr.*) **B**: rectorque **Sg**; *recte* **Σ** rectoque ... quidam rectorque legunt, sed male erymanthius (parthenopeus *sscr.*) **P**^{c} **S** 666 praestringunt *ex* perstr- **Q**^{2} ad inde **P**
668 Mitior *ex* -ius **Q**^{1}**μ**^{2} vittae **BMC**: vitae **PQDNbrμ**: vittae *ex* vitae **L**$^\sigma$ (vitae *sscr.* **L**$^\sigma$): vitae (ł vittae *sscr.*) **f**^{1}; **Σ** vitae, alii vittae legunt (*utrumque explicat*) vittae *cum Garrodio scripsi*, *quia Lycurgus a sacrificio accurrit* 669 Amphioraus **C** ait **Pω**: a▒it (g) **BQNf**: agit **r**^{1}: agit (ł ait *sscr.*) **M**$^\sigma$

unus avum sanguis, neve indulgete furori,
tuque prior.' sed non sedato pectore Tydeus
subicit: 'anne ducem servatricemque cohortis
Inachiae ingratis coram tot milibus ausus
mactare in tumulos — quanti pro funeris ultor! —,
cui regnum genitorque Thoas et lucidus Euhan
stirpis avus? timidone parum, quod gentibus actis
undique in arma tuis inter rapida agmina pacem
solus habes? habeasque, et te victoria Graium
inveniat tumulis etiamnum haec fata gementem.'
dixerat, et tandem cunctante modestior ira
ille refert: 'equidem non vos ad moenia Thebes
rebar et hostiles huc advenisse catervas.
pergite in excidium socii, si tanta voluptas,
sanguinis, inbuite arma domi, atque haec inrita dudum
templa Iovis — quid enim haud licitum? — ferat inpius ignis,
si vilem, tanti premerent cum pectora luctus,
in famulam ius esse ratus dominoque ducique.
sed videt haec, videt ille deum regnator, et ausis
sera quidem, manet ira tamen.' sic fatus, et arces
respicit. atque illic alio certamine belli
tecta fremunt; volucres equitum praeverterat alas
Fama recens, geminos alis amplexa tumultus:

---

671 sedatus **f** 672 anne[erased] (-c) **b** 673 ausus (*sc. es*) **P**: audes **ω**: ausis *Kohlmannus* 675 lucidus **Pω**: Lydius *Garrodius* 676 Stripis (i) **M**$^{\sigma}$ 678 (h) abes **B**[1] abeasque **ν**: habeas **N** 679 tumuli[erased]s **b** etiam num (ł tunc) **Q**[2] 680 ira *ex* ita **B**[1] 681 re refert **r** non **Pω**: nunc *Baehrens*: nam *Koestlinius*, *sed ex* advenisse *supplenda est eundi notio* thebes *ex* -as **C**: thebae **r** ad menia tebes *add.* **b**^{r} 682 et **Pω**: at *Barthius* 683 excidiim (v) **B**[1] 684 Sanguine (is) **M**$^{\sigma}$ irrita **P** 685 [erased] (enim) (ē) **M**$^{\sigma}$ haud *ex* aut **B**[3] impius **P** 688 ausi[erased]s **M** 689 arces **Pω**: aras *Garrodius falso, nam ad* tecta *respicit* 690 atque *om.* **L**[1], *add. s. l.* **L**$^{\sigma}$ 691 equitum *ex* -dum **Q**[1] alis (a) **Q**[1] 692 re[erased]cens **B**: repens ς *Barthius* alis **Pω**:

illi ad fata rapi atque illi iam occumbere leto,
sic meritam Hypsipylen iterant, creduntque, nec irae
fit mora, iamque faces et tela penatibus instant,
vertere regna fremunt raptumque auferre Lycurgum
cum Iove cumque aris; resonant ululatibus aedes
femineis, versusque dolor dat terga timori.
alipedum curru sed enim sublimis Adrastus
secum ante ora virum fremibunda Thoantida portans
it medius turmis, et 'parcite, parcite!' clamat,
'nil actum saeve, meritus nec tale Lycurgus
excidium, gratique inventrix fluminis ecce.'
sic ubi diversis maria evertere procellis
hinc Boreas Eurusque, illinc niger imbribus Auster,
pulsa dies regnantque hiemes, venit aequoris alti
rex sublimis equis, geminusque ad spumea Triton
frena natans late pelago dat signa cadenti,
et iam plana Thetis, montesque et litora crescunt.
quis superum tanto solatus funera voto
pensavit lacrimas inopinaque gaudia maestae
rettulit Hypsipylae? tu gentis conditor, Euhan,
qui geminos iuvenes Lemni de litore vectos

---

aulis *Garrodius verbis* volucres . . . recens *parenthesi seclusis speciosa quidem coniectura, sed falsa. nec enim tecta geminos tumultus amplectuntur, cum alter procul ab arce sit* agilis complexa *Lachmannus, sed* agilis *ad* praeverterat *referri potest, non potest ad* complexa 694 hipsipylen **P** 695 namque **Q** 696 ligurgum (*ex* lic- b^2) **Mfb** 698 -que *om.* **Q** 699 Alipedum **P**ω: alipedi *Iortinus* cursu *ex* -ru L^2 700 thoantida (-dida **L**) ω: -tia **P** 701 It *ex* Id b^1 702 actum *sc. sit* ligurgus **Mf** 703 ecce **P**ω: haec est *Phillimorius non recte. Adrastus enim Hypsipylen militibus eam periisse ratis ostendit* 704 evertere (e- *add.* Q^2) **Q** 705 Hinc ω: Hic **P**μ illic μ hauster **P** 706 venit *s. l.* f^1 707 ad ω: ab **P** tritom **P** (*cf. 1, 334*) 708 Fre[n]a (t) μ^2 natans *ex* -ens Q^1 cadenti ω: canenti P^1: patenti P^1 *mg.*: cadendi *Barthius* 709 iam ịaṃ **C** plena **Mf** montisque **P** 710 Quis ω: Qui **P** funera **P**: munere ω voto **P**ω: vota (*ex* -to ν^1) B^3 $K^2\mu\nu$: voti **LQf** 711 Pensavit (-ens- *in ras.* f^1) 712 Retulit **P** hipsipyle **P** euhā **P**: euham **Bb** (*cf. 1, 334*)

intuleras Nemeae mirandaque fata parabas.
causa viae genetrix, nec inhospita tecta Lycurgi
praebuerant aditus, et protinus ille tyranno
nuntius extinctae miserando vulnere prolis.
ergo adsunt comites — pro fors et caeca futuri
mens hominum! — regique favent; sed Lemnos ad aures
ut primum dictusque Thoas, per tela manusque
inruerant, matremque avidis complexibus ambo
diripiunt flentes alternaque pectora mutant.
illa velut rupes inmoto saxea visu
haeret et expertis non audet credere divis.
ut vero et vultus et signa Argoa relictis
ensibus atque umeris amborum intextus Iason,
cesserunt luctus, turbataque munere tanto
conruit, atque alio maduerunt lumina fletu.
addita signa polo, laetoque ululante tumultu
tergaque et aera dei motas crepuere per auras.
tunc pius Oeclides, ut prima silentia volgi
mollior ira dedit placidasque accessus ad aures:
'audite, o ductor Nemeae lectique potentes
Inachidae, quae certus agi manifestat Apollo.
iste quidem Argolicis haud olim indebitus armis

---

714 Intuleris r 715 genitrix **P** regna **BNCf** ligurgi **L**^{1}**Mf** 717 ex<u>tinc</u>tinctae r^{2} 718 Ego **N** sors **B**: sors *ex* fors **L** cae^{c}ṇa **M**^{1} 720 tela *ex* tala **N** 722 Diṣripiunt **M**^{1}: Deripiunt **L** 723 immot▒ **P**: immota **L** 724 nondum *Garrodius* 725 ad vultus *Sandstroemius 1878, p. 50 cum verbum omitti non videret* argo **b** 726 acque **Q** textus **f** 728 lumin^{a}e **M**$^{\sigma}$ 730 crepuer^{e}<u>unt</u> **Q**^{1} 731 pius **P**ω: prius **BMLQfb** ^{oeclides}amfiaraus **P**^{1}: oedipọdes ν^{1}: oeclides ν^{1} *mg.* prima *ex* -mum **Q**^{1} ^{v}volgi **B**: vulgi **P** 732 accessus **BL**ς (*cf. Silv. 5, 1, 19*): acces^{sus}ṣiṭ **Q**^{1}: accessit **P**ω, *sed Amphiaraus huius enuntiati subiectum esse non potest* $^{ł\,aures}$auras r 733 ne^{e}mae **M**^{1} ▒lectique (e-) **M**: le^{c}tique **L**$^{\sigma}$ 734 Inachidae ω: Inachiae **P** agi ω: ait **P** 735 haut **P**

luctus adest, recto descendunt limite Parcae:
et sitis interitu fluviorum et letifer anguis,
et puer, heu nostri signatus nomine fati,
Archemorus, cuncta haec superum demissa suprema
mente fluunt. differte animos festinaque tela
ponite; mansuris donandus honoribus infans.
et meruit; det pulchra suis libamina virtus
manibus, atque utinam plures innectere pergas,
Phoebe, moras, semperque novis bellare vetemur
casibus, et semper Thebe funesta recedas!
at vos magnorum transgressi fata parentum
felices, longum quibus hinc per saecula nomen,
dum Lernaea palus et dum pater Inachus ibit,
dum Nemea tremulas campis iaculabitur umbras,
ne fletu violate sacrum, ne plangite divos:
nam deus iste, deus, Pyliae nec fata senectae
maluerit, Phrygiis aut degere longius annis.'
finierat, caeloque cavam nox induit umbram.

---

736 descendunt **P**ω: sed tendunt *Garrodius* 737 inte(ri)ntu **Q**[1] 739 demissa ω: di- **Pr**ν supprema **Bb**: superna *Heinsius* 742 det **P**ω: te **f** 743 adque **P** 744 vetemur *om.* **f**[1], *add.* **f**[r]: veremur **B** 745 thebae **P** recedas **P**: -dat ω 747 hinc *ex* hunc **f** per *om.* **L**[1], *add. s. l.* **L**$^{\sigma}$ 748 inacus **P** 751 pyliae (nestorem dic(it)) **P**[c] senectae *ex* -ecus **C**[1] 752 Maluerit ω: -rim **P** frygiis (tithonem dic(it)) **P**[c]: pr(h)ygiis **M**$^{\sigma}$ del~~e~~gere **L**$^{\sigma}$ *post* 753 LIB · U · EXPLICIT · | INCIP STATII POETAE THEBAID LIB · UI · **P**; *in* **L** *reliqua pagina (16 v.) vacua est, argumento libri sexti reservata*

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER VI.

Nuntia multivago Danaas perlabitur urbes
Fama gradu, sancire novo sollemnia busto
Inachidas ludumque super, quo Martia bellis
praesudare paret seseque accendere virtus.
Graium ex more decus: primus Pisaea per arva
hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem
pulvereumque fera crinem detersit oliva;
proxima vipereo celebratur libera nexu
Phocis, Apollineae bellum puerile pharetrae;
mox circum tristes servata Palaemonis aras
nigra superstitio, quotiens animosa resumit
Leucothea gemitus et amica ad litora festa
tempestate venit: planctu conclamat uterque
Isthmos, Echioniae responsant flebile Thebae.
et nunc eximii regum, quibus Argos alumnis

6, 1—135 *in* **D** *paene extincti* 2 santire **L** 4 seque (se *s. l.*) **L**[σ] accedere (n *s. l.*) **B**[1] 5 more *s. l.* **f**[1] 6 alchides **P** honorem *ex* -es **Q**[1] 7 fera (feracem *s. l.*) **P**[c], *cf.* **Σ** 8 vippereo **C** celebratur **P**: celebravit *ω*; *cf. Vollmer 1896 p. 30* 10 servatẹ (II *s. l.*) **Q**[2]: -te r palemonẹs (i *s. l.*) **f**[1] 11 igra r resummit r 12 Leuchathea **L** 13 utrimque *Lachmannus, sed cf. 6, 675* 14 aechioniae **B**: achi- **L** thhebae **B** 15 tunc **C** eximii *ex* -igui **f**[1] reg≡um (n) **M**

conexum caelo, quorumque ingentia tellus
Aonis et Tyriae suspirant nomina matres,
concurrunt nudasque movent in proelia vires.
ceu primum ausurae trans alta ignota biremes,
seu Tyrrhenam hiemem, seu stagna Aegaea lacessant,
tranquillo prius arma lacu clavumque levesque
explorant remos atque ipsa pericula discunt;
at cum experta cohors, tunc pontum inrumpere fretae
longius ereptasque oculis non quaerere terras.
clara laboriferos caelo Tithonia currus
extulerat vigilesque deae pallentis habenas
et Nox et cornu fugiebat Somnus inani;
iam plangore viae, gemitu iam regia mugit
flebilis, acceptos longe nemora avia frangunt
multiplicantque sonos. sedet ipse exutus honoro
vittarum nexu genitor squalentiaque ora
sparsus et incultam ferali pulvere barbam.
asperior contra planctusque egressa viriles
exemplo famulas premit hortaturque volentes
orba parens, lacerasque super prorumpere nati
relliquias ardet totiensque avolsa refertur.

TESTIMONIA 19 *Mico* 53 ceu .. biremes

16 Contexum b 18 Concurrant (v *supra* a) Q^2 improelia b: in pulvere *Heinsius* 19 alta (ł lata *supra*) r bire▒es (m *supra*) (n *aut* p) Q^1 20 tyrhenam B lacessant PC: lacessunt (-sscunt B: -ss▒unt Q: -scunt f: -scit ν) ω: lacessant *ex* -scunt M^{σ} 21 lavesque (e *supra* a) B^1 23 tum f freta ∸ B 24 eraptasque r 25 laboriferos Pω: ubi roriferos *Lachmannus male, cf. Verg. Aen. 11, 182* 26 vigesque (vigiles *supra*) Q^1 havenas P 27 ▒nox (m-) Q somnis (v *supra* i) M^1 inani▒ (-s) Q 29 ▒▒▒ (plangunt *supra*) (*fuit* f-) Q^2 30 honoro ω: -rae P: -re (o *supra* e) M^{σ} 31 genitor *ex* -os L^{σ} sqalentia B: sualentia Q^1f 35 prorumpere P: procumbere ω; *hoc Garrodius praetulit, illud quodammodo duas notiones in se continet et defenditur opposito* refertur 36 Reliquias P avolsa f: avolsa (v *supra* o) B^1Q^2: avulsa P: advulsa r

arcet et ipse pater. mox ut maerentia dignis
vultibus Inachii penetrarunt limina reges,
ceu nova tunc clades et primo saucius infans
vulnere letalisve inrumperet atria serpens,
sic alium ex alio quamquam lassata fragorem
pectora congeminant, integratoque resultant
accensae clamore fores; sensere Pelasgi
invidiam et lacrimis excusant crimen obortis.
 ipse, datum quotiens intercisoque tumultu
conticuit stupefacta domus, solatur Adrastus
adloquiis genitorem ultro, nunc fata recensens
resque hominum duras et inexorabile pensum,
nunc aliam prolem mansuraque numine dextro
pignora. nondum orsis modus, et lamenta redibant.
ille quoque adfatus non mollius audit amicos,
quam trucis Ionii rabies clamantia ponto
vota virum aut tenues curant vaga fulmina nimbos.
 tristibus interea ramis teneraque cupresso
damnatus flammae torus et puerile feretrum
texitur: ima virent agresti stramina cultu;
proxima gramineis operosior area sertis,
et picturatus morituris floribus agger;
tertius adsurgens Arabum strue tollitur ordo

37 sq. *Serv.* Aen. **11**, **36** sic in Statio ingressis ducibus denuo defletur Archemorus

37 ut mox *μ*   38 Cultibus (v *s. l.*) **C**[2]   inhachii **BQ**: in≡achii **b**   41 fragorem *ω*: -re **P**   42 tumultu (resultant *s. l.*) **M**$^{\sigma}$ (*e v. 45*)   43 clamore *ex* -rae **M**$^{\sigma}$ sensere **P***ω*: mox persensere **f**   44 excu≡sant (s) **f**   45 datum *ex* -ta **f**[1]   tumulto (v *s. l.*) **B**[1]   47 Alloquiis **P**   ultro *s. l. add.* **L**[1]   49 pignora dextro Numine **N**   51—53 *om.* **P**: deficiū tres *adscr.* **P**^{r}; *cf. Helmius 1896 p. 125 et Hermes 40* (*1905*) *p. 354*   53 aut **P**^{r}*ω*: ac **r**   flumina **DNC**   flumina lembos *coni. Garrodius*, *sed cf. Verg. Georg. 1, 92*   55 toros (u *s. l.*) **Q**[1]   pueri≡le (l) **B**   56 stramine (a *s. l.*) **M**$^{\sigma}$ 57 oper≡sior (o *s. l.*) (a) **M**$^{\sigma}$ area *ω*: aera **PC**   58 morituris *ex* -us **f**

Eoas conplexus opes incanaque glebis
tura et ab antiquo durantia cinnama Belo.
summa crepant auro, Tyrioque attollitur ostro
molle supercilium, teretes hoc undique gemmae
inradiant, medio Linus intertextus acantho
letiferique canes: opus admirabile semper
oderat atque oculos flectebat ab omine mater.
arma etiam et veterum exuvias circumdat avorum
gloria mixta malis adflictaeque ambitus aulae,
ceu grande exequiis onus atque inmensa ferantur
membra rogo, sed cassa tamen sterilisque dolentes
fama iuvat, parvique augescunt funere manes.
inde ingens lacrimis honor et miseranda voluptas,
muneraque in cineres annis graviora feruntur —
namque illi et pharetras brevioraque tela dicarat
festinus voti pater insontesque sagittas;
iam tunc et nota stabuli de gente probatos

---

61 *Serv.* Aen. 1, 642 a Belo primo rege Assyriorum ut: ab antiquo .. Belo. *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 148 cinnamum genus thuris. Statius: ab antiquo .. bello 64 *Serv.* Ecl. 4, 57 Linus cum nomen hominis dicimus, Li- brevis est. Statius: medio .. acantho

---

60 glabeis (e b *s. l.*) **Q**^{1} 61 belo **PQb** *Serv.*: be|lo **LNK**: bello ω **Σ**: bello (ł belo) **M**$^{\sigma}$ 62 astro (o *s. l.*) **L**^{1} 63 hoc (*add.* **L**^{1} *mg.*) ω: huc **P** 64 intertextus (-xus **f**) ω: intextus **P** achanto **P**: achonto (a *s. l.*) **f**^{1} 66 adque **P** 67 exuvias *s. l.* **b**^{2} circundat **P** 68 *Lachmannus ante* 65 *collocari voluit* Cloria **P**: Gloma (ri *s. l.*) **Q**^{2}: Gloria *ex* Gratia **B**^{1}: Gratia **b**: Gloria (ł gratia) **M**$^{\sigma}$ malis *add.* **L**^{1} *mg.* 69 adque **P** feratur **N** 70 rogo **Pb**: t(h)oro (*ex* -a **L**^{1}) ω (*e Verg. Aen.* 6, 220): rogo (ł toro) **B**^{3}: toro (ł rogo) **M**$^{\sigma}$ sed ... dolentes *postea addidit* **L**^{1} 71 funere (ł munere) **M**$^{\sigma}$: munere **LN** 72 *post* 73 **C**, 73 *om.* **N**, *add.* **N**^{2} *mg.* in cineres ... Namque *om.* **B**^{1}**Q**^{1}**L**^{1}, *add. mg.* **B**^{3}**Q**^{2}**L**^{1}; in cineres .. illi *om.* **f** 73 Muneraque ~~illi~~ (*del.* **M**$^{\sigma}$) **M**, *ubi nil desideratur* 74 namque ... 77 equos *parenthesi clausit Müller* 74 pharetras **PDNQ**^{2}: phaleras ω 76 nunc (ł tunc) **B**^{3}: tunc **b**^{2} *in ras.* (nunc?) stabuli **P**: -lis ω

in nomen pascebat equos — cinctusque sonantes
armaque maiores expectatura lacertos.
[spes avidae! quas non in nomen credula vestes
urgebat studio cultusque insignia regni
purpureos sceptrumque minus? cuncta ignibus atris
damnat atrox suaque ipse parens gestamina ferri,
si damnis rabidum queat exaturare dolorem.]
parte alia gnari monitis exercitus instat
auguris aeriam truncis nemorumque ruina,
montis opus, cumulare pyram, quae crimina caesi
anguis et infausti cremet atra piacula belli.
[his labor accisam Nemeen umbrosaque Tempe
praecipitare solo lucosque ostendere Phoebo.]
sternitur extemplo veteres incaedua ferro
silva comas, largae qua non opulentior umbrae
Argolicos inter saltusque educta Lycaeos
extulerat super astra caput: stat sacra senectae
numine, nec solos hominum transgressa veterno
fertur avos, Nymphas etiam mutasse superstes
Faunorumque greges. aderat miserabile luco
excidium: fugere ferae, nidosque tepentes
absiliunt — metus urget — aves; cadit ardua fagus,

---

a
77 poscebat **M**$^{\sigma}$ aequos **PB**[1] 79—83 *om.* **PB**[1] (deficiunt ·v· *adscr.* **P**[r]), *add.* **B**[3], *cf. Hermes 40 (1905) p. 368* 79 cre-
u ł vestes t
diala **Q**[2] ~~vires~~ **B**[3] 81 sceprumque **Q**[1] 82 ipsae **L**: ipsa **Sg** ferre **B**[3] 83 Ceu **K** damnis *om.* **L** rapidum **f**ν
vetat queat i u
B[3] 84 alia **P**[1] monttis **C** 85 Anguris **P**[1] aeriam *ex* -em **Q**[1] 86 opus *Weber* (*cl. Verg. Aen. 5, 119*):
ł opus
onus **M**$^{\sigma}$: onus (-um f) **P**ω caesi *ex* celsi **C**[1] 88. 89 *om.* **PB**[1] (deficiunt duo *adscr.* **P**[r]) *cf. ad 79* 72—89 *a Statio abiudicat Garrodius* 88 nymfas **P** 89 extendere **Q** 90 extimplo **LM***l* ał incidua **B**[3] *mg.*: incidua *ex* incaedua **M**[1]
c
95 nymfas **P** 96 ludo **M**$^{\sigma}$ 97 nidoque *Heinsius* 98 Absiliunt (*i. fugiunt saliendo*) ω: Ads- **P** aves *s. l.* **Q**[1] aves cadit **b**[2] *in lac.*
v
fagos **B**[1]

Chaoniumque nemus brumaeque inlaesa cupressus,
procumbunt piceae, flammis alimenta supremis,
ornique iliceaeque trabes metuendaque suco
taxus et infandos belli potura cruores
fraxinus atque situ non expugnabile robur.
hinc audax abies et odoro vulnere pinus
scinditur, adclinant intonsa cacumina terrae
alnus amica fretis nec inhospita vitibus ulmus.
dat gemitum tellus: non sic eversa feruntur
Ismara, cum fracto Boreas caput extulit antro,
non grassante noto citius nocturna peregit
flamma nemus; lincunt flentes dilecta locorum
otia cana Pales Silvanusque arbiter umbrae
semideumque pecus, migrantibus adgemit illis
silva, nec amplexae dimittunt robora Nymphae.
ut cum possessas avidis victoribus arces
dux raptare dedit, vix signa audita, nec urbem

---

101 *Prisc.* GL II 70, 15 (*propter adiectivum* iliceus) Statius in sexto Thebaidos: ornique . . taxus 104 *Serv.* Aen. 4, 132 odorum est quod ex se odorem emittit, non quod odorem sequitur, ut Statius: et odoro . . pinus 113 *Serv.* Aen. 3, 34 Ovidius ait cum Erysichtho arborem incideret, primo sanguis effluxit, post ululatus secutus est. inde Statius: nec . . Nymphae

---

99 Caoniumque **Mf** brum$\overset{a}{e}$que **f**^{r}: -maque **C**ν compressus **L** 100 piceae ω: picae **P** suppremis **B** 102 et infandos .... 104 pinus *scr.* **b**^{2} 102 at potatura **B**^{3} *mg.* 103 adque **P**: aque *Lachmannus contra Stati usum* rob$\overset{o}{u}$r **Q**^{1} 104 Hinaudax **P** odora **f**: -r$\overset{o}{a}$ **B**^{3}**C**^{2} 105 acclinat **f**μ 106 ulm$\overset{v}{i}$s **B** 108 fract$\overset{o}{a}$ **f**^{1} antro *ex* -trum **P**^{1} 109 crassante μ $\overset{c}{t}$itius **P**^{1} peredit *Lindenbrogius* 110 Flamm$\overset{a}{i}$ nemus **Q**^{1} linquunt **P** flentes *ex* flammas **C**^{1} 112 Senideumque **Q** 113 implexae *Baehrens*, *quod non intellego* nymfae **P**: n$\overset{i}{e}$mphae **f**^{2} 114 posse$\overset{s}{s}$as ν^{2} arce$\overset{s}{s}$ (-m) **Q**^{1} 115 ^{r}aptore **b**^{2}

invenias; ducunt sternuntque abiguntque feruntque
inmodici, minor ille fragor, quo bella gerebant.
iamque pari cumulo geminas hanc tristibus umbris,
ast illam superis aequus labor auxerat aras,
cum signum luctus cornu grave mugit adunco
tibia, cui teneros suetum producere manes
lege Phrygum maesta. Pelopem monstrasse ferebant
exsequiale sacrum carmenque minoribus umbris
utile, quo geminis Niobe consumpta pharetris
squalida bissenas Sipylon deduxerat urnas.
portant inferias arsuraque fercula primi
Graiorum, titulisque pios testantur honores
gentis quisque suae; longo post tempore surgit
colla super iuvenum — numero dux legerat omni —
ipse fero clamore torus. cinxere Lycurgum
Lernaei proceres, genetricem mollior ambit
turba, nec Hypsipyle raro subit agmine; vallant
Inachidae memores, sustentant livida nati
bracchia et inventae concedunt plangere matri.

---

120 *Boeth.* de mus. 1, 1 id vero etiam fuit antiquis in more, ut cantus tibiae luctibus praeiret. testis est Papinius Statius hoc versu: cornu . . . suetum producere manes 121 *Serv.* Aen. 5, 138 minoris vero (*aetatis proferuntur*) ad tibias, ut Statius de Archemoro: ⟨tibia cui⟩ teneros solitum deducere manes

---

116 Inveni$\overset{\text{as}}{\underline{\text{unt}}}$ **Q**^{1} 117 $\overset{\text{geruntur}}{\underline{\text{gerebant}}}$ **Q**^{2}**M**$^\sigma$: geruntur **N**: regebant **N** *mg.* 118 ⦙tristibus (s-) **Q** 120 luctus *s. l.* **L**^{1} grave **P**ω: $\overset{\text{r}}{\text{g}}$cłe **L**^{1} grave cornu immugit *Wakefieldus* 121 suetum producere **P**ω: solitum deducere *Serv.* 122 L$\overset{\text{e}}{\text{o}}$ge **Q** frygum **P**: phigrum **f** 124 niobe *in lac.* **b**^{2} cum sumpta **M** faretris **P** 125 Sualida **LQ**^{1}**f** sypilon **P** diduxerat **BMCfb** 126 P$\overset{\text{r}}{\text{o}}$tant **Q**^{1} assuraque μ 127 test$\overset{\text{n}}{\text{a}}$tur **B**^{3} 128 Gentis ω: Genitis **P** Quisque suae gentis ν l$\overset{\text{n}}{\text{o}}$go **P**^{1} 129 *ima mg. add.* **M**^{1} 130 vero **C** $\overset{\text{ł tonans}}{\text{thorus}}$ **f**^{1} ligurgum **Mf** 131 *om.* ν^1, *add.* ν^2 *mg.* 132 hipsipylae **P**

illic infaustos ut primum egressa penates
Eurydice, nudo vocem de pectore rumpit
planctuque et longis praefata ululatibus infit:
'non hoc Argolidum coetu circumdata matrum
speravi te, nate, sequi, nec talia demens
fingebam votis annorum elementa tuorum,
nil saevum reputans; etenim his in finibus aevi
unde ego bella tibi Thebasque ignara timerem?
cui superum nostro committere sanguine pugnas
dulce? quis hoc armis vovit scelus? at tua nondum,
Cadme, domus, nullus Tyrio grege plangitur infans.
primitias egomet lacrimarum et caedis acerbae
ante tubas ferrumque tuli, dum deside cura
credo sinus fidos altricis et ubera mando.
quidni ego? narrabat servatum fraude parentem
insontesque manus. en! quam ferale putemus
abiurasse sacrum et Lemni gentilibus unam
inmunem furiis, haec illa — et creditis ausae! —,
haec pietate potens solis abiecit in arvis
non regem dominumve, alienos impia partus,
hoc tantum, silvaeque infamis tramite liquit,
quem non anguis atrox — quid enim hac opus, ei mihi, leti
mole fuit? — tantum caeli violentior aura

---

post 136 *unus versus in* b *scriptura vacat* 138—183 *in* **D** *legi nequeunt* 138 argolicum **r** 139 Speravi$\overset{t}{n}$e **P**[1] 140 element[illegible]a **P** 142 ignara *ω*: ignora **P** 143 ⁒pugnas ⁒sanguine⁒ **P**[1] 147 $\overset{v}{t o}$li **B**[1] 148 $\overset{a}{m u}$ndo **f**[1] 149 -ni *om.* **r** narrabat *ex* narret **N**[2] parent$\overset{e}{u}$m **B**[1] 151 Obiurasse **r** sacrum *ex* -am **f**[1] de gentibus **N** ς 152 fariis **ν**[1]: furiis **ν**[2] *mg.* $\overset{ut}{\text{et}}$ **f**[r]: est **Σ** $\overset{\text{ł ausa est}}{\text{ausae}}$ **Q**[1]: ausa **Σ** *recte cum libris* **PML** *al. distinxit Müller* hac illa — et creditis ausam? — hac p. p. *Gronovius*: haec illa et credimus, ausa est, haec p. p. *Barthius*: haec illa est, creditis, ausa? haec p. p. *Garrodius* 154 dominumve *ω*: -que **P** alienos *ω*: -nus **P** im[illegible]a **B** 155 liquit *ex* -id **Q**[1] 156 hac *ex* hoc **Q**[1] $\overset{hei}{et}$ **Q**[1]

inpulsaeque noto frondes cassusque valeret
exanimare timor. nec vos incessere luctu
orba habeo, fixum matri inmotumque manebat
hac altrice nefas; atquin et blandus ad illam,
nate, magis, solam nosse atque audire vocantem,
ignarusque mei: nulla ex te gaudia matri.
illa tuos questus lacrimososque impia risus
audiit et vocis decerpsit murmura primae.
illa tibi genetrix semper, dum vita manebat,
nunc ego. sed miserae mihi nec punire potestas
sic meritam! quid dona, duces, quid inania fertis
iusta rogis? illam — nil poscunt amplius umbrae —,
illam, oro, cineri simul excisaeque parenti
reddite, quaeso, duces, per ego haec primordia belli,
cui peperi; sic aequa gemant mihi funera matres
Ogygiae.' sternit crines iteratque precando:
'reddite, nec vero crudelem avidamque vocate
sanguinis: occumbam pariter, dum vulnere iusto
exsaturata oculos, unum inpellamur in ignem.'
talia vociferans alia de parte gementem

---

158 cassusq.^{ue} P^1: casusque f 160 habeo ω: ▒abeo P: ^{h}abeo B^1: aveo *Müller, sed voluntatis notio a sensu aliena; de infinitivo cf. Varro rer. rust. 1, 1, 2* ut id mihi habeam curare (curae *Thielmannus, Arch. f. lat. Lex. 2, 1885, p. 65 male*) roges
161 al▒trice (a) f ad PNς: et ω 163 matri▒ (s) b 164 -que *om.* L 165 dece^{r}psit Q^1 tibi *add.* Q^1 *mg.* ^{vita}ata $M^σ$
169 Iusta (*ex* Bu- f) Pω: Iusta$^{ł\ busta}$ $B^3M^σQ^2ν^2$: Iura L: Busta C
illam *om.* N nihil (-hi- *del.* B^3) Bb pos^{c}sunt Q^1 170 Illā moro b^2 excasseque$^{ł\ excise}$ $ν^2$ 172 Quae$^{ł\ cui}$ f^1: Qui r gemant ω: gerant Pς funer^{a}e M^1 173 iterat^{que} $M^σ$ praecando P 174 ne▒c f ero r vero nec Q vocatae (-ae *in ras.*) f 176 im^{a}pellimur M^1 in *s. l.* M^1: ad K 177—183 *in* P *post* 185^b (*qui deest in* ω), 184. 185 *desunt in* P; 177—185 *add. mg.* B^1K^1 (in quibusdam libris histi versus non habentur B^1 *mg.*). 186. 187 *in* M *post 176 leguntur, sed a* $M^σ$ *post 185 revocati sunt.* 177—185 *del. Müller, cf. Hermes 40 (1905) p. 365 sq.*

Hypsipylen — neque enim illa comas nec pectora servat —,
agnovit longe, et socium indignata dolorem:
'hoc saltem, o proceres, tuque o, cui pignora nostri
proturbata tori, prohibete, auferte supremis
invisam exsequiis. quid se funesta parenti
miscet et in nostris spectatur et ipsa ruinis?
[cui luget complexa suos?' dixitque repente
concidit, abruptisque obmutuit ore querellis.]
sic ait abruptisque inmutuit ore querellis:
non secus ac primo fraudatum lacte iuvencum,
cui trepidae vires et solus ab ubere sanguis,
seu fera seu duras avexit pastor ad aras;
nunc vallem spoliata parens, nunc flumina questu,
nunc armenta movet vacuosque interrogat agros;
tunc piget ire domum, maestoque novissima campo
exit et oppositas inpasta avertitur herbas.
  at genitor sceptrique decus cultusque Tonantis
inicit ipse rogis, tergoque et pectore fusam
caesariem ferro minuit sectisque iacentis
obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu
verba pio miscens: 'alio tibi, perfide, pacto,
Iuppiter, hunc crinem voti reus ante dicaram,
si pariter viridis nati libare dedisses

---

178 enim *om.* C: *s. l.* b^2 illa *s. l.* M^1: *om.* f com$\overset{a}{e}$s L$^\sigma$ aut pectora C 179 laborem r 180 *prius* o *s. l.* M^1: *om.* f pignora nostri Proturbata tori P: pignore nostro partus honos (-or *μ*) *ω* (*cf. 2, 172. 12, 84*) 181 prohibete auferte *ω* (p. nefas auferte DB^3): prohibete P 182 Invisam *ω*: Invitam P quid (*ex* quod M^1) *ω*: quia P funesta *ω*: fecisse P 183 Miscet et *ω*: Miscet P; iactat et *conieceram servato* quia *et* fecisse invisam exsequias quia se fecisse paranti nesciat *Garrodius*, *quae non intellego* 184. 185 *spurios iudico* 184 Quae *ex* Cui B^3 dixitque *ω*: ait atque D: sic fata ς 185^b quaerellis P 187—238 *in* D *legi nequeunt* 190 arbusta *Wakefieldus* 191 Nunc *μ* 192 opositas Q 193 sceptrique *ex* -roque B^1: ri[illegible]que (s) b 196 tenuia *om.* b^1 *in lac.*, pueri *suppl.* b^2 $\overset{pa}{[illegible]}$cto (fa-) P^c (*aut* P^1) 198 $\overset{r}{d}$eus Q^1 199 virides nati P: nati viridis *ω* dedisses *ex* -et b^1

ad tua templa genas, sed non ratus ore sacerdos,
damnataeque preces; ferat haec, quae dignior, umbra.'
iam face subiecta primis in frondibus ignis:
exclamant, labor insanos arcere parentes.
 stant iussi Danaum atque optentis eminus armis
prospectu visus interclusere nefasto.
ditantur flammae; non umquam opulentior illic
ante cinis: crepitant gemmae, atque inmane liquescit
argentum, et pictis exsudat vestibus aurum;
nec non Assyriis pinguescunt robora sucis,
pallentique croco strident ardentia mella,
spumantesque mero paterae verguntur et atri
sanguinis et rapti gratissima cymbia lactis.
tunc septem numero turmae, centenus ubique
surgit eques, versis ducunt insignibus ipsi
Graiugenae reges, lustrantque ex more sinistro
orbe rogum et stantis inclinant pulvere flammas.
ter curvos egere sinus, inlisaque telis

---

211 *Serv.* Aen. 6, 225 inferis . . sacrificantes etiam vasa in ignem mittebant, unde ait 'crateres'. quod etiam Statius in Archemori sepultura commemorat (*cf. Myth.* Vatic. 3, 6, 31)

---

203 exclamant *Baehrens* (*sed ita ut verbis* labor . . arcere *parenthesi inclusis verbum ad solos parentes referatur*): Exclamat **P**ω, *quod ad patrem solum spectaret. nam cum praecedentibus perperam coniungi solebat* 204 iussu **C** danaum **PB**: danai ω obtentis **P**: optimis (obtentis *supra*) **Q**^{1} eminus *ex* emanus **B**^{1} 205 Prospectu *ex* -ti **Q**^{1} nefastos (ł sto **M**$^\sigma$) **Mf**μ 206 nonnumquam (n *tertium del.* **B**^{3}) **B**: numquam (non *supra*) **L**$^\sigma$ 210 armentia **N**^{1}: tymetia **N**^{2} *mg.* (ł hymetia *in exemplari pro varia lectione fuisse cognovit Garrodius*) 211 verguntur (ł merguntur *supra*) **f**^{r} 213 turmae **P**: -mas (-bas **C**^{2}) (m *supra*) ω; *illud servavi mutata interpunctione* 214 Surgit **PBKQ**^{1}**L**$^\sigma$ *mg.* **Cf**: Surget **Q**^{2}: Urget (ł surgit *supra*) **SL**^{1}**DNrb**: Vurget (*ex* -it **M**^{1}) **M**^{1}: Vurget μ: Vrgụet ν^1 215 Gragunae (iu e *supra*) **B**^{1}: Gravigene **C** mere **L** 216 stantes **P** inclinat (n *supra*) **Q**^{1} 217 telis *ex* relis **B**^{3}

tela sonant, quater horrendum pepulere fragorem
arma, quater mollem famularum bracchia planctum.
semianimas alter pecudes spirantiaque ignis
accipit armenta; hic luctus abolere novique
funeris auspicium vates, quamquam omina sentit
vera, iubet: dextri gyro et vibrantibus hastis
hac redeunt, raptumque suis libamen ab armis
quisque iacit, seu frena libet seu cingula flammis
mergere seu iaculum summae seu cassidis umbram.
[multa gemunt extra raucis concentibus agri,
et lituis aures circum pulsantur acutis.
terretur clamore nemus: sic Martia vellunt
signa tubae, nondum ira calet, nec sanguine ferrum
inrubuit, primus bellorum comitur illa
vultus, honoris opus. stat adhuc incertus in alta
nube, quibus sese Mavors indulgeat armis.]
finis erat, lassusque putres iam Mulciber ibat
in cineres; instant flammis multoque soporant
imbre rogum, posito donec cum sole labores
exhausti; seris vix cessit cura tenebris.
roscida iam novies caelo dimiserat astra

---

220 Semianimas **P**: -es *ω* pe cudes **B** 221 Accipit *ex* -ce- **B**[3] h^{i}ec **M**[1] 222 omina **N**: omnia **P***ω* sentit **P**: -sit *ω* 223 dextri *ω*: -ris **P**: dextro *ex* -i **L**[1] dextrum girum *in ras.* **K** et **P***ω*: ex **f** astis **C** 224 libamen **P***ω*: velamen **LNKCrb** (*corruptum ex* livamen) 225 fre^{n}ta **Q**[2] lubet **f** 227—232 *om.* **P***ω*, *non novit* **Σ**, *extant* **QB**[3] *mg.* **ς**, *in* **K***μ* *post* 219. *cf. Hermes 40 (1905) p. 364 sq.* 227 extra **QK***μ***ς**: contra **B**[3] con^{c}tentibus **Q**[2] 228 E *μ* 230 ira *ex* ire **B**[3] cadet **B**[3] 231 primis **B**[3] illa (*sc. tuba*) *Klotzius*: illo **QB**[3]*μ*: ore **K** *in ras.*: ille *Müller* 232 honoris opus **B**[3]: honoris ... **Q** (opus **Q**[1] *mg.*): honore suo (-o *μ*) *μ***ς**: horrisono **K**, *quomodo interpolator intellexerit nescio* 234 lapsusque **NS**[2]**ς** iam *s. l.* **B**[1] mulcif^{e}ar **B**: -fer **Cf**: -^{c}er (b) **Q**[2]: iam rogus *in lac.* **b**[2] 235 ^{in}tristant **P**[1] 236 posito **PN**: -tos *ω* 237 Exhausti **P**: -sit *ω* 238 dimisserat *μ*

Lucifer et totidem Lunae praevenerat ignes
mutato nocturnus equo, nec conscia fallit
sidera et alterno deprenditur unus in ortu;
mirum, opus adcelerasse manus: stat saxea moles,
templum ingens cineri, rerumque effictus in illa
ordo docet casus: fessis hic flumina monstrat
Hypsipyle Danais, hic reptat flebilis infans,
hic iacet, extremum tumuli circum asperat orbem
squameus; expectes morientis ab ore cruenta
sibila, marmorea sic volvitur anguis in hasta.
  iamque avidum pugnas visendi vulgus inermes —
fama vocat cunctos — arvis ac moenibus adsunt
exciti; illi etiam, quis belli incognitus horror,
quos effeta domi, quos prima reliquerat aetas,
conveniunt: non aut Ephyraeo in litore tanta
umquam aut Oenomai fremuerunt agmina circo.
  collibus incurvis viridique obsessa corona
vallis in amplexu nemorum sedet; hispida circum

---

241 *Serv.* Aen. 8, 590 (*stella*) oriens luciferum, occidens vesperum facit. inde Statius: et alterno . . in ortu. *cf. Isid.* orig. 3, 71, 19 (5, 31, 5) 249 **Σ** 7, 90 inermes: ut supra ludicras: pugnas . . vocat 256 *Serv.* Aen. 11, 522 metri necessitate conpellimur, ut vallis dicamus. Statius: vallis . . sedet. nam plenum est valles

---

239 ~~promoverat~~ (ł praevenerat *supra*) **Q**^{1} 240 nocturnos **r**: -nis (-nys) **f**^{1} 241 dependitur (deprenditur) **ν**^{2}: dependitur (*vel* -perd-) *Isid.* ortu **ω**: -tum **P** 242 adcelerasse **Pω**: -ante **B**^{2}**Q**^{2}**DC** manus **Pω**: -nu **BQ**^{2}**DCf** stat *s. l.* **B**^{1}**b**^{2} 243 cereri (cinerei) **D** effictus ς *Sucquetius, Barthius*: effectus **Pω** illa **Pω**: illo **B**^{3}**S**^{2}**LDN** 246 *non recte distinxerunt Imhofius et Vollmer 1896 p. 34. templum est sarcophagus qui pueri cineri ingens est. unde tribus imaginibus poeta contentus* aspexerat **N** orbis **C** *haud male* 247 cruento **μ** 248 si **r** 249 inhermes (-e[illegible] **B**) **BQbr**, *quod cum voce* cunctos *Kohlmannus perperam coniunxit, cf. 7, 90* 250 cunctos **Pω**: -is (*ex* -os **Q**$\mu^1\nu^1$) **DNQ**$\mu\nu$ absunt (ł ad) **ν**^{2} 251 illetiam (illi etiam) **P**^{1} horor **f** 252 domi **B**^{3}**ω**: domus (*ex* -mi **B**^{1}) **PB**^{1} reliquerit **r** 253 epireo (ephireo) **B**: pireo **μ** 254 aut *s. l.* **b**^{2} agmine (agmina) **M**^{1} 255 Collibus (**M**) **C**^{2} 256 hypida (hyspida) **B**^{1}

stant iuga, et obiectus geminis umbonibus agger
campum exire vetat, longo quem tramite planum
gramineae frontes sinuataque caespite vivo
mollia non subitis augent fastigia clivis.
illic conferti, iam sole rubentibus arvis,
bellatrix sedere cohors; ibi corpore mixto
metiri numerum vultusque habitusque suorum
dulce viris, tantique iuvat fiducia belli.
centum ibi nigrantes, armenti robora, tauros
lenta mole trahunt; idem numerusque colorque
matribus et nondum lunatis fronte iuvencis.
  exin magnanimum series antiqua parentum
invehitur, miris in vultum animata figuris.
primus anhelantem duro Tirynthius angens
pectoris attritu sua frangit in ossa leonem.
haud illum inpavidi, quamvis et in aere suumque
Inachidae videre decus. pater ordine iuncto
laevus harundineae recubans super aggere ripae
cernitur emissaeque indulgens Inachus urnae.
Io pos tergum, iam prona dolorque parentis,
spectat inocciduis stellatum visibus Argum.
ast illam melior Phariis erexerat arvis

---

257 obiectis **BC**: $\overset{v}{\text{-is}}$ $\mathbf{M}^1$ 258 $\overset{n}{\text{logo}}$ $\mathbf{Q}^1$ 259 frontes **P**: -des *ω* $\overset{v}{\text{vino}}$ $\mathbf{M}^1$ 260 clivis (-nis **f**) $\mathbf{P}^1\omega$: silvis $\mathbf{P}^c$ *mg.* 261 conferti $\mathbf{PQ}^1\mathbf{DN}\Sigma$: -tim $\mathbf{Q}^2\omega$: conserti **Mf** 262 choors **P** 263 vultus **f** 265 ubi **C** roborat auros **L** $\overset{a}{\text{turos}}$ $\mathbf{B}^1$ 266 $\overset{unt}{\text{trahit}}$ $\mathbf{Q}^1$ $\overset{o}{\text{c}}$lorque (a) $\mathbf{Q}^1$ 267 iuventis $\mathbf{M}^1$: $\overset{c}{\text{-enis}}$ $\mathbf{B}^1$: -enci **r** 268 $\overset{ua}{\text{antiq.}}$ $\mathbf{M}^1$ 269 Invheitur $\mathbf{Q}^1$ in vultum **P***ω*: in vitam *Garrodius*: vultus *Heinsius* 270 tyrintius **P** $\overset{n}{\text{anges}}$ $\mathbf{f}^1$: ingens (i *in ras.*) ν^2 271 in *ras. del.* **P** ora **C** 273 videre *ex* viride $\mathbf{b}^r$ 274 recubans $\mathbf{PQS}^1\mathbf{N}^1\mathbf{r}^1\mathbf{b}^1\mu\nu$: recubansque $\mathbf{BMKS}^2\mathbf{DN}^2\mathbf{fCr}^2\mathbf{b}^2$: recumbans $\mathbf{L}^1$ super (*ex* sub ν^1) **P**$\nu\varsigma$: sub *ω* $\overset{g}{\text{agere}}$ $\mathbf{Q}^1$ 275 inhachus **Bb** 276 post tergum **P** 278 //phariis //melior ν^2

Iuppiter atque hospes iam tunc Aurora colebat.
Tantalus inde parens, non qui fallentibus undis
inminet aut refugae sterilem rapit aera silvae,
sed pius et magni vehitur conviva Tonantis.
parte alia victor curru Neptunia tendit
lora Pelops, prensatque rotas auriga natantes
Myrtilos et volucri iam iamque relinquitur axe.
et gravis Acrisius speciesque horrenda Coroebi
et Danae culpata sinus, et in amne reperto
tristis Amymone, parvoque Alcmena superbit
Hercule, tergemina crinem circumdata luna.
iungunt discordes inimica in foedera dextras
Belidae fratres; sed vultu mitior adstat
Aegyptus, Danai manifestum adgnoscere ficto
ore notas pacisque malae noctisque futurae.
mille dehinc species. tandem satiata voluptas
praestantesque viros vocat ad sua praemia virtus.
  primus sudor equis. dic inclyta, Phoebe, regentum
nomina, dic ipsos; neque enim generosior umquam
alipedum conlata acies, ceu praepete cursu

---

279 adque **P** hosspes **Q** 280 inde inde **Q**[1] pa^{r}tens **f**[1] ar^{undis}vis **Q**[1] 281 refugae (-g≡ae **Q**, *eras.* -it-) **ω**: -ga (-a *in ras. fuit* -ae) **P** refuga . . silva *Baehrens* 282 vehitur **Pω**: veluti **Q** (*ex coll. Plateri*) 283 curro **r**: currum **Q** 284 p^{r}ensatque **Q**[2] aurige **P** 285 Myrtilos **P**: -lus (^{l}bus **M**$^{\sigma}$) **ω** axae **P** 286 acris ius **P** -que *om.* **N** 287 dana^{e} **B**[3] et ^{in}amne **L**[1]: et hamne **C**: et amne **r**: et inane **f**: atque amne **DN** reperta **Q** 288 Trhistis **Q** alemena **C**: climena **b** 289 tergeminam **B** crimen^{crinem} **M**$^{\sigma}$ 290 foedere **r** 291 instat **Q** 292 Aegyptus **P**: Aegystus (*vel* -gi-) (*ex* -pt- **B**[1]**Q b**[1]**ν**) **ω** agnoscere **P**: adcognoscere **b** 293 notas **P**: nefas **ω** -as pacisque **P**[1] *in ras.* pacis^{que} **f**[1]: pa≡cisque **b** 294 ^{de}hinc **Q**[2] 295 v^{i}oros **Q**[1] vocat *om.* **P** 296 inclyta **P**: -te **ω** regentum *ex* -te *vel* -tem **Q**[1], *ex* -dum **M**[1]

confligant densae volucres aut litore in uno
Aeolus insanis statuat certamina ventis.
  ducitur ante omnis rutilae manifestus Arion
igne iubae. Neptunus equo, si certa priorum
fama, pater; primus teneris laesisse lupatis
ora et litoreo domitasse in pulvere fertur,
verberibus parcens; etenim insatiatus eundi
ardor et hiberno par inconstantia ponto.
saepe per Ionium Libycumque natantibus ire
interiunctus equis omnisque adsuerat in oras
caeruleum deferre patrem; stupuere relicta
Nubila, certantes Eurique Notique secuntur.
nec minor in terris bella Eurysthea gerentem
Amphitryoniaden alto per gramina sulco
duxerat, illi etiam ferus indocilisque teneri.
mox divum dono regis dignatus Adrasti
imperia et multum mediis mansueverat annis.
tunc rector genero Polynici indulget agendum
multa monens, ubi fervor equo, qua suetus ab arte

---

302 Σ 6, 447 Arionem dicit aequoreum. ait enim supra: Neptunus . . pater. *ceterum ad hunc locum adludere Serv. auct. Georg. 3, 122 Thilo coniecit. quamquam Servius auctus qui dicitur Statium non solet respicere*

---

299 densae **ω**: tensae **P** 300 statuat *ex* -it $\mathbf{C}^1$: -u[a]t (i) $\mathbf{Q}^2$ certamin[a] $\mathbf{Q}^1$ 301 orion $\mathbf{f}^1$ 303 pater **BDf**: pater [ł patrum] $\mathbf{P}^c$: patet **ω**: patet [ł pater] $\mathbf{M}^\sigma$ tenebris **f**: teneri *Garrodius* 304 do[mi]mitasse (r) **b**: domuisse **N** impulvere **b** 307 lybicumque **P** irae **P**: ir[ille]e **f**: ~~ire~~ [ille] $\mathbf{M}^1$ 308 Intervinctus **f** adu[s]erat (r *in ras.*) $\mathbf{P}^c$: adsuetus (*vel* as-) **ω** 309 deferre **Db***μν*$\mathbf{B}^3\mathbf{g}^2$ς: differre **P**: ferre $\mathbf{B}^1\mathbf{L}\mathbf{S}^1\mathbf{g}^1$: sic ferre **Q**: perferre **MfK**: transferre **C**: portare $\mathbf{S}^2$**N** 310 certantesque **D** 311 Non **Q** inte[r]ris $\mathbf{M}^\sigma$ euristhea **P** 312 Amphitrioniaden **P** 313 ill[i]etiam $\mathbf{P}^1$: ille etiam **ω** 314 dignatus regis **N** 315 mansuerat r ł armis $\mathbf{B}^3$ *mg.* 316 Hunc **Q** 317 movens **C** ubi **Pω**: qui *Koestlinius* arce **D**

mulceri, ne saeva manus, ne liber habenis
inpetus. 'urgue alios' inquit 'stimulisque minisque;
ille ibit, minus ipse voles.' sic ignea lora
cum daret et rapido Sol natum inponeret axi,
gaudentem lacrimans astra insidiosa docebat
nolentesque teri zonas mediamque polorum
temperiem: pius ille quidem et formidine cauta,
sed iuvenem durae prohibebant discere Parcae.
Oebalios sublimis agit, spes proxima palmae,
Amphiaraus equos; tua furto lapsa propago,
Cyllare, dum Scythici diversus ad ostia Ponti
Castor Amyclaeas remo permutat habenas.
ipse habitu niveus, nivei dant colla iugales,
concolor est albis et cassis et infula cristis.
quin et Thessalicis felix Admetus ab oris
vix sterilis conpescit equas, Centaurica dicunt
semina: credo, adeo sexum indignantur, et omnis
in vires adducta Venus; noctemque diemque
adsimulant, maculis internigrantibus albae:
tantus uterque color, credi nec degener illo
de grege, Castaliae stupuit qui sibila cannae

---

333 Σ 6, 461 Pholoen . . et Irin: equarum nomina sunt. supra enim sic dixit: vix steriles . . equas

---

318 nec *bis* **N** 319 Impetus **P** inquid **P** 320 Ille i- **P**[1] *in ras.* volens **f**: vales (o *supra* a) **Q**[1]: voles (ł vales *supra*) **M**$^{\sigma}$ 322 invidiosa **ω**: -se **P** 324 pius **ω**: plus **P** cautus **BbQ**[2]ς 325 dicere **C** 326 Oebalidos **μ** sublimis *ex* -es **P**[1] palmae *ex* parcae **L**[1] 327 Amphioraus **C** 328 Gillare **r** scytici **P** hostia **MLCfrbμ** 329 Pastor **Cr** permittat **C**: permitat (u *supra* i) **Q**[2] 330 habetu (i *supra* e) **M**[1] niveos (v *supra* o) **B**[1]**Q**[2] nivei *ex* -a **B**[1] 332 thesalicis **B**[1]**LQfr** horis **Q** 333 Vix *ex* Vox **B**[1] centurica **b**: centauria (c *supra* i) **Q**[1] dicunt (v *supra* u) **f**[r] 334 aeo (d *supra* e) **Q**[1]: equidem **DN** 337 calor *Koestlinius, sed quid est* uterque calor*?* 338 castalio (al ł e *supra*) (-o *in ras.*) **B**[1]: -lio **LC**: -liae (ł o *supra*) **M**$^{\sigma}$: castolio **r** sibilat **b**

laetus et audito contempsit Apolline pasci.
ecce et Iasonidae iuvenes, nova gloria matris
Hypsipyles, subiere iugo, quo vectus uterque,
nomen avo gentile Thoas atque omine dictus
Euneos Argoo. geminis eadem omnia: vultus,
currus, equi, vestes, par et concordia votis,
vincere vel solo cupiunt a fratre relinqui.
it Chromis Hippodamusque, alter satus Hercule magno,
alter ab Oenomao: dubites, uter effera presset
frena magis. Getici pecus hic Diomedis, at ille
Pisaei iuga patris habet, crudelibus ambo
exuviis diroque inbuti sanguine currus.
metarum instar erat hinc nudo robore quercus,
olim omnis exuta comas, hinc saxeus umbo,
arbiter agricolis; finem iacet inter utrumque,
quale quater iaculo spatium, ter harundine vincas.
interea cantu Musarum nobile mulcens
concilium citharaeque manus insertus Apollo
Parnassi summo spectabat ab aethere terras;
orsa deum — nam saepe Iovem Phlegramque suique
anguis opus fratrumque pius cantarat honores —

354 *Serv.* Aen. 11, 608 hinc traxit Statius ut diceret: quale quater iaculo spatium (*var.* spatium iaculo) ter harundine vincas

339 Lenis f apoline Q 341 Hypsipiles P subire [e] f^2 provectus *Barthius* 343 Euneos *ex* -eus L^1: Huneos b 344 votis P: voti ω; *pluralis aptior* 345 solio C capiunt r 346 Et Q chormis b: cromis Cf 347 oemaio r presset (prenset C) ω: pressit P: -set *ex* -sit f^1 348 ad ille P 349 Piseiuga [·i·] P^c abet B 351 erat Pω: erant *Slater*, *sed cf. 3, 710* querquus [c] $M^σ$ 352 omnes P 353 iacet ω: facit P iter [n] B^1 354 spatio [um] Q^1 356 cytharaeque P 357 Parnasi P terras P^cω: turbas P^1 (R ∼ B) 358 deum ω: deo P phegramque [l] Q^1: *om.* b^1: phlegraeaque castra *add.* b^2 359 pius ω: pios PDbμς: pios [ł pio] L^1 cantarat Pω: -bat BQbν

tunc aperit, quis fulmen agat, quis sidera ducat
spiritus, unde animi fluviis, quae pabula ventis,
quo fonte inmensum vivat mare, quae via solis
praecipitet noctem, quae porrigat, imane tellus
an media et rursus mundo succincta latenti.
finis erat, differt avidas audire sorores,
dumque chelyn lauro textumque inlustre coronae
subligat et picto discingit pectora limbo,
haud procul Herculeam Nemeen clamore reductus
aspicit atque illic ingens certaminis instar
quadriiugi. noscit cunctos, et forte propinquo
constiterant Admetus et Amphiaraus in arvo.
tunc secum: 'quisnam iste duos, fidissima Phoebi
nomina, commisit deus in discrimina reges?
ambo pii carique ambo; nequeam ipse priorem
dicere. Peliacis hic cum famularer in arvis —
sic Iovis imperia et nigrae voluere Sorores —,
tura dabat famulo nec me sentire minorem
ausus; at hic tripodum comes et pius artis alumnus

---

361 $\overset{v}{\text{m}}$entis Q^1 362 vivat **ω**: bibat **P** solis **P**Q^1: soles **ω**; *recte distinxit Imhofius* 363 quae **ω**: quo **P** immane **P** 364 subvecta **D** 366 Tumque **b** celyn **P** *an* lauru*? cf. ad 3, 105* 367 $\overset{cin}{\text{disgit}}$ N^2: discingi▒t (-gunt) **f** lymbo **P** 368 Aut B^1M^1 $\text{hercule}\overset{a}{\text{u}}\text{m}$ B^1 369 at illic **QN** illi‿cingens P^1 370 $\text{Quadrii}\overset{v}{\text{o}}\text{gi}$ B^1 371 amphioraus **C**: -areus f^1 372 ista *ex* -te b^2: ista (a *in ras.*) μ^2 duos (duo▒ $\mu\nu$) **ω**: duo **P**; duos *scripsi non commotus eis quae Housmanus ad Manil. 1, 792 adnotavit — nam* duō *ad similitudinem* δύω *formae Homericae novatum esse Sommer recte monuit (Handbuch der lateinischen Laut- und Formenlehre 1902, p. 493) —, sed quia et facilius* duo *ex* duos *nasci potuisse visum est propter vicinum neutrum* nomina *et quae exempla sunt iambicae prosodiae, in caesura syllabam* -o *ponunt: Il. Lat. 582* Aiacesque duo clari et (*sic recte Baehrens*). *item Manil. 1, 792 Bentlei coniectura fere necessaria videtur, ut intellegatur oppositum* unum phoebi **Pω**: phoebo **D**B^3ς 373 Nomina **Pω**: †Numina ν^1 *mg.* 377 Iura **L** $\overset{a}{\text{dabit}}$ M^σ 378 ad hic **P**: et hic **Q** arcis **B**(?)r

aetheriae. potior meritis tamen ille, sed huius
extrema iam fila colu; datur ordo senectae
Admeto serumque mori; tibi nulla supersunt
gaudia, nam Thebae iuxta et tenebrosa vorago.
scis miser, et nostrae pridem cecinere volucres.'
dixit, et os fletu paene inviolabile tinctus
extemplo Nemeen radiante per aera saltu
ocior et patrio venit igne suisque sagittis.
ipse olim in terris, caelo vestigia durant,
claraque per zephyros etiamnum semita lucet.
　et iam sortitus Prothous versarat aena
casside, iamque locus cuique est et liminis ordo.
terrarum decora ampla viri, decora aequa iugales,
divum utrumque genus, stant uno margine clausi
spesque audaxque una metus et fiducia pallens.
nil fixum cordi: pugnant exire paventque,
concurrit summos animosum frigus in artus.
qui dominis, idem ardor equis; face lumina surgunt,
ora sonant morsu, spumisque et sanguine ferrum
uritur, inpulsi nequeunt obsistere postes

---

379 *Prisc.* GL II 269, 16 colus, coli et colus . . . Statius in VI: sed huius . . . colu . . senectae. *cf. Serv.* Aen. 8, 409 Statius huius colus (in VI Thebaidos: extrema . . colu . . senectae *add. Dresd.*) 391 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 165 decŏris Statius Thebaidos, ubi ait: terrarum decora alta viri decorique iugales

---

379 Aethereae (i *sscr.*) **f**[1] 380 fisa **C** colu **P** *Prisc. Serv.*: colo (col▤ **N**) *ω* 382 nam **P** ς: iam *ω* 385 ad nemeen *ν* aera **PM**: aethera *ω* 388 etiam etiamnum **L**: etiamnunc **P** 389 protheus **Qb** versanat (r *sscr.*) **b**[1] 390 locus *ex* lucos **Q**[1] limitis (-itis *in ras.*) **f**[2] 391 decora aequa **PCf**ς*Σ*: decora aeque **S**[1]: decore aeque (a a *sscr.*) (*prius* a *sscr.* **M**[1], *alterum* **M**[σ]) **M**: decoraeque **Qr**[1]: decorique (*ex* -aeque **B**[1]: *ex* -aque *μ*) **BS**[2]**Lb***μν*: decora atque **D**: decora aequa *et* decorique *Σ* 393 -que una (▤ una et *μ*, *eras.* -que) *ω*: unaque **PQ**[2] metus una **N** 394 fixum (ł fictum *sscr.*) *ν*[2] paventque *ex* po- **C**[1] 396 *in lac. scr.* **b**[2]

claustraque, conpressae transfumat anhelitus irae.
stare adeo miserum est, pereunt vestigia mille
ante fugam, absentemque ferit gravis ungula campum.
circumstant fidi, nexusque et torta iubarum
expediunt firmantque animos et plurima monstrant.
insonuit contra Tyrrhenum murmur, et omnes
exsiluere loco. quae tantum carbasa ponto,
quae bello sic tela volant, quae nubila caelo?
amnibus hibernis minor est, minor impetus igni,
tardius astra cadunt, glomerantur tardius imbres.
tardius e summo decurrunt flumina monte.
    emissos videre atque agnovere Pelasgi.
et iam rapti oculis, iam caeco pulvere mixti
una in nube latent, vultusque umbrante tumultu
vix inter sese clamore et nomine noscunt.
evolvere globum, et spatio quo quisque valebat
diducti: delet sulcos iterata priores
orbita, nunc avidi prono iuga pectore tangunt,

---

400 Σ 6, 592 ut ipse de equis superius: pereunt . . fugam

---

399 conpressae (ł cōplexae) P^c 400 est *om.* **C** mille (-l≣e **B**) *ω*: millae *aut* nullae **P** 401 fugam (-m *add.* P^r) **P** *ω* uncula **b**: imgula (un) Q^2 402 fide **r** et *s. l.* **f** torta *ex* tota **C** 403 *om.* v^1, *add.* v^2 *mg.* firmamque **C** plura ministrant *Erwinus Pollack, Hippodromica* (*Leipz. Stud. 12, 1890*) *p. 35* 404 Insona t B^1 tyrrenum **P** 405 carbosa **Q** 407 Omnibus **C** minor est . . . igni *add.* b^2 iovis (ł minor) impetus D^1: iovis (est) impetus N^2 *in lac.* 409 *om.* **r**, *del. Bentleius*, *cf. Hermes 40 (1905) p. 363* e summo **PD**: in summo **C**: in summos *ω* fulmina **QfC**: flumina (ful) M^σ monte **PD**: montes *ω*; *aut* e summo . . . flumina monte *scribendum aut id quod magis adridet* in summos . . fulmina montes 410 adque **P** 411 rapti *om.* **f** mixti *ex* -to b^1 413 Vix noscunt inter sese Q^2 clamore *ω*: -rem **P** 414 valebat **PD**: volebat *ω*: volebat (a) $L^\sigma f^2$; *an* volabat ? 415 Diducti *ω*: Deducti **PL** 416 avdi (i) B^1 pectora (e) M^σ

nunc pugnante genu et pressis duplicantur habenis.
colla toris crinita tument, stantesque repectit
aura iubas, bibit albentis humus arida nimbos.
fit sonus inmanisque pedum tenuisque rotarum.
nulla manu requies, densis insibilat aer
verberibus; gelida non crebrior exilit Arcto
grando, nec Oleniis manant tot cornibus imbres.
  senserat adductis alium praesagus Arion
stare ducem loris, dirumque expaverat insons
Oedipodioniden; iam illinc a limine discors
iratusque oneri solito truculentior ardet.
Inachidae credunt accensum laudibus; ille
aurigam fugit, aurigae furiale minatur
efferus, et campo dominum circumspicit omni.
ante tamen cunctos sequitur longeque secundus
Amphiaraus agit, quem Thessalus aequat eundo
Admetus: iuxta gemini, nunc Euneos ante
et nunc ante Thoas, cedunt vincuntque, nec umquam
ambitiosa pios conlidit gloria fratres.
postremum discrimen erant Chromis asper et asper
Hippodamus, non arte rudes, sed mole tenentur
cornipedum; prior Hippodamus fert ora sequentum,
fert gemitus multaque umeros incenditur aura.

---

433 *Serv.* Aen. 11, 666 Statius quia Graece declinavit, Graecum accentum posuit dicens: 'Euneon audit' (464) ⟨et 'Euneos ante et nunc⟩ ante Thoas'

---

417 genu et **P**: genu (-nu≡ **N**, -s *eras.*) *ω* abenis **B** 418 reflectit ł repectit **M**$^{\sigma}$: reflectit **QCf***μ* 419 albentes **P** 420 immanisque **P** 421 manu **PQ**: manus *ω*: manusque **r** 423 olen$\overset{e}{\equiv}$is **Q**^{2} 425 -que *om.* **L** 426 Oedipodionidem **b** iam hinc **f** 427 solito **PS** (*quod ad* truculentior *pertinere Garrodius vidit*): insolito *ω* trucidentior **r** 432 tessalus **P** 433 euneos (heu- **b**: eneus **C**) *ω* *Serv.*: euneus **P** 435 eludit **D** 436 erant *ω*: erat **P** cromis **LC**: crhomis **b** 437 Hypodamus **QC** 438 ippodamus **M** hora **B** 439 mul$\overset{a}{t}$oque **M**$^{\sigma}$

speravit flexae circum conpendia metae
interius ductis Phoebeius augur habenis
anticipasse viam; nec non et Thessalus heros
spe propiore calet, dum non cohibente magistro
spargitur in gyros dexterque exerrat Arion.
iam prior Oeclides et iam non tertius ibat
Admetus, laxo cum tandem † ab orbe reductus
aequoreus sonipes premit evaditque parumper
gavisos; subit astra fragor, caelumque tremiscit,
omniaque excusso patuere sedilia vulgo.
sed nec lora regit nec verbera pallidus audet
Labdacides: lassa veluti ratione magister
in fluctus, in saxa ruit nec iam amplius astra
respicit et victam proiecit casibus artem.
rursus praecipites in recta ac devia campi
obliquant tenduntque vias, iterum axibus axes
inflicti, radiisque rotae; pax nulla fidesque:
bella geri ferro levius, bella horrida credas;
is furor in laudes, trepidant mortemque minantur,
multaque transversis praestringitur ungula campis.
nec iam sufficiunt stimuli, non verbera, voce
nominibusque cient Pholoen Admetus et Irin
fumantemque Thoen, rapidum Danaeius augur

---

440 Sperans complexae **N**[1], *corr.* **N**[2] *mg.* circum **ω**: circa **P** 441 phebenis **C** 443 propriore **Pb** 444 -errat *add.* **b**[2] *in lac.* 445 *om.* **Q**[1], *add.* **Q**[2] *mg.* 446 ▒laxo (la-?) **Q** ab orbe **Pω**: et ab orbe **ς**: ex orbe **b**[2]: *locus nondum sanatus*; *an* ambage? 448 Gaviso[s] (G *ex* C **P**[1]) **P**[c]: -sus **f** fa[r]gor **P**[c] tremescit **P** 450 Sed non **μ** audet **P**: addit **ω** 451 lapsa **b** 453 ca▒sibus (s) **Q** arcem **C** 456 Inflicti (*ex* -fle- **B**[1]) **PBQDN**: Inflecti **ω**: infligi *Gronovius* 457 Bela[l] **P**[1] levius fero **D** bella **Pω**: ferra **r** 458 Is (His **Dr**[1]) **ω**: It **P**: Its **S** laudes **P**: laude est **ω** mina[n]tur **Q**[1]: min[a]intur **L**[1] 460 ver[b]vera **Q**[1] 461 -que cient *add.* **b**[2] *in lac.* et irim **BMLQCb**: ad irim **r** 462 Fumantemque **Pς**: Funalemque (Lu- **b**) **ω** da▒n▒eius (an, a) **f**

Ascheton increpitans meritumque vocabula Cygnum.
audit et Herculeum Strymon Chromin, Euneon audit
igneus Aethion; tardumque Cydona lacessit
Hippodamus, variumque Thoas rogat ire Podarcen.
solus Echionides errante silentia curru
maesta tenet trepidaque timet se voce fateri.
 vixdum coeptus equis labor, et iam pulvere quarto
campum ineunt, iamque et tepidis sudoribus artus
effeti, et crassum rapit eiectatque vaporem
cornipedum flammata sitis, nec iam integer illis
impetus, et longi suspendunt ilia flatus.
hic anceps Fortuna diu decernere primum
ausa venit. ruit, Haemonium dum fervidus instat
Admetum superare, Thoas, nec praetulit ullam
frater opem. velit ille quidem, sed Martius ante
obstitit Hippodamus mediasque inmisit habenas.
mox Chromis Hippodamum metae interioris ad orbem
viribus Herculeis et toto robore patris

464 *cf. ad v. 433*

463 Escheton **b** -que *s. l.* **Q**² cingum **r** 464 et *om.* **B** trymon **P** cromin **QC** 465 aethion **P***ω*: Aethalion *Schrader. ac sane* -i- *produci mirum. nam 7, 757. 10, 734* Aetion(a) (*ab ἀετός*) *legendum idemque Ovidio restituendum Met. 5, 146 ubi epitheton* sagax *originem indicat. quod ne hoc quoque loco faciamus, impedimento est attributum* igneus. *itaque graeco accentu syllabam* -i- *produci censeo, sicut corripitur* -a- *in titulo Thebaidos propter graecum accentum sequentis syllabae* -que cydona **PD**ς: calydon a(ce- **K**) *ω* 466 variumque (pha- **N**) *ω*: tardumque **P** (*e v. 465*) podarcen **P**: -arcem (-acem r) *ω*: Podargum *Bentleius* 467 et echionides **Q**¹ curru *ex* cursu **b**¹ 468 tene[illegible]t **B** 469 captus **f**: coeptus **Q**² (ceptus) 470 trepidis **M**¹: trepidis *μ* (ł in) 471 Effecti **f**¹ eiectatque (-aque **P**¹, t s. l.) **PDNb**: in- *ω* 472 iam *om.* **D** 473 loni **B**¹ (g s. l.) i[illegible]lia (l) **Q** fletus *ν*² (ł a) 474 Hinc **MQC***μ*: Hiæc **L**$^{\sigma}$ 476 praetulit **P***ω* (ante casum ei subvenit *recte schol. Barthi*): pertulit ς *Baehrens* 478 mete interioris ad orbem *ν*² (mediasque immisit habenas) mediusque **C** abenas **B**

axe tenet prenso, luctantur abire iugales
nequiquam frenosque et colla rigentia tendunt.
ut Siculas si quando rates tenet aestus et ingens
auster agit, medio stant vela tumentia ponto.
tunc ipsum fracto curru deturbat, et isset
ante Chromis; sed Thraces equi ut videre iacentem
Hippodamum, redit illa fames, iamiamque trementem
partiti furiis, ni frena ipsosque frementes
oblitus palmae retro Tirynthius heros
torsisset victusque et conlaudatus abisset.
at tibi promissos iamdudum Phoebus honores,
Amphiarae, cupit. tandem ratus apta favori
tempora pulverei venit in spatia horrida circi,
cum iam in fine viae, et summum victoria nutat;
anguicomam monstri effigiem, saevissima visu
ora, movet sive ille Erebo seu finxit in astus
temporis, innumera certe formidine cultum
tollit in astra nefas. non illud ianitor atrae
inpavidus Lethes, non ipsae horrore sine alto
Eumenides vidisse queant, turbasset euntes
Solis equos Martisque iugum. nam flavus Arion
ut vidit, saliere iubae, atque erectus in armos

---

481 prenso *ω*: presso **P** 482 calla *ex* callo **L**$^{\sigma}$ 483 si-[a]culis **f**^{2} ingens *ω*: ignes **P** 484 agit *ω*: aget **P** 485 curru fracto **N** 486 crhomis **b**: chronus [chromis] **ν**^{2} 488 fuerant [furiis] **M**^{1} ipsos[n]que (-os-) **b** 489 tyrinthius **P** 490 victusque (*praeter* vi- *in ras.* **L**$^{\sigma}$) **L**: victorque **D** collaudandus **D** 492 Amphiare **P** cupidus [t] **Q**^{1} (*scil. in exemplari scriptum erat* cupid) favori **P**: favoris (-ri[s] **Lb**: -ri[s] **ν**^{2}: -s *adras. in* **Q**) *ω*: furoris **D** 493 pulverea **C** 494 *pro spurio habet Guietus* Cum *ex* Tum **b**^{1} in *om.* **BLQrfν**: *s. l.* **M**$^{\sigma}$ finae (*ex* finde) **B** et *om.* **C** 496 Oro[a] **M**^{1} fincxit **B** crebro *vel* er- **N** astus **P**: astu (hastu **b**) *ω* 497 fultum *Koestlinius 1876 p. 500* 501 amorion **B**^{1} 502 erectus *ω*: -tos **P**

stat sociumque iugi comitesque utrimque laboris
secum alte suspendit equos. ruit ilicet exul
Aonius nexusque diu per terga volutus
exuit; abripitur longe moderamine liber
currus; at hunc putri praeter tellure iacentem
Taenarii currus et Thessalus axis et heros
Lemnius obliqua, quantum vitare dabatur,
transabiere fuga. tandem caligine mersum
erigit adcursu comitum caput aegraque tollit
membra solo, et socero redit haut speratus Adrasto.
quis mortis, Thebane, locus, nisi dura negasset
Tisiphone, quantum poteras dimittere bellum?
te Thebe fraterque palam, te plangeret Argos,
te Nemea, tibi Lerna comas Larissaque supplex
poneret, Archemori maior colerere sepulcro.
tum vero Oeclides, quamquam iam certa sequenti
praemia, cum vacuus domino praeiret Arion,
ardet adhuc cupiens vel inanem vincere currum.
dat vires refovetque deus; volat ocior euro,
ceu modo carceribus dimissus in arva solutis,

---

515 *Prisc.* GL II 202, 23 (*propter formam* Nemea) idem in VI: te plangeret .. poneret

---

503 comitemque utrique *Salmasius* utrumque **b** laboris *ex* -es $\mathbf{B}^1$ 504 ruit *in lac. add.* $\mathbf{L}^\sigma$ 506 Exiit [ł exuit] **r** 507 ad hunc **P**: adhuc **r** 508 Taenarii ς: -rei **P**ω 511 adcursu **PL**$\mathbf{Q}^1$: adcursum ω 512 Menbra **Mf** [h]aut $\mathbf{B}^1$ superatus [ł speratus] $\mathbf{M}^\sigma$ 513 Quis *ex* Qui $\mathbf{Q}^2$ 514 Tesiphonae (-ae o **Q**) **CQ**: Ti[e]- $\mathbf{f}^2$ 516 tibi *om.* **C** larisaque **PB** *Prisc.*: -i[s]saque $\mathbf{L}^\sigma$ 517 colere[re] $\mathbf{Q}^2\mathbf{M}^\sigma$: colere **L** sepulchro **P** 518 Tum **P**: Tunc ω quanquam **P** iam *om.* $\mathbf{B}^1$, *add.* $\mathbf{B}^3$ 519 [b]praeiret [c]arion [a]domino **C** prior iret *Müller* (*cl.* 528), *Garrodius* domitore praeiret *Unger 1868 p. 257* 520 currum *ex* -ru $\mathbf{Q}^2$ 522 Ceu *ex* Seu $\mathbf{b}^1$ dimissus ω: de- **P** salutis **r**

verberibusque iubas et terga lacessit habenis
increpitans Caerumque levem Cygnumque nivalem.
nunc, saltem dum nemo prior, rapit igneus orbes
axis, et effusae longe sparguntur harenae.
dat gemitum tellus et iam tunc saeva minatur.
forsitan et victo prior isset Arione Cygnus,
sed vetat aequoreus vinci pater: hinc vice iusta
gloria mansit equo, cessit victoria vati.
huic pretium palmae gemini cratera ferebant
Herculeum iuvenes: illum Tirynthius olim
ferre manu sola spumantemque ora supino
vertere, seu monstri victor seu Marte, solebat.
Centauros habet arte truces aurumque figuris
terribile: hic mixta Lapitharum caede rotantur
saxa, faces aliique iterum crateres, ubique
ingentes morientum irae; tenet ipse furentem
Hylaeum et torta molitur robora barba.
at tibi Maeonio fertur circumflua limbo
pro meritis, Admete, chlamys repetitaque multo
murice: Phrixei natat hic contemptor ephebus
aequoris et picta tralucet caerulus unda;
in latus ire manus mutaturusque videtur

---

523 iubas *ex* iuvas **L**$^{\sigma}$ abenis **B** 524 Caerumque *Müller*: caecumque **P**: scaerumque (eschetonque **b** *cf. 463*) **ω** cycnumque **B**: $\overset{c}{\underline{n}}$ygnumque **Q**^{2}: cinerumque **L** 525 Hunc (‡nunc) **L**$^{\sigma}$: Hunc **r** saltim (*ex* -em **M**$^{\sigma}$) **MC** prior **ω**: proprior **P** 526 effusae **Pς**: offossae (obf- **S**) **Sb**: effossae (*ex* of- **B**^{3}**μ**^{1}) **ω**: offensae **Q** 527 tunc **ω**: tum **P** minaꝑtur **L**$^{\sigma}$ 528 victo **ω**: victor **PSC**: -to≣ (-r) **N** i$\overset{s}{}$set **P**^{1} cycnus **B**: cincnus **L** 529 iuste **r** 531 cratera **b**^{2} *in lac.* 532 tyrintius **P** 533 solida *Heinsius* 534 monstri **ω** (*cf. Ov. epist. 9, 114*): -is **P** 536 rotantur **Pμ**: notantur **ω** 537 aliique alio *coni. Garrodius voce* iterum *non intellecta* crateras **r**^{1}**f** 538 ferentem *Heinsius* 539 torta **ω**: -tam **P** 540 *om.* **N**^{1}, *add.* **N**^{2} *mg.* naeonio **B** 541 admethe clamis **P** 542 phryxei **P** ephoebus **P** 543 picta **Pω**: picea *Diltheius* tralucet **P**: translucet **ω** 544 manus **Pω**: manu *Marklandus ad Silv. 1, 1, 82*, *sed subiectum mutatur* dilatare manus *coni. Garrodius* muta-

bracchia, nec siccum speres in stamine crinem;
contra autem frustra sedet anxia turre suprema
Sestias in speculis, moritur prope conscius ignis.
has Adrastus opes dono victoribus ire
imperat; at generum famula solatur Achaea.
　sollicitat tunc ampla viros ad praemia cursu
praeceleres: agile studium et tenuissima virtus,
pacis opus, cum sacra vocant, nec inutile bellis
subsidium, si dextra neget. prior omnibus Idas,
nuper Olympiacis umbratus tempora ramis,
prosilit; excipiunt plausu Pisaea iuventus
Eleaeque manus. sequitur Sicyonius Alcon,
et bis in Isthmiaca victor clamatus harena
Phaedimus, alipedumque fugam praegressus equorum
ante Dymas, sed tunc aevo tardante secutus.
multi et, quos varii tacet ignorantia vulgi,
hinc atque hinc subiere. sed Arcada Parthenopaeum
appellant densique cient vaga murmura circi.
nota parens cursu; quis Maenaliae Atalantes
nesciat egregium decus et vestigia cunctis
indeprensa procis? onerat celeberrima natum
mater, et ipse procul fama iam notus inermes

---

turusque **P**ω (*quod recte de natando intelligitur*): motaturusque *Baehrens*: lentaturusque *Peyraredus* 545 speres (*i. expectaveris*) **P**ω: spectes *Marklandus l. l.* crinem (-en **f**) ω: crimen **P** 546 sed et **b**[1]: sedet **b**[1] *mg.* supreme **r** 547 Shestias **Bb**: ≣hestias (T-) **Q**[2] speculis ω: scopulis **P** 549 ad **P** 550 tunc *ex* nunc μ praelia (tm *s. l.*) ν^2 551 Proceleres **b** 552 opos (u *s. l.*) **Q**[1] vocat (n *s. l.*) **f**[2] 553 negat **Mf** 554 olimpacis (i *s. l.*) **B**: olim pacis (i *s. l.*) **f**[1] 556 Aeleaeque **P**: Eleaeque *ex* -aque **L**$^\sigma$: Lideaeque **N** 557 in isthmiaca **b**[2] *in lac.*: in sthmiaca **B**: in imstmiaca **M** 558 aequorum **PB** 559 tardente **L**: tardante *ex* tand- **b**[1] 561 hinc *s. l.* **f**[1] 562 cient **P**ω: venit **r** vaga murmura *ex* vagam mura **L**$^\sigma$ 563 atalantis **PC**: atalentes **Q**: atålantes **f**[1]: athlantes (-is **M**$^\sigma$) **M**μ 565 ≣onerat (h-) **B**: hon- **b** 566 inhermes **Bb**

narratur cervas pedes inter aperta Lycaei
tollere et emissum cursu deprendere telum.
tandem expectatus volucri super agmina saltu
emicat et torto chlamydem diffibulat auro.
effulsere artus, membrorumque omnis aperta est
laetitia, insignes umeri, nec pectora nudis
deteriora genis, valuitque in corpore virtus.
ipse tamen formae laudem aspernatur et arcet
mirantes; tunc Palladios non inscius haustus
incubuit pinguique cutem fuscatur olivo.
hoc Idas, hoc more Dymas aliique nitescunt.
sic ubi tranquillo perlucent sidera ponto
vibraturque fretis caeli stellantis imago,
omnia clara nitent, sed clarior omnia supra
Hesperos exercet radios, quantusque per altum
aethera, caeruleis tantus monstratur in undis.
proximus et forma nec multum segnior Idas
cursibus atque aevo iuxta prior; attamen illi
iam tenuem pingues florem induxere palaestrae,
deserpitque genis nec se lanugo fatetur
intonsae sub nube comae. tunc rite citatos

---

568 *Serv.* Aen. 9, 556 cum praemisso telo ad hostem venit. Statius: et emissum (missum *codd. praeter F*) cursu conprendere telum

---

567 cervas *om.* b^1 *in lac.*: dammas *add.* b^2 operta **Q** 568 conprendere *Serv.* 569 et spectatus **f** volucri≡ (-s) **b** saltu *ex* cu- C^1 570 $t\overset{r}{o}to$ C^1 clamydem **P** 572 insignes **P**ω: -esque **D**ς nuda **D** *unde* nudat *Postgatius* 573 Deteriora *ex* -re B^1 valuitque in corpore virtus *Klotzius*: aluitque in corpore virtus P^1: latuitque ($\overset{p}{l}$a- b^1) in corpore vultus $P^r\omega$ *quod verum esse potest*: patuitque in corpore virtus *Peyraredus* 575 $h\overset{v}{a}stus$ L^{σ} 576 $fuscat\overset{v}{o}r$ M^1 577 more **P**ω: rore *Baehrens* 578 $perlu\overset{c}{g}ent$ P^1 579 stellantis ω: still- **P** 581 $Hesper\overset{v}{o}s$ Q^1: -rus **fb** exercet **P**ω: exertat *Schrader* 582 caeruleis *ex* -eus B^1 586 Deserpitque **P**ω: inserpitque *coni. Garrodius* 587 citatus **C**

explorant acuuntque gradus, variasque per artes
exstimulant docto languentia membra tumultu:
poplite nunc sidunt flexo, nunc lubrica forti
pectora conlidunt plausu, nunc ignea tollunt
crura brevemque fugam necopino fine reponunt.
  ut ruit atque aequum submisit regula limen,
corripuere leves spatium, campoque refulsit
nuda cohors: volucres isdem modo tardius arvis
isse videntur equi; credas e plebe Cydonum
Parthorumque fuga totidem exiluisse sagittas.
non aliter celeres Hyrcana per avia cervi,
cum procul inpasti fremitum accepere leonis
sive putant, rapit attonitos fuga caeca metusque
congregat, et longum dant cornua mixta fragorem.
effugit hic oculos rapida puer ocior aura
Maenalius, quem deinde gradu premit horridus Idas
inspiratque umero, flatuque et pectoris umbra
terga premit. post ambiguo discrimine tendunt
Phaedimus atque Dymas, illis celer inminet Alcon.
flavus ab intonso pendebat vertice crinis
Arcados; hoc primis Triviae pascebat ab annis
munus et, Ogygio victor cum Marte redisset,

---

607 Σ 6, 603 Parthenopaeus Arcas . . . ut ipse inferius: a vertice crinis Arcados

---

589 Exstimulant **PBQb**: Inst- *ω* 590 Poblite (*ex* -op- **f**^{2}) **Cf** nunc ignea tollunt *μ* 591 nunc lubrica forti *μ* cignea **N**^{1} *mg.* 592 nec opi(n)do **Q**^{1} 593 Ut *in ras.* **B**^{1}: Iam **N r**(+Ut) ***ν***(+Iam): Iam **L**$^{\sigma}$: Ut **M**$^{\sigma}$: Cum **C** lumen **C** 594 leves **PDLf**^{2}: levem **Q**: leve *ω* in campoque **N** 595 hisdem **P** 596 Isse *ex* E- **B**^{1} e *in ras.* **b**^{1} 599 Si *vel* Seu *Bentleius* inpasti **P**: infasti **K**: infausti (^{in}f- *μ*^{1}: infa(e)usti **b**^{2}) *ω* accepere *ex* -cip- **P**^{1} leonis *ex* -es **B**^{1}: -ne(i)s **Q**^{1} 600 rapi **L** 602 rapida[illegible] (-t) **b** aura (au- *in ras.*) **b**^{1} 604 Inspiratque *ω*: -sper- **P** 606 celer *ex* cerer **Q** imminet **P** 608 triviae **b**^{2} *in lac.* 609 ogygyo **P**

nequiquam patriis audax promiserat aris.
tunc liber nexu lateque in terga solutus
occursu zephyri retro fugit et simul ipsum
inpedit infestoque volans obtenditur Idae.
inde dolum iuvenis fraudique adcommoda sensit
tempora; iam finem iuxta, dum limina victor
Parthenopaeus init, correpto crine reductum
occupat, et longae primus ferit ostia portae.
Arcades arma fremunt, armis defendere regem,
ni raptum decus et meriti reddantur honores,
contendunt totoque parant descendere circo.
sunt et quis Idae placeat dolus. ipse regesta
Parthenopaeus humo vultumque oculosque madentes
obruit, accessit lacrimarum gratia formae.
pectora nunc maerens, nunc ora indigna cruento
ungue secat meritamque comam, furit undique clamor
dissonus, ambiguumque senis cunctatur Adrasti
consilium. tandem ipse refert: 'conpescite litem,
o pueri! virtus iterum temptanda; sed ite
limite non uno, latus hoc conceditur Idae,
tu diversa tene, fraus cursibus omnis abesto.'
audierant, dictoque manent. mox numina supplex
affatu tacito iuvenis Tegeaeus adorat:

---

612 zepheri **f** fugit **P**ω: fuit **r**: fluit *Bentleius* 613 Impedit **P** obtenditur **B**ς: ostenditur **P**ω 614 accommoda **P** 617 longae ω: longe **PNCfrb**ν, *at non* longe primus *advenit Idas, quippe qui* finem iuxta *Parthenopaeum superaverit* 619 reduntur **L** 620 *ante* 619 ν 620 Intendunt **b** descendere (*i. in harenam*) ς: discendere **P**: decedere ω: contendere **D** 622 madentes *ex* -antes $\mathbf{b}^{1}$ 623 Obrupuit $\mathbf{L}^{\sigma}$ gloria **D** 625—946 **D** *fere non legitur* 625 ferit (v *supra* e) $\mathbf{f}^{1}$ 627 Consilium ω: Concilium **PBLfb**: Concilium (s *supra* c) $\mathbf{Q}^{2}$: Concilium (silium *supra*) $\mathbf{M}^{1}$ compescite **P** 629 Limine **N** latus hoc **P**ω: litus (*ex* la- μ) **BNCrf**μ: litus (a hoc *supra*) $\mathbf{Q}^{1}$: litus (latus hoc *supra*) $\mathbf{M}^{\sigma}$; *cum* rectus trames *explicet* Σ *Bamb.*, *interpretationem ad genuinam lectionem scriptam esse apparet* 630 diversa (-rs- *in ras.* $\mathbf{L}^{\sigma}$) **L** 631 dictoque parent **Lr**νς: dicto[illegible] parent **N** 632 tegaeus **P**ω

'diva potens nemorum, tibi enim hic, tibi crinis honori
debitus, eque tuo venit haec iniuria voto,
si bene quid genetrix, si quid venatibus ipse
promerui, ne, quaeso, sinas hoc omine Thebas
ire nec Arcadiae tantum meruisse pudorem.'
auditum manifesta fides: vix campus euntem
sentit, et exilis plantis intervenit aer,
raraque non fracto vestigia pulvere pendent.
inrumpit clamore fores, clamore recurrit
ante ducem prensaque fovet suspiria palma.
finiti cursus, operumque insignia praesto.
Arcas equum dono, clipeum gerit inprobus Idas,
cetera plebs Lyciis vadit contenta pharetris.
tunc vocat, emisso si quis decernere disco
impiger et viris velit ostentare superbas.
it iussus Pterelas, et aenae lubrica massae
pondera vix toto curvatus corpore iuxta
deicit; inspectant taciti expenduntque laborem
Inachidae. mox turba ruunt, duo gentis Achaeae,
tres Ephyreiadae, Pisa satus unus, Acarnan
septimus; et plures agitabat gloria, ni se
arduus Hippomedon cavea stimulante tulisset

---

633 parens (potens *ss.*) **N**[2] *alterum* tibi *om.* **P** honori⁞ (-s) **f**: honoris **Q** 634 eque *in ras.* **B** (*fuit* atque): atque **C** 635 genitrix **P** 636 Emerui **b** ne **P**ω: me *Baehrens loco perperam intellecto* omine (ominine **B**: ominime **b**) ω: nomine **P** 639 Sensit **C** 640 Raraque **P**ω: rasaque *Heinsius*: raptaque *Garrodius* 641 Inrumpit **P**: Inrupit ω 642 pressaque **Bb**ν fovet **P**ς: levat ω susspiria **Q** 644 clipeum (-om, v *ss.*, **M**[1]) ω: clipeumque **P** improbus **P** 645 vadit **P**ς: gaudet ω 646 decernere ω: dis- **PN** 647 viros (e *ss.*) **P**[1] 648 Et μ pterelas ω: pteleras **P**: ptelelas (*prius* l *corr. in* r) **f** et *om.* **L**[1]**f**, *add.* **L**[1] *s. l.* assae (m *ss.*) **b**[2] 649 corpore ω: pondere **P** iusta (ǂiux *ss.*) ν[2] 651 ru.nt (u *ss.*) **P**[1] gentes (i *ss.*) **P**[1] 652 ephyṣreidae **P**: ephryadae (i *ss.*) **B**[3]: ephiryade **fCbr** -isa *et* acarnan **L**[σ] *in ras.* acharnan **P**: acarnam **b** 654 ǂtulit se *sscr.* **f**[2]

in medios, lateque ferens sub pectore dextro
orbem alium: 'hunc potius, iuvenes, qui moenia saxis
frangere, qui Tyrias deiectum vaditis arces,
hunc rapite: ast illud cui non iaculabile dextrae
pondus?' et abreptum nullo conamine iecit
in latus. absistunt procul attonitique fatentur
cedere; vix unus Phlegyas acerque Menestheus —
hos etiam pudor et magni tenuere parentes —
promisere manum; concessit cetera pubes
sponte et adorato rediit ingloria disco.
qualis Bistoniis clipeus Mavortis in arvis
luce mala Pangaea ferit solemque refulgens
territat incussaque dei grave mugit ab hasta.
  Pisaeus Phlegyas opus inchoat et simul omnes
abstulit in se oculos: ea viso corpore virtus
promissa. ac primum terra discumque manumque
asperat, excusso mox circum pulvere versat,
quod latus in digitos, mediae quod certius ulnae
conveniat, non artis egens: hic semper amori
ludus erat, patriae non tantum ubi laudis obiret
sacra, sed alternis Alpheon utrumque solebat
metari ripis et, qua latissima distant,
non umquam merso transmittere flumina disco.
ergo operum fidens non protinus horrida campi
iugera, sed caelo dextram metitur, humique

655 medio **BMCfrb** 658 rapite *ex* -ide **Q**[1] 659 adreptum **Bb** 660 absistunt *ex* ads- *μ*[1] atonitique **Q** 661 imus *ex* unus **b**[1] phlegyas *ex* -gias **P**[1] 665 bisthoniis **P** 666 plangea **C** refringens *Imhofius* 667 Temptat (Territat) **b**[2] asta **Q** 668 phleg(i)as **B**[3] op(v)es **M**[1] 669 Abstulit *sc. Phlegyas* ea viso **P** (*quod recte recepit Garrodius*): exhausto **ω**: ex viso *Baehrens* in corpore **D** 672 quod **ω**: quodque **P** 673 Conveniat (ł adiret) **BQ** 674 ubiret **r** 675 alpheo **f** utrumque **P** (*cf. 6, 13*): utrimque **ω**: utr‖imque **B** 676 Metari **P**: Metiri **ω** 677 non‖umquam (n) **B** 678 Ridet *ex* -it **L**[σ] 679 sed **ω**: sic **P** caelum dextra **N** humique **ω**: ubique **P**

pressus utroque genu collecto sanguine discum
ipse super sese rotat atque in nubila condit.
ille citus sublime petit similisque cadenti
crescit in adversum, tandemque exhaustus ab alto
tardior ad terram redit atque inmergitur arvis.
sic cadit, attonitis quotiens avellitur astris,
Solis opaca soror; procul auxiliantia gentes
aera crepant frustraque timent, at Thessala victrix
ridet anhelantes audito carmine bigas.
conlaudant Danai, sed non tibi molle tuenti,
Hippomedon, maiorque manus speratur in aequo.
atque illi extemplo, cui spes infringere dulce
inmodicas, Fortuna venit. quid numina contra
tendere fas homini? spatium iam inmane parabat,
iam cervix conversa, et iam latus omne redibat:
excidit ante pedes elapsum pondus et ictus
destituit frustraque manum demisit inanem.
ingemuere omnes, rarisque ea visa voluptas.
inde ad conatus timida subit arte Menestheus
cautior, et multum te, Maia crete, rogato
molis praevalidae castigat pulvere lapsus

---

682 *Serv.* Aen. 8, 91 labitur uncta vadis abies: descendentis celeritate prope conscendit. Statius de disco: similisque ... adversum. *cf. Serv.* Aen. 12, 856 *ubi* in adversos *codd. Serviani*

---

681 sese▒ (-que) **B** 683 cessit *Guietus, sed perfectum ferri nequit* adversos *Serv. altero loco* -que *om.* **C** exaustus **b** 684 ad **P**: in **ω** 687 ad **P** victrix *ex* vicus $\mathbf{C}^1$: victris (*quamquam scripturus erat* -ix) $\mathbf{Q}^1$ 690 -que *s. l. add.* $\mathbf{M}^1$ 691 Ast **ν** $\overset{t}{\text{exemplo}}$ $\mathbf{Q}^1\mathbf{f}^1$ dulce est **μν** 692 $\overset{n}{\text{numica}}$ $\mathbf{M}^1$ 693 $\overset{\text{iam}}{\text{-que}}$ (del.) $\mathbf{B}^1$: -que **QCr**: iamque **L** spatium iam immane parabat $\mathbf{N}^2$ *in ras.* 695 ictus (*eras.* iactus) **C** 696 dimisit **NfCμν**: $\overset{i}{\text{dem-}}$ $\mathbf{B}^1\mathbf{b}^1$ 698 timida *ex* tu- **b**: tumida **N** 699 crete *Schrader* (*cl.* 8, 278): create **P** (*natum ex* $\overset{\text{cre}}{\text{nate}}$): nate **ω** 700 Molis *ex* Moll- $\mathbf{B}^3$: Molles $\mathbf{L}^1$: Molis $\mathbf{L}^{\sigma}$ *mg.* praevalidae **P**: praegravidae **ω**, *cf.* 7, 396

illa manu magna et multo felicior exit,
nec partem exiguam circi transvecta quievit.
fit sonus, et fixa signatur terra sagitta.
tertius Hippomedon valida ad certamina tardos
molitur gressus; namque illum corde sub alto
et casus Phlegyae monet et fortuna Menesthei.
erigit adsuetum dextrae certamen, et alte
sustentans rigidumque latus fortesque lacertos
consulit ac vasto contorquet turbine, et ipse
prosequitur. fugit horrendo per inania saltu
iamque procul meminit dextrae servatque tenorem
discus, nec dubia iunctave Menesthea victum
transabiit meta: longe super aemula signa
consedit viridesque umeros et opaca theatri
culmina ceu latae tremefecit mole ruinae:
quale vaporifera saxum Polyphemus ab Aetna
lucis egente manu tamen in vestigia puppis
auditae iuxtaque inimicum exegit Ulixen.
[sic et Aloidae, cum iam calcaret Olympum
desuper Ossa rigens, ipsum glaciale ferebant
Pelion et trepido spirabant iungere caelo.]
 tum genitus Talao victori tigrin inanem
ire iubet, fulvo quae circumfusa nitebat

---

701 Illa **ω**: Ille **P**ς multo **P**ς: -tum **ω** 704 tarda r 706 phlegycie **P** mon(v)et f[2] mesnestei **Q**[1] 707 certamen **P**ς *Barthius*: gestamen **ω** 708 Sustentas **C** 710 fugit **ω**: et fugit **P** 712 iunctave **ω**: -que **P** 713 Transhabiit **L** meta **ω**: -tas **P** 714 theathri **Bb** 715 (C)Fulmina **M**[σ] 716 vaporifera *ex* -ru **P**[r] poliphoemus **P** aethna *ex* -ra b[2] 717 pu(p)pis f[2] 718 Audit(e)a **P**[c] -que *om.* f inimicum **ω**: inicum **P** 719—721 *leguntur in nonnullis codicibus* ς, *post* 706 *collocat Helmius, de Statii Thebaide 1892 p. 145, cf. Hermes 40 (1905) p. 363* 719 calcaret ς: celaret *Gronovius* 720 ipsum *idem*: ipsam *vel* -sa ς ferebant *Gronovius*: -bat ς 721 spirabant *Klotzius*: spirabant *vel* sper- ς 722 Tum **P**ω: Tunc **Q**μν gemitus **C**: gemitus f ianem **C** 723 circumfusa **ω**: -fulsa **Pf**

margine et extremos auro mansueverat unguis.
Gnosiacos arcus habet et vaga tela Menestheus.
'at tibi' ait, 'Phlegya, casu frustrate sinistro,
hunc, quondam nostri decus auxiliumque Pelasgi,
ferre damus, neque enim Hippomedon inviderit, ensem.
nunc opus est animis: infestos tollite caestus
comminus; haec bellis et ferro proxima virtus.'
constitit inmanis cerni inmanisque timeri
Argolicus Capaneus, ac dum nigrantia plumbo
tegmina cruda boum non mollior ipse lacertis
induitur, 'date tot iuvenum de milibus unum
huc' ait, 'atque utinam potius de stirpe veniret
aemulus Aonia, quem fas demittere leto,
nec mea crudelis civili sanguine virtus.'
obstipuere animi, fecitque silentia terror.
tandem insperatus nuda de plebe Laconum
prosilit Alcidamas, mirantur Dorica regum
agmina; sed socii fretum Polluce magistro
norant et sacras inter crevisse palaestras.
ipse deus posuitque manus et bracchia finxit —

---

724 *Serv.* Aen. 8, 553 quia solebant (*ungues*) deaurari. Statius: auro .. unguis 739 Σ 10, 499 hic Alcidamas in agone .. adversus Capaneum caestibus dimicavit, ut superius poeta testatur dicens: tandem .. Alcidamas 741 Σ 10, 501 unde superius: sed socii .. palaestras

---

724 au≡ro **B**: aurum **C** ungues **P** 725 Gnosiacos *ex* -us **f** abet **B** 726 frustrate (-stiate **B**) ω: frustrante **P** phlegia *ex* phebia **f**^{1} 727 Ṭunc (H *superscr.*) **M**^{2} 729 tollite **P**$\mu\nu$: tollere ω caestus ω: -os **P** 731 inmanesque **P** timeri **PB**^{1}**D**ς: tueri ω 732 Argolicos **C** capaneus *ex* canapeus **b**^{1} 733 molior **r** 734 dae (t *superscr.*) **B**^{1} tot *om.* **L**^{1}, *add.* **L**$^\sigma$ *mg.* date tot *in lac.* **b**^{2} 736 demittere ς: di- **P**ω 737 Nec **P**ω: Ne^c **D**: ne *Barthius parataxi non intellecta* 738 Obstupuere **fb** 739 ins≡peratus (u) **f** 740 alcidạmus **r**: alcimadas **C** 743 brachia **P** fincxit **Bb**

materiae suadebat amor —; tunc saepe locavit
comminus, et simili stantem miratus in ira
sustulit exultans nudumque in pectora pressit.
illum indignatur Capaneus ridetque vocantem
ut miserans, poscitque alium, tandemque coactus
restitit, et stimulis iam languida colla tumescunt.
fulmineas alte suspensi corpora plantis
erexere manus; tuto procul ora recessu
armorum in speculis, aditusque ad volnera clusi.
hic, quantum Tityos Stygiis consurgat ab arvis,
si torvae patiantur aves, tanta undique pandit
membrorum spatia et tantis ferus ossibus extat.
hic paulo ante puer, sed enim maturius aevo
robur, et ingentes spondet tener impetus annos,
quem vinci haut quisquam saevo neque sanguine tingui
malit, et erecto timeat spectacula voto.
ut sese permensi oculis et uterque priorem
speravere locum, non protinus ira nec ictus:
alternus paulum timor et permixta furori
consilia, inclinant tantum contraria iactu

---

751 **Σ** 6, 773 instat gressu: ut caveret ictus certaminis, anteibat pede, facie recedebat. quod ipse ait supra: tuto .. recessu

---

744 Materiae **P**ω: -am **DN**$\mu\nu$: -em **C**: -ae (ł am) **M**$^{\sigma}$: -ię b[1] 746. 745 ν^1, *corr.* ν^2 746 in **P**: ad ω 749 corda rς 750 suspensa r 751 Erexere ω: Exercere **P**: exeruere *Müller* 752 a[?]ditusque (u) b volnera (v) **B**[1]: vulnera **P** clausi **Q**[1]: clausi **B**[2]fb 753 Hic *ex* Sic **C** quantum **P**ω: -us (*ex* -um **K**) **KNfbC** tityos stygiis **P** (*cf. 1, 710*): stygiis tityos ω ab ω: ad **P** 754 patirantur (n) **P**[1]: patiatur f[2] 756 pallo (v) **M**[2] 758 aut **PB**[1] nec **QC** tingi **B**: tingui (v) b[1]: tinguit r 759 et **P**ω: at *Koestlinius* timeant **Crb** 760 oculos (i) f[2] ut r 762 Alterius (n) b[1] timor (b) paulum (a) **C** 763 iacta (v) b[1] tractu **LQ**

bracchia et explorant caestus hebetantque terendo.
doctior hic differt animum metuensque futuri
cunctatus vires dispensat: at ille nocendi
prodigus incautusque sui ruit omnis et ambas
consumit sine lege manus atque inrita frendit
insurgens seque ipse premit. sed providus astu
et patria vigil arte Lacon hos reicit ictus,
hos cavet; interdum nutu capitisque citati
integer obsequio, manibus nunc obvia tela
discutiens, instat gressu voltuque recedit:
saepe etiam iniustis conlatum viribus hostem —
is vigor ingenio, tanta experientia dextrae est —
ultro audax animis intratque et obumbrat et alte
adsilit. ut praeceps cumulo salit unda minantes
in scopulos et fracta redit, sic ille furentem
circumit expugnans; levat ecce diuque minatur
in latus inque oculos; illum rigida arma caventem
avocat ac manibus necopinum interserit ictum
callidus et mediam designat volnere frontem:
iam cruor, et tepido signantur tempora rivo.
nescit adhuc Capaneus subitumque per agmina murmur

---

764 hebetantque (*ex* habet- L$^{\sigma}$) ω: habitantque P
ł teren t
ferendo M^2: ferendo f^r: ferendo Q 765 futuri ω: furori P (*e v. 762*) 766 Cunctatus ω: -tur PM$^{\sigma}$: -tor *Baehrens* dispensata P^1 768 frendet C: fremit N 769—802 *om.* μ^1 (đ μ^2 *mg.*), *sequuntur post 819* 770 arte *ex* ante *Meyero*
h
correctum videtur in P^1 os Q^1 reicit PDf^{r}ς: eicit (eiecit r:
v o
ei⦙cit B) ω 773 voltuque B^{3}M^2: vultuque P 774 hastem B 775 intratque Pω: instatque ς *Kohlmannus* 776 ob-
errat
umbrat f^r: umbrat μ 777 cumulo salit ω: cumulosagit P
i
779 duque P^1 780 inque (^{at}que b^2) ω: illum P
provocat
781 ~~Advocat~~ Q$^{1(?)}$: Advocat (ł Avo- μ^1 *mg.*) μ: Evocat Cb
v
ac P: et ω -serit *in lac.* b^2 782 volnere B^{2}M^2: vulnere P
n
783 signatur M^2: nigrantur *Garrodius*

miratur; verum ut fessam super ora reduxit
forte manum et summo maculas in vellere vidit,
non leo, non iaculo tantum indignata recepto
tigris: agit toto cedentem fervidus arvo
praecipitatque retro iuvenem atque in terga supinat,
dentibus horrendum stridens, geminatque rotatas
multiplicatque manus. rapiunt conamina venti,
pars cadit in caestus; motu Spartanus acuto
mille cavet lapsas circum cava tempora mortes
auxilioque pedum, sed non tamen inmemor artis
adversus fugit et fugiens tamen ictibus obstat.
  et iam utrumque labor suspiriaque aegra fatigant.
tardius ille premit, nec iam hic absistere velox,
defectique ambo genibus pariterque quierunt.
sic ubi longa vagos lassarunt aequora nautas
et signum de puppe datum, posuere parumper
bracchia: vix requies, iam vox citat altera remos.
ecce iterum inmodice venientem eludit et exit
sponte ruens mersusque umeris: effunditur ille
in caput, adsurgentem alio puer inprobus ictu
perculit eventuque inpalluit ipse secundo.
clamorem Inachidae, quantum non litora, tollunt,
non nemora. illum ab humo conantem ut vidit Adrastus
tollentemque manus et non toleranda parantem:
'ite, oro, socii, furit, ite, opponite dextras,

---

785 redixit (v *supra* i) $\mathbf{B}^1$ 788 agi·toto (·t *supra*) $\mathbf{P}^1$ arvo *ex* ardo $\mathbf{b}^1$ 792 incestas **C** acito (v *supra* i) $\mathbf{B}^3$ 794 immemor **P** atis (r *supra*) $\mathbf{B}^1$ 795 Adversus **P**: Aversus (A≡v- **b**) *ω* 796 fatigat (n *supra*) $\mathbf{Q}^1$ 797 absistere **P***ω* (*i. recedere adversa fronte*): obsistere *Baehrens, Garrodius propter v. 812, ubi plane alio sensu dicitur* absistet 798 quierunt $\mathbf{B}^1$ *ex* quaerunt 799 lassaru· (·nt *supra*) $\mathbf{P}^1$ 800 Ut **C** signum .. datum **PBSNbf**$\boldsymbol{\nu}^1$: signo .. dato *ω* deposuere **r** 801 citat **PC**: ciet *ω* 804 capud **Q** improbus **P** icto (v *supra*) $\mathbf{B}^1$ 806 littora *ex* till- $\mathbf{Q}^2$ 807 Nonne mora **BCf** 808 tolleranda $\mathbf{Q}^1$ parantem *ω*: -rentem $\mathbf{PB}^1$ 809 Ite furit socii (*corr.* $\boldsymbol{\nu}^2$ *mg.*) $\boldsymbol{\nu}$ -rit . . . dextras $\mathbf{L}^\sigma$ *in ras.* oponite **Q**

festinate, furit, palmamque et praemia ferte!
non prius, effracto quam misceat ossa cerebro,
absistet, video, moriturum auferte Lacona.'
nec mora, prorumpit Tydeus, nec iussa recusat
Hippomedon; tunc vix ambo conatibus ambas
restringunt cohibentque manus ac plurima suadent:
'vincis, abi; pulchrum vitam donare minori.
noster et hic bellique comes.' nil frangitur heros,
ramumque oblatumque manu thoraca repellit
vociferans: 'liceat! non has ego pulvere crasso
atque cruore genas, meruit quibus ista iuventa
semiviri, infodiam mittamque informe sepulcro
corpus et Oebalio donem lugere magistro?'
dicit; at hunc socii tumidum et vicisse negantem
avertunt, contra laudant insignis alumnum
Taygeti longeque minas risere Lacones.
iamdudum variae laudes et conscia virtus
Tydea magnanimum stimulis urgentibus angunt.
ille quidem et disco bonus et contendere cursu,
nec caestu bellare minor, sed corde labores
ante alios erat uncta pale. sic otia Martis
degere et armiferas laxare adsueverat iras

---

822 **Σ** 7, 21 Oebalii Pollucis, ut supra: Oebalio . . magistro

---

810 f$\overset{e}{o}$rte **B**[1] 811 cereb$\overset{r}{o}$ **f**[r] 812 Abstet **r** 813 tydaeus **P** 814 cona≡tibus (-n-) **f** 815 cohibentque **P**: prohibentque **ω** 816 pulchrum **P**: pulchrum est **ω** 818 thoracaque re≡pellit (p) **P** 819 non has **P**: has non **ω** pulvere **ω**: vulnere **P** 820 ista iuventa **P** (*quod recte tuetur Garrodius*): iste favorem **ω** 821 semiviri *Klotzius*: Semivir **P ω** effodiam *Postgatius* -que *om.* **f** sepulchro **P** 823 Dicit **P μ**: Dixit **ω**, *cf. 10, 848. 12, 692 Ach. 1, 343* ad huc **P f** at *ex* ac **M**[2] 824 contra **P ω**: quetra **r** 825 Ta≡geti (ł tageti) **B**: Targeti **r**: Tageti **L C**: T$\overset{i}{a}$geti **b** lac$\overset{e}{o}$nis **B**[2]: -is **C f**: locanes **b** 826 variae≡ (-que) **Q** 827 urgentibus *ex* ing- **P**[1]: ingentibus **ω** corde **P ω**: cara *Marklandus ad Silv. 5, 3, 93*: cura *Garrodius*, *sed cf. Unger 1868 p. 275* 830 pale **ς**: pales **P ω Σ**[1] 831 armigeras **N** lax$\overset{a}{e}$re **P**[1] ass$\overset{u}{e}$verat **M**[1]

ingentes contra ille viros Acheloia circum
litora felicesque deo monstrante palaestras.
ergo ubi luctandi iuvenis animosa citavit
gloria, terrificos umeris Aetolus amictus
exuitur patriumque suem. levat ardua contra
membra Cleonaeae stirpis iactator Agylleus,
Herculea nec mole minor, sic grandibus alte
insurgens umeris hominem super inprobus exit.
sed non ille rigor patriumque in corpore robur:
luxuriant artus, effusaque sanguine laxo
membra natant; unde haec audax fiducia tantum
Oenidae superare parem. quamquam ipse videri
exiguus, gravia ossa tamen nodisque lacerti
difficiles. numquam hunc animum natura minori
corpore nec tantas ausa est includere vires.
postquam oleo gavisa cutis, petit aequor uterque
procursu medium atque hausta vestitur harena.
tum madidos artus alterno pulvere siccant,
collaque demersere umeris et bracchia late
vara tenent. iam tunc astu deducit in aequum

---

845 *Prisc.* GL II 346, 15 (*propter ablativum* minori) Statius in VI Thebaidos: nunquam . . vires

---

832 ˙ille ˙contra **Q**¹ acaeloia **P** 833 monstrante **ω**: -are **P** 834 luctandi *ex* -do **b**¹ citabit **P** 835 etolis (v *supra* s) **M**^σ amittus **M** 836 patrumqu░e (a) (i *supra* r) **B**³: patrumque **Q** suem **ω**: sue **P** 837 chleonaeae **P**: cleoneus (ae *supra* us) **Q**¹: deoneae (c *supra* d) **b**¹ iactator **ω**: -tur **P**: -tur (o *supra* u) **Q**¹ agyleus **P**: agileus **Q** 838 sic **ω**: si (sic *supra*) **P**^r inprobus **Pω**: a_rduus **L** 842 Mēṇbra **P**¹: Menbra **b** unde **Pμς**: inde (in^de **Q**¹, *fuit in exemplari* in̄) **ω** *fortasse recte* audax *s. l.* **f**¹ 843 parem **ω**: patrem **P**: pa░rem **Q** 847 ^ga visa **Q**¹ 848 vestitur *ex* -us **L**^σ 849 artes (v *supra* e) **M**¹ 850 dimersere *ex* de- **M**^σ 851 Vara **PBC Σ**: Vasta **ω**: Vasta (ł vara *supra*) **Q**¹: Clara (ł Vana *supra*) (*ex* Ca- **L**^σ) **L**^σ: Clara **r**: Clara (ł vasta ł vara *supra*) **ν**²: Vara (curva *supra*) **M**^σ: Curva **D**: Curva (vara *supra*) **N**² astu *om.* **b**¹, *add.* **b**^r

callidus et celsum procurvat Agyllea Tydeus,
submissus tergo et genibus vicinus harenae.
ille autem, Alpini veluti regina cupressus
verticis urguenti cervicem inclinat in austro
vix sese radice tenens, terraeque propinquat,
iamdudum aetherias eadem reditura sub auras:
non secus ingentes artus praecelsus Agylleus
sponte premit parvumque gemens duplicatur in hostem,
et iam alterna manus frontemque umerosque latusque
collaque pectoraque et vitantia crura lacessit.
interdumque diu pendent per mutua fulti
bracchia, nunc saevi digitorum vincula frangunt.
non sic ductores gemini gregis horrida tauri
bella movent; medio coniunx stat candida prato
victorem expectans, rumpunt obnixa furentes
pectora, subdit amor stimulos et volnera sanat:
fulmineo sic dente sues, sic hispida turpes
proelia villosis ineunt complexibus ursi.
vis eadem Oenidae; nec sole aut pulvere fessi
membra labant, riget arta cutis durisque laborum
castigata toris. contra non integer ille

---

852 agylea **P** 853 Summissus **P**: -u$\overset{s}{\text{m}}$ **Q**^{2} 855 Vertices **P** urguenti **P**: -tes **ω**: ingentes **N** in **Pω**: ad **Nr** in austro (ab a. *Imhofius*) *Baehrens*: in austros **Pω**, *sed austro flante aquilonem versus arbores inclinant cervices* 856 tenen$\overset{s}{\text{t}}$ **Q**^{1} 857 Iamdudum **Pω**: actutum *Phillimorius haud male* umbras **C** 858 agyleus **P** 859 hostem **ω**: -te **P** 860 Et iam **ω**: Iam **P**: Iamque **f** 861 v$\overset{t}{\text{i}}$tantia **b**^{1}: nutantia **f** 864 s$\overset{ic}{\text{e}}$ductores **Q**^{2} 866 obn$\overset{i}{\text{o}}$xia **Q**^{1} furentes *ex* -tis **B**: -tis **b** 867 v$\overset{v}{\text{o}}$lnera **B**^{1}: vulnera **P** sanat **Pω** (*i. e. consolatur, commendat*): lavat **μ**: suadet *Leo, Sen. trag. I p. 107* 868 Fulmineo **Pb**: -nei **ω**, *cf. 750* sues *ex* -os **B**^{1} hispi... datur pes (a) **B** hispia da **Q**: ispida **L** 869 vi$\overset{l}{\text{l}}$osis **L**$^{\sigma}$ 870 fessi **P**: fessa **ω** 871 riget *ex* reget **M**^{1} $\overset{\text{ł arta}}{\text{atra}}$ **L**

flatibus alternis aegroque effetus hiatu
exuit ingestas fluvio sudoris harenas
ac furtim rapta sustentat pectora terra.
instat agens Tydeus fictumque in colla minatus
crura subit; coeptis non evaluere potiri
frustratae brevitate manus, venit arduus ille
desuper oppressumque ingentis mole ruinae
condidit. haud aliter collis scrutator Hiberi
cum subiit longeque diem vitamque reliquit,
si tremuit suspensus ager subitumque fragorem
rupta dedit tellus, latet intus monte soluto
obrutus, ac penitus fractum obtritumque cadaver
indignantem animam propriis non reddidit astris.
acrior hoc Tydeus, animisque et pectore supra est.
nec mora, cum vinclis onerique elapsus iniquo
circumit errantem et tergo necopinus inhaeret,
mox latus et firmo celer implicat ilia nexu,
poplitibus genua inde premens evadere nodos
nequiquam et lateri dextram insertare parantem
inprobus, horrendum visu ac mirabile pondus,
sustulit. Herculeis pressum sic fama lacertis
terrigenam sudasse Libyn, cum fraude reperta
raptus in excelsum, nec iam spes ulla cadendi,

---

873 effe[ras.]tus (c) **Bbf**: effusus **Q** alatu (a- *in ras.*) **B**: alatu (ł hyatu) ν^2: halatu **Nb** 874 Exui[ras.]t **b** ingentes **b** fluio **N** 875 sustentant (n *alterum adras.*) **f**: -ant **C** 876 fictumque (*ex* r-? **B**) **BQNr**ν: ictumque **PDCfb**μ: [ras.]ictumque **L**: ictumque (ł fictum) **M**$^{\sigma}$ collo **L** 878 brevi[ras.]te (ta) **Q**[1] 879 ingentis *ex* -es **P**[1] more *Gronovius* 880 Condidit ω: -cidit **P** haut **P** hiberi *ex* ha- **C** 881 reliquid **P**: -iquit *in ras.* **B**: relinquit **f**: reli[ras.]quit **b** 882 Si ω: Sic **P** 884 obtritumque ς: odtr- **P**: obductumque ω: oppressumque μ 885 reddit **r**: reddit (di) **L**$^{\sigma}$ 886 Acrior ω: Hac prior **P** tydaeus **P** pectore (-re *add.* **L**$^{\sigma}$) **L** 887 honerique **B** 890 Poblitibus **Cf**: Pobl- (p) **M**$^{\sigma}$ 892 Improbus **P** horrendom (u) **Q**[1] miserabile **BQb**μ 894 lybin **P** 895 cadendi *ex* -ti **Q**[1]

nec licet extrema matrem contingere planta.
fit sonus, et laetos adtollunt agmina plausus.
tunc alte librans inopinum sponte remisit
oblicumque dedit, procumbentemque secutus
colla simul dextra, pedibus simul inguina vinxit.
deficit obsessus soloque pudore repugnat.
tandem pectus humi pronamque extensus in alvum
sternitur, ac longo maestus post tempore surgit,
turpia signata linquens vestigia terra.
palmam autem dextra laevaque nitentia dono
arma ferens Tydeus: 'quid si non sanguinis huius
partem haud exiguam — scitis — Dircaeus haberet
campus, ubi hae nuper Thebarum foedera plagae?'
haec simul ostentans quaesitaque praemia laudum
dat sociis, sequitur neglectus Agyllea thorax.
  sunt et qui nudo subeant concurrere ferro.
iamque aderant instructi armis Epidaurius Agreus
et nondum fatis Dircaeus agentibus exul.
dux vetat Iasides: 'manet ingens copia leti,
o iuvenes! servate animos avidumque furorem
sanguinis adversi. tuque o, quem propter avita
iugera, dilectas cui desolavimus urbes,
ne, precor, ante aciem ius tantum casibus esse
fraternisque sinas — abigant hoc numina! — votis.'
sic ait, atque ambos aurata casside ditat.
tum generum, ne laudis egens, iubet ardua necti

---

897 attollunt **P** 898 inopine **r** 899 Obliquumque **P** 900 vincxit **B**: iunxit **Qf**μ: vinxit *ex* ti- **C** 901 Defecit **P**: Defficit **LQ** 903 lango (o *supra* a) **B**[3] tempore ω: -ra **P** 904 terrae **f** 905 dextram **Q**[1] 906 tydaeus **P** 907 haut **P** aberet (h *supra*) **B**[1] 908 phoedera **P**: in foedera **Dr** 909 ostentas (n *supra*) **L**$^{\sigma}$: -tat **D** 910 neclectus **P** agylea **P**: agyllea *ex* ac- **B**[3] 911 *an* iubeant? 912 epidaureus **P** argus **f** 914 Dux **M**$^{\sigma}$ (ł Dum *supra*) 917 dilectas ω: de- **P** desolabimus **PSN**: -vimus (-v- *in ras.*) **B** 918 Te *ex* Ne μ[1] ca[illegible]sibus **Q** 919 abigant ω: abiciant **P** haec **C** 920 ambos *ex* -as **C** aurata *ex* -ruta **L**$^{\sigma}$ 921 Tum ω: Tunc **P** generum **P**: -ro ω

tempora Thebarumque ingenti voce citari
victorem: dirae recinebant omina Parcae.
ipsum etiam proprio certamina festa labore
dignari et tumulo supremum hunc addere honorem
hortantur proceres ac, ne victoria desit
una ducum numero, fundat vel Lyctia cornu
tela rogant, tenui vel nubila transeat hasta.
obsequitur gaudens, viridique ex aggere in aecum
stipatus summis iuvenum descendit; at illi
pone leves portat pharetras et cornua iussus
armiger: ingentem iactu transmittere circum
eminus et dictae dare vulnera destinat orno.
quis fluere occultis rerum neget omina causis?
fata patent homini, piget inservare, peritque
venturi praemissa fides: sic omina casum
fecimus, et vires hausit Fortuna nocendi.
campum emensa brevi fatalis ab arbore tacta,
horrendum visu, per quas modo fugerat auras,
venit harundo retro versumque a fine tenorem
pertulit, et notae iuxta ruit ora pharetrae.
multa duces errore serunt: hi nubila et altos

---

922 ci≡t≡ari **B** 923 rectorem *Peyraredus* recinebant **PS**: retin- *ω* omnia $\mathbf{Q}^1\nu^1$ parcae **P***ω*: parrae *Müller; cf. Hor. carm. saec. 25* dirae retinebant stamina Parcae *Imhofius, quod cur faciant Parcae, non perspicitur* 924 festa *ω*: fessa **P** 925 Dẹsignari **C** tumulo *ω*: tumulis **P** *quod reiciendum, nam Statius plurali poetico* tumuli *utitur aut propter metrum (Theb. 5, 679 Silv. 3, 1, 24. 4, 4, 55. 5, 3, 106 et 243) aut propter euphoniam (Theb. 9, 388)* suppremum **BMQfb** honor≡ (ē) **P** 927 ly≡tia **Q**: lycia **Cfb***μν* 928 tenua **r** transseat **Q** hastu **r** 930 Stipatuṃ [s] $\mathbf{B}^3$ 931 pharetras/ portat/ **N** 933 destinet **r** 934 ocultis **Qr** regum *ex* rerum $\mathbf{L}^\sigma$ omnia **MQCb***μ* *Phillimorius* 936 praemissa **PD**ς: pro- (promisa **Q**) *ω* omina *ω*: omnia **PBf***μ*$\mathbf{L}^\sigma$ ($\mathbf{L}^1$ *dubium*): omn≡a [i] $\mathbf{Q}^2$: omina [ł omnia] $\mathbf{M}^\sigma$ casum **P***ω*: cassa *Müller* 937 hausit **PS**ς: auxit *ω* 938 emensa *ω*: emissa **P** 939 Horrendum *ω*: Horridum **P** 941 hora **B**

occurrisse notos, adversi roboris ictu
tela repulsa alii. penitus latet exitus ingens
monstratumque — nefas! — uni remeabile bellum
et tristes domino spondebat harundo recursus.

---

943 Occurrise **r**: Decurrisse *μ* adversi **P**ς: adverso (adv- **f**) *ω* 944 repulsi (a supra i) **M**[σ] 945 *recte distinxit Marklandus ad Silv. 2, 6, 3* 946 En **Q** dominospondebat (e supra o) **P**[c] *post* 946 STATII POETAE THEBAID · LIB · UI · EXPLICIT. | INCIPIT EIUSDEM · LIBER · UII **P**

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER VII.

Atque ea cunctantes Tyrii primordia belli
Iuppiter haud aequo respexit corde Pelasgos,
concussitque caput, motu quo celsa laborant
sidera proclamatque adici cervicibus Atlans.
tunc ita velocem Tegees adfatus alumnum:
'i, medium rapido Borean inlabere saltu
Bistonias, puer, usque domos axemque nivosi
sideris, Oceano vetitum qua Parrhasis ignem
nubibus hibernis et nostro pascitur imbri.
atque ibi seu posita respirat cuspide Mavors,
quamquam invisa quies, seu, quod reor, arma tubasque
insatiatus havet caraeque in sanguine gentis

TESTIMONIA 9 *Prisc.* GL II 339, 2 (*propter ablativum* imbri) Statius in VII: nubibus .. imbri

---

7, 1—254 *in* **D** *paene extincti* 1 Utque $\mu\nu$: Atque [ɫut] **M**^{1} 2 haut **P** 3 caput *ex* -ud **Q**^{1} labora[n]t **Q**^{1}: roborant **r** 4 athlans **P**: at(h)lans **KQ**$^1\mu$: atl[h]a≡s **B**^{1}: at(h)las ω 5 affatus **P**^{1}: adfatur (*ex* eff- **f**^{1}) **P**$^r\omega$ 6 In **f**μ borean[que] **B**^{3} boream praelabere *Heinsius falso* 7 Bisthonias **P** puer **P**: super ω 8 pharrasis **P** 9 imbre **Q** 11 Quanquam **P** iniussa *coni. Garrodius* 12 havet *Schrader*: habet **P**ω: obit *Baehrens*: hiat *Garrodius* caraeque **P**ω: Thracaeque *Garrodius, adiectivo non Statiano*

luxuriat: propere monitus iramque parentis
ede, nihil parcens. nempe olim accendere iussus
Inachias acies atque omne, quod Isthmius umbo
distinet et raucae circumtonat ira Maleae:
illi vix muros limenque egressa iuventus
sacra colunt; credas bello rediisse, tot instant
plausibus, offensique sedent ad iusta sepulcri.
hicne tuus, Gradive, furor? sonat orbe recusso
discus et Oebalii coeunt in proelia caestus.
at si ipsi rabies ferrique insana voluptas
qua tumet, inmeritas cineri dabit inpius urbes
ferrum ignemque ferens, inplorantisque Tonantem
sternet humi populos miserumque exhauriet orbem.
nunc lenis belli nostraque remittitur ira.
quodni praecipitat pugnas dictoque iubentis
ocius inpingit Tyriis Danaa agmina muris —
nil equidem crudele minor —, sit mite bonumque
numen, et effreni laxentur in otia mores,
reddat equos ensemque mihi, nec sanguinis ultra
ius erit: aspiciam terras pacemque iubebo
omnibus; Ogygio sat erit Tritonia bello.'
 dixerat, et Thracum Cyllenius arva subibat;

---

13 parentis *ex* -es **P**^{1} 14 nempe **P**ω: namque **S** accendere ω: accedere **Pf** 15 Inachidas **C** 16 Distinet (*ex* Dest- **B**^{1}**Q**^{1}) ω: Destinet (*ex* Fe- **C**) **PCr** ora **rb** 17 Illi *ex* -e **f**^{1}: Illi (c *supra*) **M**^{1}ν^2: illic *Peyraredus* 18 re‖diisse (is *supra*) (d) **B**: redise **f**^{1} 19 iusta **P**ω: iusta (bu *supra*) **M**^{1}**f**^{2}: busta ł iusta ν^2: busta **N**μ^1 sepulchri **P** 20 gra‖dive (i *ex* e, *eras.* n) **B**^{1} sonat *om.* **b**^{1} *sine lac.*, ruit *add.* **b**^{2} recuso (s *supra*) **M**^{1} 21 improelia **b** 22 ipse (i *supra*) **f**^{1} 23 -et inmeritas ω: -et iammeritas **P**^{1}: etiam meritas **N** impius **P** 24 implor- **P** 26 remittitur (or *supra*) **P**^{r}: remittitur (mitior redditur *supra*) **f**^{2} 27 -ni **P**ς: -nisi ω 29 Nile quidem **C** credule (v e *supra*) **Q**^{2} minor (o *supra*) **P**^{1}: moror *Baehrens falso* 30 *in* **B** *summa margine repetitus* Nomen **r** 31 aequos **B**: aequus **L** 32 Ius‖erit (s) **P** 34 et **P**ω: at **KMf** *Menkius abusus locis Vergilianis Aen.*

atque illum Arctoae labentem cardine portae
tempestas aeterna plagae praetentaque caelo
agmina nimborum primique Aquilonis hiatus
in diversa ferunt: crepat aurea grandine multa
palla, nec Arcadii bene protegit umbra galeri.
hic steriles delubra notat Mavortia silvas —
horrescitque tuens —, ubi mille furoribus illi
cingitur averso domus inmansueta sub Haemo.
ferrea compago laterum, ferro apta teruntur
limina, ferratis incumbunt tecta columnis.
laeditur adversum Phoebi iubar, ipsaque sedem
lux timet, et durus contristat sidera fulgor.
digna loco statio: primis salit Impetus amens
e foribus caecumque Nefas Iraeque rubentes
exanguesque Metus, occultisque ensibus adstant
Insidiae geminumque tenens Discordia ferrum.
innumeris strepit aula Minis, tristissima Virtus
stat medio, laetusque Furor voltuque cruento
Mors armata sedet; Bellorum solus in aris
sanguis et incensis qui raptus ab urbibus ignis.
terrarum exuviae circum et fastigia templi
captae insignibant gentes, caelataque ferro

3, 259. 11, 595. 709 ubi exstat dixit, at *hic autem* (*vix*) dixerat, et *legitur* arva **ω**: arma **P** 35 arctoae **Pω**: hibernae **M**^{σ} (ł arctoae): hibernae **f** 37 *om.* **b**[1], *add.* **b**[2] 40 delubra steriles **L** silvịas **P**[1] 41 furẹnṭịbus (ori) **Q**[2] 42 Fingitur **K** averso **Pω**: adverso **S**[2]**μ** inmansueta **Pω**: ał inrequieta **B**[1] *mg.*: inmansueta (ł inrequieta) **L**^{σ}**r** 43 apta **P**: arta (*ex* -to **L**^{σ}) **ω**: acta (r) **b**[1]: arẹa (t) **Q**[2], *sed* aptus *prisce usurpatum* 44 Li≣mina **f** 46 Dux **C** 47 loco (deo) **P**^{r} primus **r** 48 Efforibus (*prius* f *litura deletum*) **P**: Efforibus **ν** 49 ocultisque **Q** 50 Invidiae **r** gemiṭumque (n) **M**^{σ} 51 ministris (tis) sima **L**^{σ} 52 voltuque (v) **B**[1]: vu- **P** 54 qui *ex* -que **B**[3] 55 fastigia *ex* -dia **P**^{r} 56 insignạbant (i) **P**^{r}: insignibant *ex* -gna- **M**[1] caelatique (a) **B**[3]: -taeque (a) **Q**[2]

fragmina portarum bellatricesque carinae,
et vacui currus protritaque curribus ora,
paene etiam gemitus: adeo vis omnis et omne
vulnus. ubique ipsum, sed non usquam ore remisso
cernere erat: talem divina Mulciber arte
ediderat; nondum radiis monstratus adulter
foeda catenato luerat conubia lecto.
  quaerere templorum regem vix coeperat ales
Maenalius, tremit ecce solum et mugire refractis
corniger Hebrus aquis; tunc quod pecus utile bello
vallem infestabat, trepidas spumare per herbas,
signa adventantis, clausaeque adamante perenni
dissiluere fores. Hyrcano in sanguine pulcher
ipse subit curru, diraque adspargine latos
mutat agros, spolia a tergo flentesque catervae:
dant silvae nixque alta locum; regit atra iugalis
sanguinea Bellona manu longaque fatigat
cuspide. deriguit visu Cyllenia proles
submisitque genas: ipsi reverentia patri,
si prope sit, dematque minas nec talia mandet.
'quod Iovis imperium, magno quid ab aethere portas?'
occupat Armipotens 'neque enim hunc, germane, sub axem

57 coronae (a, i s. l.) **C** 58 cursus **BL**: currus *ex* cursus **Q**[2]**b**[1] protritaque (ł confracta s. l.) **r** hora **B** 59 Pene (o s. l.) **M**[1]**L**[σ]: Pone ς *Heinsius male* pone aciem gemitus *Unger 1868 p. 225* gemitusque **D** *vel* aderat *pro* adeo *vel* ad omne *pro* et omne *Barthius sensu loci non intellecto* 61 mulcifer (*ex* -ber **B**[1]) **BLMfCrb** 62 radiis *s. l.* **M**[2] monstratur **f** adulter *in ras.* **L**[σ] 63 lurat (e s. l.) **B**[1] 65 mugibere fractis **P**: mugirere fractis (*recte dist.* **L**[σ]) **L** 66 bello **P**: -is **ω** 67 trepidas⁝ **b** 68 adventantis *ex* -es **B**[1] peremni **b** 70 aspargine **P** -que *om.* **r** laetos ς *Barthius* 72 iugales **P** 73 longeque **C**: logaque (n s. l.) **Q**[1] 74 diriguit **Pμ**: de- (i s. l.) **Q**[1] 75 Summisitque **P** ipsi *ex* -a **B**[1] domatque (e s. l.) **B**[1] mandet *ex* -at **f**[1] 77 Quid **r** quid (quod **fr**) **ω**: -que et **P** 78 armipotens *ex* -ma- **B** enim *om.* **N** hunc modo in aera velox **M**[σ]: hunc modo in aera velox (ł germane sub axem s. l.) **f**

sponte venis hiemesque meas, cui roscida iuxta
Maenala et aestivi clementior aura Lycaei.'
ille refert consulta patris. nec longa moratus,
sicut anhelabant, iuncto sudore volantes
Mars inpellit equos, resides in proelia Graios
ipse etiam indignans. vidit pater altus et irae
iam levior tardo flectebat pondere vultum.
ut si quando ruit debellatasque relinquit
Eurus aquas, pax ipsa tumet pontumque iacentem
exanimis iam volvit hiemps: nondum arma carinis
omnia, nec toto respirant pectore nautae.
    finierat pugnas honor exequialis inermes,
necdum aberant coetus, cunctisque silentibus heros
vina solo fundens cinerem placabat Adrastus
Archemori: 'da, parve, tuum trieteride multa
instaurare diem, nec saucius Arcadas aras
malit adire Pelops Eleaque pulset eburna
templa manu, nec Castaliis altaribus anguis,
nec sua pinigero magis adnatet umbra Lechaeo.
nos te lugenti, puer, infitiamur Averno,

---

80 clementi^{o}ar **Q**^{1} lycaei *ex* -aeti **P**^{1} 82 hanelabant **BQ** s^{v}odore **B**^{1} 83 reside^{n}s **P**^{1}: -es^{que} **D**: -esque **ω** improelia **b**^{1} 84 irae *Peyraredus*: ira **Pω**: ~~in~~ ira **μ** 85 levio^{r} **B**^{1} tarde$^{ł\ do}$ **M**^{σ} tarde flectebat pondera vultus *Imhofius* 86 quondo **L** relinquit **PSfb**: -liquit **ω** 87 aqu^{a}is **M**^{σ} timet$^{ł\ tumet}$ **r**^{2}: tumens **μ** 88 carinis **ω**: *om.* **P**: quiescunt **P**^{1} *mg.* 89 toto$^{ł\ tuto}$ **M**^{σ}**ν**^{2}: tuto **f** pect^{o}ire **B**^{1} 91 ab-[.]erant (i) **fb**: aderant **μ** coetus *praeter* c- *in ras.* **Q**^{1}: quèstus *Peyraredus*, *sed cf. 6, 250* 92 placabat **ω**: pacabat **PLb**: pa^{l}- **B**^{1}**f**^{r}: pa$^{ł\ pla}$- **M**^{σ} 93 Aechemori **f** tu^{u}m **B**^{1} trieteride *ex* triat- **B**^{1}: *ex* trit- **b**^{1}: triateride **Q** 94 sa^{u}[.]cius **Q**^{2} arcados **BQCf**: -as *ex* -os **b**^{1} a[.]ras (u) **P** 95 Malit **Pf**^{c}**b**^{c}**C**^{2}: Malet **f**^{1}: Mallet **ω**: Ma[.]let **N**: Malle^{it}t **Q**^{1} 97 adnat^{e}at **M**^{1} umbra$^{ł\ unda}$ **r** lechaeo **PDN**: lyc(ha)eo **ω** 98 lugendum *Lachmannus*

maestaque perpetuis sollemnia iungimus astris,
nunc festina cohors. at si Boeotia ferro
vertere tecta dabis, magnis tunc dignior aris,
tunc deus, Inachias nec tantum culta per urbes
numina, captivis etiam iurabere Thebis.'
dux ea pro cunctis, eadem sibi quisque vovebat.
  iam pronis Gradivus equis Ephyraea premebat
litora, qua summas caput Acrocorinthos in auras
tollit et alterna geminum mare protegit umbra.
inde unum dira comitum de plebe Pavorem
quadripedes anteire iubet: non alter anhelos
insinuare metus animoque avertere viris
aptior; innumerae monstro vocesque manusque
et facies quamcumque velit; bonus omnia credi
auctor et horrificis lymphare incursibus urbes.
si geminos soles ruituraque suadeat astra,
aut nutare solum aut veteres descendere silvas,
a! miseri vidisse putant. tunc acre novabat
ingenium: falso Nemeaeum pulvere campum

---

103 *Prisc.* GL II 566, 5 (*propter passivum* iurari) Statius etiam in VII: captivis . . Thebis

---

99 Festaque **b**   aris ✝ astris **B**^{1}**M**$^\sigma$: aris **QLfb**μ 100 a$\overset{t}{c}$ **P**^{1} boaetia **Bb**: boetia **Qf**   101 dab$\overset{i}{a}$s **f**^{2} 103 iurabere *ex* -vere **P**^{1} 104 vovebat **P**: vol≡ebat (v) **B**: volebat ω 106 acrocorinthos **P**: -us ω auras *ex* -os **P**^{1} 108 QVADripedes **P**: Quadr$\overset{v}{i}$pedes **B**$^1\nu^1$**KQ**^{2}: -dru- **SMCf**μ: -dri- **Lrb**   110 animoque avertere vires **P**ς: animumque avertere (adv- **S**) veris ω 111 mostro **L**   112 quamcumque **P**: qua- **BQLb**^{1}**r**: quae- ω velit **PBQ**: $\overset{\text{✝libet}}{\text{velit}}$ **L**$^\sigma$: libet (*in ras.* **b**^{2}) ω credi *ex* -do **f**: *ex* -dit **b**   113 Ductor μ^1: ✝ Auctor μ^2 *mg.* ^{h}orrificis **P**^{1} 114 $\overset{\text{sua}}{\underline{\text{sau}}}$deat **Q**^{1} 115 mutare μ: natare **f**: n$\overset{v}{a}$tare **M**$^\sigma$ 116 vi$\overset{s}{d}$ise **P**^{1} putant **PQ**$^1\nu$ς: putent **Q**^{1} *mg.* ω atre **r**: a$\overset{c}{e}$re **Q**^{1}: ar$\overset{r}{c}$e **f**^{1} iuvabat *Menkius*   117 nemeum **BMQfb**μ $\overset{\text{falso}}{\underline{\text{fuso}}}$ ν^2

erigit; attoniti tenebrosam a vertice nubem
respexere duces; falso clamore tumultum
auget, et arma virum pulsusque imitatur equorum,
terribilemque vagas ululatum spargit in auras.
exsiluere animi, dubiumque in murmure vulgus
pendet: ‘ubi iste fragor? ni fallimur aure. sed unde
pulvereo stant astra globo? num Ismenius ultro
miles? ita est: veniunt. tanta autem audacia Thebis?
an dubitent — age! —, dum inferias et busta colamus?’
haec Pavor attonitis; variosque per agmina vultus
induitur, nunc Pisaeis e milibus unus,
nunc Pylius, nunc ore Lacon, hostesque propinquos
adiurat turmasque metu consternat inani.
nil falsum trepidis. ut vero amentibus ipse
incidit et sacrae circum fastigia vallis
turbine praevectus rapido ter sustulit hastam,
ter concussit equos, clipeum ter pectore plausit:
arma, arma insani sua quisque ignotaque nullo
more rapit, mutant galeas alienaque cogunt

---

130 *Eutych.* GL V 479, 26 consterno etiam consternas differentiae significationis causa primae invenitur, ut Statius libro VII Thebaidos: adiurat . . inani

---

118 a *om.* **P** 120 pulssusque **f** imitat$\overset{u}{\text{o}}$r $\mathbf{Q}^2$ 121. 120 ν^1, *corr.* ν^2 121 -que *ex* -quo $\mathbf{B}^1$ vagas *ex* -os $\mathbf{L}^\sigma$ ulul$\overset{a}{\text{u}}$tum $\mathbf{Q}^1$ 122 Exiluere **ω**: -liere **P**, *cf. Hermes 40 (1905) p. 342* ànimi (-i *in ras.* $\mathbf{B}^1$) **Pω**: -mis ς murmura *Heinsius* 123 ni **Pω** (*i. nisi forte, cf. 2, 351*): num *Kochius 1865 p. 8* sed **ω**: et **P** unde *ex* inde $\mathbf{B}^3\mathbf{M}^\sigma$: inde **Q** 124 Pulvereo (-o *in ras.*) $\mathbf{B}^3$ isthmenius **P** 125 Miles adest **C** tanta autem (aut **C**: *om.* μ^1) **ω**: tantam autem **P**: tanta est autem **S**: tanta est $\mathbf{N}\mu^2$ $\overset{\text{ł auda}}{\text{fiducia}}$ ν^2 126 agedum ẹṭ **C**; *distinxit Imhofius* dubitent *ex* -tant $\mathbf{Q}^1$ 127 *a* $\mathbf{b}^2$ *praeter* Hae- *scriptus in ras.* 130 consternit *ex* -nat $\mathbf{M}^\sigma\mathbf{L}^\sigma\mathbf{f}^1$: -nit **Nbμ** 131 Ni[...]l (hi) **Bb** 133 provectus **Nμ** 134 clipeo **N** pector$\overset{a}{\text{e}}$ $\mathbf{N}^2$: cuspide *Garrodius* $\overset{\text{ł pressit}}{\text{plausit}}$ $\mathbf{M}^\sigma$ 135 — insani! — *interpunxit* **Mf** *al.* 136 muta$\overset{n}{\text{t}}$ $\mathbf{L}^\sigma$

ad iuga cornipedes; ferus omni in pectore saevit
mortis amor caedisque, nihil flagrantibus obstat:
praecipitant redimuntque moras. sic litora vento
incipiente fremunt, fugitur cum portus; ubique
vela fluunt, laxi iactantur ubique rudentes;
iamque natant remi, natat omnis in aequore summo
ancora, iam dulcis medii de gurgite ponti
respicitur tellus comitesque a puppe relicti.
viderat Inachias rapidum glomerare cohortes
Bacchus iter; gemuit Tyriam conversus ad urbem,
altricemque domum et patrios reminiscitur ignes,
purpureum tristi turbatus pectore vultum:
non crines, non serta loco, dextramque reliquit
thyrsus, et intactae ceciderunt cornibus uvae.
ergo ut erat lacrimis lapsoque inhonorus amictu
ante Iovem — et tunc forte polum secretus habebat —
constitit, haud umquam facie conspectus in illa —
nec causae latuere patrem —, supplexque profatur:
'excindisne tuas, divum sator optime, Thebas?
saeva adeo coniunx? nec te telluris amatae
deceptique laris miseret cinerumque meorum?
esto, olim invitum iaculatus nubibus ignem —
credimus —: en iterum atra refers incendia terris,

---

148 *et* 151 Σ 7, 222 dixerat poeta superius: lapsoque inhonorus amictu (151) et: purpureum . . vultum (148)

---

137 om≡ni (e?) **B Q**^{2} impectore **b**: it p. **r** 138 flagrantibus *ex* fra- **L**$^{\sigma}$ 143 Anchora **P** medii≡ (-s) **b** 144 tel≡lus **f** 145 rabidum **r** 149 crines *ex* -m **B** non serta *om.* **b**^{1} *sine lac.*: non mitra *add.* **b**^{2} 151 lapso≡que (s) **b**: -osque **r** inhonor^{v}es **L**$^{\sigma}$ 152 ut tunc **C** polus *Baehrens* secretus$^{ł\ securus}$ **Q**^{2} abebat **B** 153 aut **PB**^{1} ḥunquam **Q**^{1} 154 suplexque **B Q** 156 Saeva≡^{a}deo **Q**^{2} 158 invitus *in lac. suppl.* **b**^{2} iaculatum **N C** $\mu^{2}\nu$: -tu≡ **K** nu^{b}ṛibus **B**^{1}: nu≡^{b}ibus **Q**^{2}: nuribus **Lf**: nuribus$^{ł\ nubibus}$ **M**$^{\sigma}$ 159 eu iterum **C**

nec Styge iurata, nec paelicis arte rogatus.
quis modus? an nobis pater iratusque bonusque
fulmen habes? sed non Danaeia limina talis
Parrhasiumque nemus Ledaeasque ibis Amyclas.
scilicet e cunctis ego neglectissima natis
progenies? ego nempe tamen, qui dulce ferenti
pondus eram, cui tu dignatus limina vitae
praereptumque iter et maternos reddere menses.
adde, quod inbellis rarisque exercita castris
turba meas acies, mea tantum proelia norunt,
nectere fronde comas et ad inspirata rotari
buxa: timent thyrsos nuptarum et proelia matrum.
unde tubas Martemque pati, qui fervidus ecce
quanta parat? quid si ille tuos Curetas in arma
ducat et innocuis iubeat decernere peltis?
quin etiam invisos — sic hostis defuit? — Argos
eligis! o ipsis, genitor, graviora periclis
iussa: novercales luimus ditare Mycenas!
cedo equidem. quo sacra tamen ritusque peremptae
gentis et, in tumulos si quid male feta reliquit
mater, abire iubes? Thracen silvasque Lycurgi?
anne triumphatos fugiam captivos ad Indos?

---

160 iurata stige **C** pelicis *ex* -es **M**^{1} 161 a$^{\cdot n}$ nobis **M**$^\sigma$: a nobis **f** 162 ^{h}abes **B**^{1}: habe=s **f** 163 Pharrasiumque **P**: Par^{r}thasiumque **b**^{1} *prius* -que *add.* **B**^{3} led^{e}asque **f**^{1} 164 neclectissima **P**: ne=gl^{c}etissima **B**^{1} 165 neppe **N** ferenti *ω*: -tis **P** 167 Pre^{r}ceptumque **f**^{2} iter **P***ω* (*cf. Imhofius ad h. l.*): uterum *Barthius* 170 fronde *ω*: fronte **P** ^{r}notari **r** 172 qui **PC**: quin *ω* 173 quodsi **r** 174 innocu^{is} **b**^{1} 175 defuit *ex* decuit **L**$^\sigma$ 176 eligis ς *Marklandus ad Silv. 2, 6, 58*: Elicis **P***ω*, *cf.* *Σ ad v. 177* h^{oc} ipsis **B**^{1}: ipsis o (*corr.* *μ*^{1}) *μ* **r** genitis *μ* 177 luimus **P**: ruimus *ω fortasse recte*: ruimur *Barthius* 178 Credo **C** 180. 179 *ν*^{1}, *corr.* *ν*^{2} 179 in tumulo *Naukius 1863 p. 6, sed* in tumulos *cum* male feta *coniungendum* 180 lygurgi **PBQMfb** 181 capti^{v}vos **P**^{r}

da sedem profugo! potuit Latonia frater
saxa — nec invideo — defigere Delon et imis
commendare fretis; cara submovit ab arce
hostiles Tritonis aquas; vidi ipse potentem
gentibus Eois Epaphum dare iura, nec ullas
Cyllene secreta tubas Minoave curat
Ida: quid heu tantum nostris offenderis aris?
hic tibi — quando minor iam nostra potentia — noctes
Herculeae placitusque vagae Nycteidos ardor,
hic Tyrium genus et nostro felicior igne
taurus: Agenoreos saltem tutare nepotes.'
invidiam risit pater, et iam poplite flexum
sternentemque manus tranquillus ad oscula tollit
inque vicem placida orsa refert: 'non coniugis ista
consiliis, ut rere, puer, nec saeva roganti
sic expostus ego: inmoto deducimur orbe
fatorum; veteres seraeque in proelia causae.
nam cui tanta quies irarum aut sanguinis usus
parcior humani? videt axis et ista per aevom
mecum aeterna domus, quotiens iam torta reponam
fulmina, quam rarus terris hic imperet ignis.
quin etiam invitus magna ulciscendaque passis

---

183 imis **BMQ**^{2}: unis **PQ**^{1}**SLNfb**μ: unịs ν^1: ł imis *sscr.* ν^2 184 fretiịs **P**^{c} submo⁞vit **f** ab *s. l.* **B**^{1} 186 ^{e}paphum **b**^{2} ullis (a *sscr.*) **M**^{1}: illas **C** 187 Cyllenes **MNCfr**$\mu\nu$: -ne⁞ **B** minoave **b**: -noiave **P**ω 188 quod **r** tanta **r** aris *ex* -as **f** 189 noctes ω: -tis **P** 190 placitus^{que} **b**^{2} vaga μ nyctaedos (i i *sscr.*) **Q**^{2} 191 tytịrium ν^2 192 Taurus et **Q** agenereas **B** saltim **P**: -im *ex* -em ν^2 193 poblite **M** 194 ad *ex* ab **L**$^\sigma$ 196 utere (r *sscr.*) **P**^{c} nec *add.* **L**$^\sigma$ roganti⁞(s) **b** 197 expos⁞tus **b** inmota **L** deducimur ω: -mus **P** 199 aut **P**ω: et **Q** 200 Pacior **L** aevom (v *sscr.*) **B**^{1}: aevum **P** 201 quocioṇs (e *sscr.*) **Q**^{1} torta **P**ω: certa *Marklandus ad Silv. 5, 2, 102 inani epitheto* 202 imperat μ ignis μ^1 *in ras.* 203 mana (g *sscr.*) **f**^{2} passis *ex* -us **M**^{1}

aut Lapithas Marti, aut veterem Calydona Dianae
expugnare dedi; meaque est iactura pigetque
tot mutare animas, tot reddere corpora vitae.
Labdacios vero Pelopisque a stirpe nepotes
tardum abolere mihi; scis ipse — ut crimina mittam
Dorica —, quam promptae superos incessere Thebae;
te quoque — sed, quoniam vetus excidit ira, silebo.
non tamen aut patrio respersus sanguine Pentheus,
aut matrem scelerasse toris aut crimine fratres
progenuisse reus, lacero tua lustra replevit
funere: ubi hi fletus, ubi tunc ars tanta precandi?
ast ego non proprio diros inpendo dolori
Oedipodionidas: rogat hoc tellusque polusque
et pietas et laesa fides naturaque, et ipsi
Eumenidum mores. sed tu super urbe moveri
parce tua: non hoc statui sub tempore rebus
occasum Aoniis, veniet suspectior aetas
ultoresque alii: nunc regia Iuno queretur.'
his ille auditis mentemque habitumque recepit.
ut cum sole malo tristique rosaria pendent
usta noto, si clara dies zephyrique refecit
aura polum, redit omnis honos, emissaque lucent
germina et informes ornat sua gloria virgas.

---

204 laphitas **P** at *μ* 205 meaque b^2ς: mea **P***ω*: nimia *Phillimorius*: Iovis *vel* nostra *Garrodius* pietque **L** 206 reddere corpora **P**: corpora (*ex* -re L^σ) reddere *ω* 207 Labdacias **Q** 208 abolere (*ex* adho- L^σ) *ω*: adolere **P** omittam *μ* 210 Ne r 211 respe$\overset{r}{c}$tusus ν^2 212 aut **P***ω*: et *Baehrens* fratr$\overset{e}{i}$s Q^1: -es *ex* -is M^σ 213 re$\overset{o}{u}$s P^r lustra PQ^2N: iussa *ω* 214 ubi hi **P**: ubi *ω* 215 At *ν* impendo **P** 216 Oedipodi$\overset{o}{a}$nidas f^1: Aeidip- **L** 217 ipsi *ex* -e M^1 218 $\overset{v}{o}$rbe P^c 220 aoni^{is} b^2 susceptior **C**: suspectior *ex* suppecio L^σ 222 mentemque *ex* -ten- b^2 recepit (-cepit Q^1 *in ras.*) *ω*: recipit **P** 223 rosaria *ex* -alia P^c pendent (*ex* pa- P^c) **P**: pallent *ω* 224 si . . . refecit ν^2 *in ras.* recepit f (*e v. 222*) 225 honos ~~holus~~ P^c

nuntius attonitas iamdudum Eteoclis ad aures
explorata ferens longo docet agmine Graios
ire duces, nec iam Aoniis procul afore campis;
quacumque ingressi, tremere ac miserescere cunctos
Thebarum; qui stirpe, refert, qui nomine et armis.
ille metum condens audire exposcit et odit
narrantem; hinc socios dictis stimulare suasque
metiri decernit opes. exciverat omnem
Aoniam Euboeamque et Phocidos arva propinquae
Mars, ita dulce Iovi; longe fugit ordine velox
tessera: propellunt acies, seseque sub armis
ostentant; subeunt campo, qui proximus urbi
damnatus bellis patet expectatque furores.
nondum hostes contra, trepido tamen agmine matres
conscendunt muros, inde arma nitentia natis
et formidandos monstrant sub casside patres.
turre procul sola nondum concessa videri
Antigone populis teneras defenditur atra
veste genas; iuxtaque comes, quo Laius ibat
armigero; tunc virgo senem regina veretur.
quae sic orsa prior: 'spesne opstatura Pelasgis

---

227 Nintius **b** dudum *s. l.* **M**^{1} aures *ex* -as **Q**^{1}
228 longo *ex* -a **L**$^\sigma$ 229 aoniạs (i *supra*) **P**^{1}: aoniis (o *ex* n) **b**^{2} afore **P**ω: affore **BLN**: abfore *ex* aff- **f**^{1}**b**^{2} 232 ex- *add.* **f**^{r}
233 hinc ω: hic **P**: his **B**^{1}**f**: his (hinc *supra*) **M**^{1} socios dictis **P**: dictis socios ω 234 *om.* **M**^{1}, *add.* **M**^{1} *mg.* 235 arma **r**
236 Mas (r *supra*) **Q**^{1} longe **PBN**: longo (*ex* -a **L**$^\sigma$) ω fuit **DLr**: fugit *ex* fuit **M**^{1}ν^2: furit *ex* fuit **f**^{2} velox *ex* -ax **L**$^\sigma$
237 Tersera μ propellant **BMf**μ: -unt *ex* -ant **Q**^{2}**b**^{2}
238 Ostentent **B**: -tẹnt (a *supra*) **M**^{1}**L**$^\sigma$**Q**^{2}: -dent **f** expectantque ϛ *Deipser 1881 p. 118, sed campus expectat furores, milites victoriam* 240 hostes (*ex* -is **Q**^{1}) **PQ**: hostis ω contra **Bb**: contce (-ce *parum perspicue in ras.* **P**^{r}; *fuit* -ra) **P**: circae (contra *supra*) **Q**^{2}: circa ω
tẹpido (r *supra*) **P**^{c} agminạ (e *supra*) **P**^{c} matris (e *supra*) **L**$^\sigma$ 242 Et (for *supra*) dandos μ^2
244 atra **C** 245 laicus (ł ius *supra*) **L**$^\sigma$ 246 senem *ex* -en **b**^{2} 247 obstatura **P**

haec vexilla, pater? Pelopis descendere totas
audimus gentes: dic, o precor, extera regum
agmina; nam video, quae noster signa Menoeceus,
quae noster regat arma Creon, quam celsus aena
Sphinge per ingentes Homoloidas exeat Haemon.'
sic rudis Antigone, senior cui talia Phorbas:
'mille sagittiferos gelidae de colle Tanagrae
promovet ecce Dryas; hic, cui nivea arma tridentem
atque auro rude fulmen habent, Orionis alti
non falsus virtute nepos: procul, oro, paternum
omen et innuptae vetus excidat ira Dianae.
iungunt se castris regisque in nomen adoptant
Ocalea Medeonque et confertissima lucis
Nisa Dionaeisque avibus circumsona Thisbe.

---

254 Σ 9, 745 Tanagre enim civitas Euboeae (*l.* Boeotiae) est, ut ipse in catalogo: mille .. Tanagrae

---

248 vexilla *ex* vi- P^r totas ω: totas (ł tantas) P^c: gentes **Dr** 249 Audivimus Q^1 gentes **P**ω: totas **Dr** 250 nostra **N** meneceus (ł menechus) *add.* b^2: menoeceus Q^2: -teus *ex* -ceus M^σ 251 noster ~~patruus~~ P^c *aut* P^r: (·nos) ·ter M^1: nostra **N** regat **P**: gerat ω celsus (-s- *ex* -i- L^σ) **L** 252 Spinge **MQLfb** homoloidas *ex* haem- P^r: homeloidas **Bb**: homoloidas (i) f^r: omoloydas *ex* home- L^σ: hemoloidas μ, *cf. 8, 354* 253 antigenae **Q** seni(or) L^σ 254 sagittiferas **f**: -ras (o) M^σ: -ris (o) Q^1 trinagrae **C** 255 dy(r)▒as (r) **b** hicui (c) L^σ nivea *ex* -ia f^1 tridentem ω: -ti **P** 256 Auro (b) atque (a) μ^2 habent ω: -et **P** 257 falsos (v) M^1 ore *ex* ora L^σ 258 vetus ω: procul **P** (*e v. 257*), *cf. 210* *post* 259 Q^2 *mg.* Et bellator abas nolebat mandere fabas 260 Ocalea *Kohlmannus* (*quamquam* Ὠκαλέη *non inauditum*): Oebalidae *ex* Oeclaliae P^r: Ocale(a)e *vel sim.* ω confertissima **P**: -sert- ω lucis (ł iugis) M^σ: iugis (ł lucis) Q^2: iugis (al nugis B^3) **BLr**: iugis (r) b^2: nugis *ex* iugis ν^2: iugis (lucis ł silvis) **N** 261 Nisa ω: Nysa **P** circumsonat hispe **Mf**: -sona▒ hisbae **L**

proximus Eurymedon, qui pastoralia Fauni
arma patris pinuque iubas imitatur equinas,
terribilis silvis: reor et Mavorte cruento
talis erit. dites pecorum comitantur Erythrae,
qui Scolon densamque iugis Eteonon iniquis,
qui breve litus Hyles Atalantaeamque superbi
Schoenon habent notique colunt vestigia campi;
fraxineas Macetum vibrant de more sarisas
saevaque difficiles excludere volnera peltas.
ecce autem clamore ruunt Neptunia plebes
Onchesti, quos pinigeris Mycalessos in agris
Palladiusque Melas Hecataeaque gurgite nutrit
Gargaphie, quorumque novis Haliartos aristis
invidet et nimia sata laeta supervenit herba.
tela rudes trunci, galeae vacua ora leonum,

---

262 *Σ* 11, 32 Eurymedon .. cuius in catalogo fecerat mentionem: proximus ... patris

---

262 qui **PC**: cui *ω* 263 pinuque **P**: pinu▒que **g**: pinusque *ω* iubas *ex* -es **f**[1] imitatur *ex* -us **Q**[1] 264 silv[is] **b**[2] ma▒vorte (r) **b** 265 erit *ex* -at **B**[3]: erat **Q** dites *ω*: -is **P** erithae **f** 266 scolon **PDN**: ▒colon **BQ**: colon *ω* ete[h]non *μ*[1]: eonon **r** 267 hyes **f**: heles **L** atalanteamque **P**: -e[a]mque **B**[1]: -e[u]mque **K**: -emque **Qb**: atạlante[a]mque **f**[r]: at(h)lantemque (-eque **L**) *ω*: atlrite[am]que *ex* ac- *μ*[1]: athalanteamque *ν*[2] *in ras.*: alatena▒ **r** superbi▒ **Q** 268 Schiron **M**: Sciron **f**: Syron **L**[σ] *in ras.*: Secron **C** 269 macetum vibrant **P**: vibrant macetum (-dum **KC***μ*) *ω* 270 exc▒udere (l) **b** [v]olnera **B**[1]: vulnera **P** pel▒tas (i) **B**: peltis **r** 271 plebes **P***ω*: pubes **BLb**: plebes[pubes] **C**[1]: proles **D***μ*: proles[ł plebes] **r** 272 Fonchesti **b** mycalessos **P**: -esos (meg- *ex* mic- **M**[1]) *ω* pinigeris (*ex* pu- **B**) **P***ω*: piniferis *Deipser 1881 p. 127, sed cf. 12, 225 Val. Flacc. 6, 393. errat idem in interpretatione 7, 97* 273 haecataeaque **P**: h▒e▒cataeaque (a, c) **B**: hecataeque **f** 274 Gargaphie **f**ς: Gargaphile **P**: Garcaphie *vel* Carc- *ω* aliartos (-r▒t- **L**) *ω* 275 nimia *ω*: nivea **P**: viva *Garrodius*

arborei dant scuta sinus. hos regis egenos
Amphion en noster agit — cognoscere pronum,
virgo —, lyra galeam tauroque insignis avito.
macte animo iuvenis, medios parat ire per enses
nudaque pro caris opponere pectora muris.
vos etiam nostris, Heliconia turba, venitis
addere rebus opem; tuque, o Permesse, canoris
et felix Olmie, vadis armastis alumnos
bellorum resides. patriis concentibus audis
exultare gregem, quales, cum pallida cedit
bruma, renidentem deducunt Strymona cygni.
ite alacres, numquam vestri morientur honores,
bellaque perpetuo memorabunt carmine Musae.'
    dixerat, et paulum virgo interfata loquenti:
'illi autem, quanam iunguntur origine fratres?
sic certe paria arma viris, sic exit in auras
cassidis aequus apex; utinam haec concordia nostris!'
cui senior ridens: 'non prima errore videndi
falleris, Antigone: multi hos — nam decipit aetas —
dixerunt fratres. pater est natusque, sed aevi

---

296 Σ 11, 35 et istorum (*Lapithaonis atque Alatrei*) meminit in catalogo: pater .. modos

---

277 egenus **f** 278 en **P**ω: et **Q** 279 lyra galeam **D**: lyram (-ra≡ **B**) galeam (-a≡ b) **PBb**: lyram galea (in g- **C**) ω 281 opponere *ex* obp- **Q**[1] 282 venitis **P**: veni≡tis **Qb**ν: venistis ω 283 permesse (-mịe- **Q**[1]) ω: permense **P** 284 Olmie *Gronovius*: hormie (ormige **Mf**) **P**ω armastis **P**: -atis ω 285 audis *ex* -es **Q**[1] 286 quales ω: -is **P** 287 renitentem (*ex* -nid- **L**[σ]) **Lb**: renitentem[den] **C**[2] stymona[r] **Q**[1]: strimon≡a (i) **f**: stiṛmona[r] **M**[σ] 288 moriantur **Q** 289 nymphae[ł musae] r 290 virgo paulum **D** interfa≡ta **f**: -fẹcta[a] **Q**[2] loquenti **P**: docenti (*ex* -di **L**[σ]) ω (*ex glossa* dicenti *corr., ut metro satis fieret*): docentem **K**: loquentem ς 291 Illẹ[i] **Q**[1] origione **L** 292 patria **D** exẹaṭ[exit] **Q**[1] 294 prim[a] **P**[1] 295 multi *ex* -to **M**[1] 296—383 *in* **B** *desunt exciso uno folio* sed aevi (*ex* sedem **C**[2]) ω: sed aevo **P**

confudere modos: puerum Lapithaona nymphe
Dercetis expertem thalami crudumque maritis
ignibus ante diem cupido violavit amore
inproba conubii; nec longum, et pulcher Alatreus
editus, ac primae genitorem in flore iuventae
consequitur traxitque notas et miscuit annos.
et nunc sic fratres mentito nomine gaudent,
plus pater; hunc olim iuvat et ventura senectus.
tercentum genitor totidemque in proelia natus
exercent equites: hi deseruisse feruntur
exilem Glisanta Coroniamque, feracem
messe Coroniam, Baccho Glisanta colentes.
sed potius celsos umbrantem hunc aspice late
Hypsea quadriiugos, clipei septemplice tauro
laeva, ter insuto servantur pectora ferro,
pectora: nam tergo numquam metus. hasta vetustum
silvarum decus, emissae cui pervia semper
armaque corporaque et numquam manus inrita voti.

---

311 *Serv. Aen.* 7, 633 apud maiores loricae pectora tantum tegebant. Statius: triplici servantur pectora ferro, pectora: nam tergo nullus metus

---

297 Confundere **P**^{1}: Confundere **L**$^{\sigma}$ laphitaona **P**: -amia **b**: -onia μ nymphae **Pg**: -a ω 298 Dercetis ς *Heinsius, Unger 1868 p. 170*: D(i)ercetis **P**^{r}**L**$^{\sigma}$: Dircetis ω: Decretis **b** maritis **LQb**ς: -ti **P**ω 300 Improba **P** conubi(i) **b**^{1} et *om.* **QNCr**ν purcher ν 302 miscuit *ex* mixc- **f**^{1} 303 si (ł sic) **M**$^{\sigma}$**Q**^{2}: si(c) ν^{2}: si **NLCfr** 307 glisanta ω: gli(s)santa **b**^{2}: clisant(a) **P**^{1} feracem *ex* -ro- **P**^{c} 308 coronian **Qf**μ: -iān **b**^{1} clisanta **P** colentes **P**ω: colenti *Ellisius* 309 *om.* ν^{1}, *add.* ν^{2} huc **f** 310 Nipsea **C** quar(d)iugis (u) **b**^{1} septemplicet **Q**^{1} ta(u)ro **P**^{c}: tergo **D** 311 Laena **r**: Laevi *ex* -a **f**^{r} servantur pectora **P** *Serv.*: servant (-tem **DKf**^{2}: servantur *sscr.* $\mu^{2}\nu^{2}$) ingentia ω 312 numquam *add.* μ^{2}: nusquam *Heinsius* hasta *ex* hostia **f** 314 corporaque **P**: pectoraque ω et *om.* **C** irrita **P** voti *ex* vulti **P**^{1}: voto *ex* -ti **L**$^{\sigma}$: voto Σ^{1}

Asopos genuisse datur, dignusque videri
tunc pater, abreptis cum torrentissimus exit
pontibus, aut natae tumidus cum virginis ultor
flumina concussit generum indignata Tonantem.
namque ferunt raptam patriis Aeginan ab undis
amplexu latuisse Iovis: furit amnis et astris
infensus bellare parat — nondum ista licebant
nec superis —; stetit audaces effusus in iras,
conseruitque manum, nec quem imploraret habebat,
donec vix tonitru submotus et igne trisulco
cessit. adhuc ripis animosus gurges anhelis
fulmineum cinerem magnaeque insignia poenae
gaudet et Aetnaeos in caelum efflare vapores.
talem Cadmeo mirabimur Hypsea campo,
si modo placavit felix Aegina Tonantem.
ducit Itonaeos et Alalcomenaea Minervae

---

319 *Prisc.* GL II 287, 15 accusativum quoque Graecum in femininis invenimus a poetis proferri, sed raro. idem Statius in VII: namque . . ab undis 330 Σ 2, 721 Itone civitas Boeotiae, Minervae sacra, ut ipse ait: ducit . . Alalcomenea (-nec *codd.*) Minervae agmina

---

316 abreptis **P**ω: abreptis (u *supra* e) **Q**^{2}: abruptis **Nb**: arreptis **D** ɫ**F** 317 Pontibus ν^{2}: Font- **b** 319 aeginam **L** ab arvis **C** 321 Infessus **D** ista lilicebant **L**^{1} licebant *ex* -bunt **M**^{1}: -bat **QDNrb**: -bit **C** 322 Nec (vel) **f**^{r} superis *ex* -os **L**$^{\sigma}$ 323 Conseruque (it) **b**^{2} manus ς 324 vix tonitru **PLg**: vi tonitrus ω: vi (vi^{x} ν^{2}) tonitru (-ru^{s} **f**^{2}: tronitru^{s} **Q**^{2}: t\[eras.\]onitru **b**) **M Qfb**ν: vix (vi\[eras.\] μ) tonitrus **C**μ summotus **P** 325 rapis (i) **f**^{r} 326 poenae *ex* -na **P**^{r} 327 eth\[eras.\]neos **f** 328 Talem **P**ω, *sed* -s *scripturus erat* **P**^{1} mirabitur (m) **D** ipsea **P** 329 placavit ω: -bit **P** 330 ithoneos **P**: ituneos **Q**: itaneos **N** alalcomenaea (-nia **P**) **P**ς: alalcomena (al- **L**^{1}) **SL Mf**μν: lalcomena **b**: aalcomena **D**: \[eras.\]alcomenea **N**: al\[eras.\]comena (-al-) **Q**

agmina, quos Midea et quos uvida suggerit Arne,
Aulida qui Graeanque serunt viridesque Plataeas,
et sulco Peteona domant refluumque meatu
Euripum, qua noster, habent, teque ultima tractu
Anthedon, ubi gramineo de litore Glaucus
poscentes inrupit aquas, iam crine genisque
caerulus, et mixtos expavit ab inguine pisces.
glandibus et torta zephyros incidere funda
cura: Cydoneas anteibunt gaesa sagittas.
tu quoque praeclarum forma, Cephise, dedisses
Narcissum, sed Thespiacis iam pallet in agris
trux puer; orbata florem, pater, adluis unda.
quis tibi Phoebeas acies veteremque revolvat
Phocida? qui Panopen, qui Daulida, qui Cyparisson,
et valles, Lebadia, tuas et Hyampolin acri
subnixam scopulo, vel qui Parnasson utrumque

---

331 Midea et *Klotzius*: mide (-die **N**) et *ω*: med⁝on(i) **P**: Midea *Dübner*; *quod in scriptura* **P** *latet* Medeon, *iam v. 260 commemoratum est. cf. Hom. B 501* οἵ τε πολυστάφυλον Ἄρνην ἔχον οἵ τε Μίδειαν uvida ς *Heinsius* (πολυστάφυλος): vivida **P**: (h)umida *ω* arte **N** 332 Hulida **b** Graeanque *Klotzius*: creanque **P**: greamque (gri- **r**) *ω* 333 pet(e)ona f^1: patrona **C** refluumque *ω*: -untque **P** meatum **r** 334 quae **b** noster (o glauce) P^c habent **P**: habet LbD^2: abit *ω* neque **N** 335 Anthedon P^c: Auth- **C** gramineo⁝(-n) (gnts) **P** 336 inrupit *ω*: inrumpit **P** 337 Ceruleus (-l⁝us **f**) et mixto **Qf**: Caeruleus mixtos **N**: Ceruleus mixtosque **C** 338 Clandibus **P** incidere *ω*: incedere **P**: incendere *Postgatius* 339 cydoneas *ex* -os Q^1b^1 anteibunt *ex* -bant b^2: -bant *μ* jaesa *ex* caesa P^1: caesa **Srb** 340 formae *D. Heinsius* cephisse **b** dedisses *ex* -et b^1 341 Narci(s)sum b^1 342 orbata *ω*: oblata **P** ad(l)luis P^1: adluit (-et **C**) *ω* 343 revolvat **P**: -vet (-vit **L**) *ω* 344 quis *ter* **SN** phanopen **P** quid aulida P^1Q: quis aulida *ex* qui saul- L^1 cyparissum **Lb**: -issa *μ*: -issos **Mf** 345 *om.* Q^1, *add.* Q^1 *mg.* 345 *et suo loco et post* 348 **D** 345 hyanpolin **P**: hianp- **LCfb**: bramp- *μ* a(c)gri M^1b^1: acri *ex* agra Q^1 346 utrumque (ł utrimque) **D**

aut Cirrham tauris Anemorianque supinant
Coryciumque nemus, propellentemque Lilaean
Cephisi glaciale caput, quo suetus anhelam
ferre sitim Python amnemque avertere ponto,
omnibus inmixtas cono super aspice laurus
armaque vel Tityon vel Delon habentia, vel quas
hic deus innumera laxavit caede pharetras.
Iphitus asper agit, genitor cui nuper ademptus
Naubolus Hippasides, tuus, o mitissime Lai,
hospes; adhuc currus securaque lora tenebam,
cum tua subter equos iacuit convulsa cruentis
ictibus, o utinam nostro cum sanguine, cervix!'
dicenti maduere genae, vultumque per omnem
pallor iit, vocisque repens singultus apertum
intercepit iter; refovet frigentis amicum
pectus alumna senis; redit atque exile profatur:
'o mihi sollicitum decus ac suprema voluptas,
Antigone! seras tibi demoror improbus umbras,
fors eadem scelera et caedes visurus avitas,
donec te thalamis habilem integramque resignem:
hoc satis, et fessum vita dimittite, Parcae.
sed dum labor iners, quanti — nunc ecce reviso —

---

347 cirram P taurus b[1] anemorianque P: -amque (ani- QLCfb) ω sopinant b[1] 348 Horiciumque b propellēque P[c] lilaean (-bae- L*μ*: si-f) ω: liteam (-a- *apertum* ~ ci) P 349 Cephisi *in lac.* P[c]: Cefisi *ex* Cevisi L[1] anhesam r 350 Ferre sitim *in lac.* P[c] siti▒m f python P[c] ponto *ex* -tum P[1] 351 Omnibus i- *in lac.* P[c] immixtas P: intextas *Bentleius* laurus P[1]: lauros (-rus Q[1]) ωP[r] 352 quos Q[1] 353 innumera Dς: -ras Pω laxavit ω: lassavit P 354 asper Pς: acer ω 355 Naupolus *ex* -bo- P[1]: Naubulus MLQfb hyppasides P mi▒tissime (t) f 356 tenebam P: -bat (ter- b) ω 358 Ictibus D 359 Dicenti P: -tis ω 360 recens (c *in ras.*) N 361 fringentis Pr 362 exinde *Bentleius* 363 solicitum M supprema fb voluntas MQCfr 365 caedis C

transabiere duces: Clonin atque in terga comantis
non ego Abantiadas, non te, saxosa Caryste,
non humiles Aegas altumque Capherea dixi.
et iam acies obtunsa negat, cunctique resistunt,
et tuus armatis iubet ecce silentia frater.'
    vix ea turre senex, cum rector ab aggere coepit:
'magnanimi reges, quibus haut parere recusem
ductor et ipse meas miles defendere Thebas,
non ego vos stimulare parem — nam liber in arma
impetus, et meritas ultro iurastis in iras —,
nec laudare satis dignasque rependere grates
sufficiam — referent superi vestraeque subacto
hoste manus —: urbem socia de gente subistis
tutari, quam non aliis populator ab oris
belliger externave satus tellure, sed hostis
indigena adsultat, cui castra adversa regenti
hic pater, hic genetrix, hic iunctae stirpe sorores,
hic erat et frater. cerne en ubicumque nefandus
excidium moliris avis: venere volentes
Aoniae populi, nec sum tibi, saeve, relictus.
quid velit ista cohors, et te sentire decebat:

---

369 *Serv.* Aen. 2, 391 comantes .. comas habentes, ut Statius: non ego in terga comantis Abantiadas   370 Σ 9, 758 Abantiadas: Abantis filios, quos et supra memoravit: non ego Abantiadas

---

369 clonin **PSMCf**: clomin **KgN**^{2}: domin (-n *in ras.* μ^2) μ: domini **b**: d$\overset{o}{e}$mn **L**^{1}: domiti (c *supra* mi ν^2) **N**^{1}**r**ν clonin atque *ex* domantque **Q**^{2} comantes (*ex* -is **L**$^\sigma$) ω: conantis **P**   370 caristae **P**   371 egias **M**: egras (r *del.* f^1) **LQDNCr** capharea **LQ**   373. 372 **Mf**, *sed ordinem restituit* **M**^{1} 372 obtunsa **P**^{1}: obtusa ω cuneique *Heinsius*   374 ea *ex* et **P**^{1} rector **P**ς: ductor ω 375 haud **P**   376 Ductor *ex* V- **C**   377 stim$\overset{v}{i}$lare **M**^{1} paraem **Q**^{1} 378 meritis **r**   379 -que *om.* **N**   380 referant **r**   382 Nos tauri **r**   populatur μ horis **L**   383 hostis *ex* -es **f**   384 exultat (ł adsultat) **r**   385 sor[illegible]ores **f**   386 nefande **D**   388 saevae **P**^{1} relict$\overset{v}{i}$s **L**^{1}

reddere regna vetant.' sic fatus, et omnia rite
disponit, qui bella gerant, qui moenia servent,
quas in fronte manus, medio quas robore sistat.
perspicuas sic luce fores et virgea pastor
claustra levat, dum terra recens; iubet ordine primo
ire duces, media stipantur plebe maritae;
ipse levat gravidas et humum tractura parentum
ubera, succiduasque adportat matribus agnas.
interea Danai noctemque diemque sub armis,
noctem iterum rursusque diem — sic ira ferebat —
ingeminant: contempta quies, vix aut sopor illis
aut epulae fecere moram; properatur in hostem
more fugae. nec monstra tenent, quae plurima nectit
prodigiale canens certi fors praevia fati.
quippe serunt diros monitus volucresque feraeque
sideraque aversique suis decursibus amnes,
infestumque tonat pater et mala fulgura lucent;
terrificaeque adytis voces clusaeque deorum
sponte fores; nunc sanguineus, nunc saxeus imber,
et subiti manes flentumque occursus avorum.
tunc et Apollineae tacuere oracula Cirrhae,
et non adsuetis pernox ululavit Eleusin
mensibus, et templis Sparte praesaga reclusis

---

390 fa≣tus (c) b 391 serv(e)ạnt $\mathbf{P}^1$: -ent *ex* -ant $\mathbf{B}^1\nu^2$ 392—403 *fines versuum recentiore manu renovati in* **N** 393 Perspicua ς (sic) se $\mathbf{M}^1$ (*vel* $\mathbf{M}^\sigma$) et **P**ω: ac **C**: sic **D** 394 Castra r novat *Phillimorius* primo **PDN**μ: primo≣ **Qf**: primos ω 396 iuvat *Imhofius* gravidas ω: validas **P** tractura **PBLNrb**: tṛactura $\mathbf{M}^1\nu^2$: t≣actura **Q**: tactura **SDKCf**μ 397 et portat r 398 danai *ex* do- $\mathbf{f}^r$ 399 *om.* $\mathbf{M}^1$, *add.* $\mathbf{M}^\sigma$ Noctemque **L** 400 contempta≣ (-m *aut* -nt) **B** 403 vasti (ł certi) ν^2 fors (ł sors) ν^2: sors **b**μ fa≣ti (c) **b** 404 serunt **P** *Wakefieldus*: ferunt ω volucres(que) (f)pheraeque $\mathbf{P}^r$ 405 aversi≣que (s) **Q**: adversique **Nr**μν 407 cl(a)usaeque μ^1: clausaeque **BLMf** 409 fleṇtumque $\mathbf{P}^r$ 410 apolineae **L** cy(r)rhae $\mathbf{L}^\sigma$ 411 (v)elulavit $\mathbf{B}^1$ 412 sparte ω: parte **P** praesagịa $\mathbf{Q}^1$ praesagare reclusis **P**

vidit Amyclaeos — facinus! — concurrere fratres.
Arcades insanas latrare Lycaonis umbras
nocte ferunt tacita, saevo decurrere campo
Oenomaum sua Pisa refert; Acheloon utroque
deformem cornu vagus infamabat Acarnan.
Perseos effigiem maestam exorantque Mycenae
confusum Iunonis ebur; mugire potentem
Inachon agricolae, gemini maris incola narrat
Thebanum toto planxisse Palaemona ponto.
haec audit Pelopea phalanx, sed bellicus ardor
consiliis obstat divum prohibetque timeri.
  iam ripas, Asope, tuas Boeotaque ventum
flumina. non ausae transmittere protinus alae
hostilem fluvium; forte et trepidantibus ingens
descendebat agris, animos sive imbrifer arcus,
seu montana dedit nubes, seu fluminis illa
mens fuit obiectusque vado pater arma vetabat.
tunc ferus Hippomedon magno cum fragmine ripae
cunctantem deiecit equum, ducibusque relictis
gurgite de medio frenis suspensus et armis

---

413 amicledos **P** concurre **L** 414 Arcades **DK**^{2}ς: Arcados (-o-as **M**^{1}) **P**ω, *quod frustra defendit Weber, de Stati codice Cassellano 1853 p. 40* insanos **L** latrasse **D** liconis (a) **L**$^\sigma$ 415 et saevo **f** decurre **L** 416 acheloun **M**: -um **BQfC** 417 fagus **r** informabat **Q** acanar (rnan) **M**^{1}: acarnar **Cf**: -a... **Q** 418 Perseus **Q** moesta **N** exornantque (rent) **r**: exorantque **f**^{r}: memorantque *Bentleius* 420 narrat (b) incola (a) μ^2 accola *Schrader* 421 Thebanoum **P**^{1}: Thebarum μ 422 Haec *ex* Hic **b** 423 *praeter* C- *in ras. scr* **Q**^{1} timeri (tre) **M**$^\sigma$ 424 ripis (a) **Q**^{1} boetiaque **P**: boetaque **BSLb**ν ventum est **L** non *om.* **L** al...ae **P** 427 animo^s **P**^{c} arcus **P**ω: arctos **f**: auctus *Garrodius*; *si quid mutandum, malim* auster, *sed cf. 9, 405* 428 nubes **P**ω: tabes *Marklandus ad Silv. 5, 3, 271* fluminis **P**ω: flaminis *Garrodius*: numinis *Marklandus l. l.* 429 Men^s **P**^{1} 431 ducibosque (v) **B**^{1}

'ite viri' clamat, 'sic vos in moenia primus
ducere, sic clusas voveo perfringere Thebas.'
praecipitant cuncti fluvio puduitque secutos.
ac velut ignotum si quando armenta per amnem
pastor agit, stat triste pecus, procul altera tellus
omnibus et late medius timor: ast ubi ductor
taurus init fecitque vadum, tunc mollior unda,
tunc faciles saltus, visaeque accedere ripae.
  haut procul inde iugum tutisque adcommoda castris
arva notant, unde urbem etiam turresque videre
Sidonias; placuit sedes fidique receptus,
colle per excelsum patulo, quem subter aperto
arva sinu, nullique aliis a montibus instant
despectus; nec longa labor munimina durus
addidit: ipsa loco mirum natura favebat.
in vallum elatae rupes devexaque fossis
aequa et fortuito ductae quater aggere pinnae;
cetera dant ipsi, donec sol montibus omnis
erepsit rebusque dedit sopor otia fessis.
  quis queat attonitas dictis ostendere Thebas?
urbem in conspectu belli suprema parantis
territat insomnem nox atra diemque minatur.
discurrunt muris; nil saeptum horrore sub illo,
nil fidum satis, invalidaeque Amphionis arces.
rumor ubique alios pluresque adnuntiat hostes

---

434 clusas **P**: clausas *ω* portas **C** 437 $\overset{g}{\text{a}}$it **M**^{1} 438 tumor *Müller* 441 Haud **P** castris **P***ω*: sacris **D** 442 Ar$\overset{v}{\text{m}}$a **f**^{1} videre **SML**$^{\sigma}$**Nrb***μν*: videri **PBL**^{1}**Q**^{1}**f**: -r$\overset{e}{\text{i}}$ **D**^{1}: -rent **Q**^{2}**C**: videre est ς, *ac sane* est *aegre desideratur* 444 Colleque **r**: Calle *ex* Colle **b**^{1} patula quam **b** 445 nullique *ω*: -isque **PN** 446 Despectus *ex* Pro- **C**^{1}: Di- **PB** 448 de▒vexaque (s) **Q** 449 fortuitu **Q** $\overset{g}{\text{a}}$gere **B**^{1} ▒pinnae (ra-?) **Q** 453 supprema **Bf** parantis (*ex* -es **P**^{1}) **PQ**: -antem (*ex* -entem **L**^{1}) *ω* 456 Nihil **B** $\overset{\text{ł arces}}{\text{artes}}$ **r** 457 ▒ubique (h-) **B** alios **PS**: altus *ω*: alius *Gronovius* plures **D** adnuntiet **f**

maioresque timor; spectant tentoria contra
Inachia externosque suis in montibus ignis.
hi precibus questuque deos, hi Martia tela
belligerosque hortantur equos, hi pectora fletu
cara premunt miserique rogos et crastina mandant
funera. si tenuis demisit lumina somnus,
bella gerunt; modo lucra morae, modo taedia vitae
attonitis, lucemque timent lucemque precantur.
it geminum excutiens anguem et bacchatur utrisque
Tisiphone castris; fratrem huic, fratrem ingerit illi,
aut utrique patrem: procul ille penatibus imis
excitus inplorat Furias oculosque reposcit.
iam gelidam Phoeben et caligantia primus
hauserat astra dies, cum iam tumet igne futuro
Oceanus lateque novo Titane reclusum
aequor anhelantum radiis subsidit equorum:
ecce truces oculos sordentibus obsita canis
exangues Iocasta genas et bracchia planctu
nigra ferens ramumque oleae cum velleris atri
nexibus, Eumenidum velut antiquissima, portis
egreditur magna cum maiestate malorum.
hinc atque hinc natae, melior iam sexus, aniles

---

479 Σ 8, 616 ut alibi: 'hinc atque .. sexus' ad mores meliorem sexum rettulit, non ad naturam

---

458 Maioresque ω: -emque **P** 459 externosque *ex* -usque **P**[1] me≡nibus (ł montibus *s. l.*) **N**[2] 461 -que *om.* **D** pignora *Weber* 462 premant (v *s. l.*) **L**[1] misereque **r** 463 demisit **P**: dimisit ω 464 lacra (v *s. l.*) **B**[1] moda (o *s. l.*) **f**[1] 466 urisque (t *s. l.*) **f**[1] 467 Tesiphone **Q** 468 poenatibus **P** imis ω: omnes **P** 469 implorat **P** 470 gelidam (*ex* -adam **Q**[1]: *ex* -idan **C**[2]) ω: gelida **PS** pronus **f** 471 H Auserat **B**[1] tumet ω: timet **P** 473 anhelatum (n *s. l.*) **B**[1]: -latum **C** subsidit ω: -sedit (-se- *in ras.* μ[2]) **P**μ 475 Exangues **PN**ς: -esque ω *fortasse recte* genas *ex* negas **P**[c] 477 velud **f** 478 sub **b** magestate **f** 479 iam *s. l.* **B**[1] an≡iles (h) **Q**

praecipitantem artus et plus quam possit euntem
sustentant. venit ante hostes, et pectore nudo
claustra adversa ferit tremulisque ululatibus orat
admitti: 'reserate viam! rogat impia belli
mater; in his aliquod ius exsecrabile castris
huic utero est.' trepidi visam expavere manipli
auditamque magis; remeat iam missus Adrasto
nuntius: excipiunt iussi mediosque per enses
dant iter. illa duces ut primum aspexit Achivos,
clamorem horrendum luctu furiata resolvit:
'Argolici proceres, ecquis monstraverit hostem,
quem peperi? quanam inveniam, mihi dicite, natum
sub galea?' venit attonitae Cadmeius heros
obvius, et raptam lacrimis gaudentibus inplet
solaturque tenens, atque inter singula matrem,
matrem iterat, nunc ipsam urguens, nunc cara sororum
pectora, cum mixta fletus anus asperat ira:
'quid molles lacrimas venerandaque nomina fingis,
rex Argive, mihi? quid colla amplexibus ambis
invisamque teris ferrato pectore matrem?
tune ille exsilio vagus et miserabilis hospes?
quem non permoveas! longae tua iussa cohortes
expectant, multoque latus praefulgurat ense.
a miserae matres! hunc te noctesque diesque

---

480 possit **P**: posset (*ex* -it **Q**[1]) *ω* 481 et *ω*: sed **P** 482 Castra **Dr** ≡erit (t-?) **f** -que *om.* **P** 483 reseratae **P**: -are *ω* 484 exsecrabile **P***ω*: exorabile *Kochius 1865 p. 9*: impetrabile *Bentleius* 485 etpavere (ex *supra*) *ν*[2] manipli≡(-s) **b** 486 iam missus (≡ iam m. **M**, *eras.* -que) *ω*: inmissus **P**: cum inmissus *Baehrens*, *sed cf. 7, 23. 10, 4* 487 mediosque *ex* -usque **P**[1] 488 expavit achios **r** 489 luctu≡ **B** 490 ecquis (c *in ras.* **B**[1]) **PB**: ei quis *ω*: et quis **Q**: et quis (ec *supra*) **b**[1] monstraverit *ex* -at **Q**[1] 492 antonitae **b** cathmeius **M** hores **L** 496 fle≡us (t *supra*) **P**[1] 497 fungis **r** 499 ferroto (a *supra*) **Q**[1] 500 ille *om.* **C**[1]**f**, *add.* **C**[2] exillio **P**: exi≡lio *μ* 501 Quam *Peyraredus* 502 prefulgerat (v *supra*) **B**[1] 503 nunc **D**

deflebam? si verba tamen monitusque tuorum
dignaris, dum castra silent suspensaque bellum
horrescit pietas, genetrix iubeoque rogoque:
i mecum patriosque deos arsuraque saltem
tecta vide, fratremque — quid aufers lumina? — fratrem
adloquere et regnum iam me sub iudice posces:
aut dabit, aut ferrum causa meliore resumes.
anne times, ne forte doli, et te conscia mater
decipiam? non sic miseros fas omne penates
effugit: vix Oedipode ducente timeres.
nupsi equidem peperique nefas, sed diligo tales, —
a dolor! — et vestros etiamnum excuso furores.
quodsi adeo perstas, ultro tibi, saeve, triumphum
detulimus: religa captas in terga sorores,
inice vincla mihi: gravis huc utcumque feretur
et pater. ad vestrum gemitus nunc verto pudorem,
Inachidae, liquistis enim parvosque senesque
et lacrimas has quisque domi: sua credite matri
viscera! si vobis hic parvo in tempore carus —
sitque precor —, quid me, oro, decet quidve ista, Pelasgi,
ubera? ab Hyrcanis hoc Odrysiisve tulissem
regibus, et si qui nostros vicere furores.
adnuite, aut natum complexa superstite bello
hic moriar.' tumidas frangebant dicta cohortes,
nutantesque virum galeas et sparsa videres

---

504 Deflebant **f** *interrogandi signum recte posuit Garrodius* 507 arsuraṣque **P**^{1} deos *ex* decus **Q**^{1} 509 posces **P**: posce (-cet **C**) ω iam, me si iudice posces, aut dabit *Garrodius* 510 resumas [ł mes] **r** 511 et te **P**ω: ẹt [te] **S**^{1}: ex te **f**: te **DN** 513 Effugit **P**ν: Effugiet (-i≣t **K**) ω oedipode **P**ω: -da *Weber, cf. Ach. 1, 819* timeres *ex* -ores **P**^{1} 514 diligo *ex* -co **P**^{c} 515 exc≣uso (s) **P**^{1}: exosa **P**^{r}: excu≣so **M** 517 Detumus [li] **b**^{1} 519. 520 *om.* ν^1, *add.* ν^2 *mg.* 522 si ω: sit **P** hic (hoc **Bb**) parvo **P**ω: parvo hic **Dr** 523 quod . . . qu≣d [o] (i) **rQ**^{2} -ve ista **PM**: -que ista **D**: vestra ω pelasgi *ex* -sti **P**^{1} 524 U≣bera (er) **P** odrysiisve **P**: -que (ot- **Cg**ν: oth- μ) ω

fletibus arma piis. quales ubi tela virosque
pectoris inpulsu rabidi stravere leones,
protinus ira minor, gaudentque in corpore capto
securam differre famem: sic flexa Pelasgum
corda labant, ferrique avidus mansueverat ardor.
ipse etiam ante oculos nunc matris ad oscula versus,
nunc rudis Ismenes, nunc flebiliora precantis
Antigones, variaque animum turbante procella
exciderat regnum: cupit ire, et mitis Adrastus
non vetat; hic iustae Tydeus memor occupat irae:
'me potius, socii, qui fidum Eteoclea nuper
expertus, nec frater eram, me opponite regi,
cuius adhuc pacem egregiam et bona foedera gesto
pectore in hoc. ubi tunc fidei pacisque sequestra
mater eras, pulchris cum me nox vestra morata est
hospitiis? nempe haec trahis ad commercia natum?
duc illum in campum, vestro qui sanguine pinguis
spirat adhuc pinguisque meo. tu porro sequeris,
heu nimium mitis nimiumque oblite tuorum?
scilicet infestae cum te circum undique dextrae
nudabunt enses, haec flebit et arma quiescent?
tene ille, heu demens, semel intra moenia clausum
possessumque odiis Argiva in castra remittet?
ante haec excusso frondescet lancea ferro,
Inachus ante retro nosterque Achelous abibit.
sed mite adloquium et saevis pax quaeritur armis:

530 rabidi (*ex* rav- **P**[1]) **PKC**: rapidi *ω* 531 in pectora (cruore recepto) capto **Q**[1] (corpore **Q**[1] *mg.*): in corpore capto **D**: cruore recepto **N** 534 oculos **P***ω*: omnes *vulgo* versous **P**[1] 535 *om.* **f**[1], *add.* **f**[1] *mg.* rudis *ω*: crudis **P** istmenes **Pf** flebiliora (s) (b *ex* v **P**[1]) **P**[r] **L**[σ]: flebilis (-li a **Q**) ora **MQDNf***μν* 538 occupit **Q**[2] 540 super (frater) *ν*[2] (sr ∼ fr) 541 pa cem (r) **P** 542 pactique *Baehrens* sequestra *ex* -re **B**[1] 543 vox **L** 544 trais **B** 546 Spirata **P**[1] 547 nimi um (r) **b** 549 flebit *s. l.* **M**[1]: *ex* flevit **P**[1] 552 frondescet *ex* -it **P**[1]: -unt **C** 553 abibit **P***μ*: abibunt *ω* 554 mi te (t) **B** adloquium (l) **P**[1]

haec quoque castra patent, necdum meruere timeri.
an suspectus ego? abscedo et mea volnera dono.
intret et hic genetrix eadem mediaeque sorores.
finge autem pactis evictum excedere regnis,
nempe iterum reddes?' rursus mutata trahuntur
agmina consiliis: subito ceu turbine caeli
obvius adversum Boreae Notus abstulit aequor.
arma iterum furiaeque placent; fera tempus Erinys
arripit et primae molitur semina pugnae.
  errabant geminae Dircaea ad flumina tigres,
mite iugum, belli quondam vastator Eoi
currus, Erythraeis sed nuper victor ab oris
Liber in Aonios meritas emiserat agros.
illas turba dei seniorque ex more sacerdos
sanguinis oblitas atque Indum gramen olentes
palmite maturo variisque ornare corymbis
curat et alterno maculas interligat ostro.
iamque ipsi colles, ipsa has — quis credat? — amabant
armenta, atque ausae circum mugire iuvencae;
quippe nihil grassata fames: manus obvia pascit,
exceptantque cibos fusoque horrenda supinant
ora mero, vaga rure quies; si quando benigno
urbem iniere gradu, domus omnis et omnia sacris
templa calent, ipsumque fides intrasse Lyaeum.

---

556 $\overset{\text{v}}{\text{o}}$lnera B^1: vulnera **P** 557 et huc **D**: adhuc **r** 558 $\overset{\text{a}}{\text{pi}}$ctis B^1: *om.* **D** reddet *Peyraredus* 560 pulvere caeli μ 565 condam **r** 566 sed **P**: quas ω 567 aoni$\overset{\text{o}}{\text{a}}$s Q^1b^2 emiserat *Klotzius*: diemiserat P^1: dimiserat (-mers- **C**) ω agros *ex* argos $B^1M^{\sigma}b^2$ 570 maturo *ex* -ra L^{σ} 571 Cubrat **r** maculos **L** 572 qui^s Q^1: qui▒ **b** creda▒t (n) **b** 573 A$\overset{\text{r}}{\text{m}}$enta P^1 574 crassata **BMf**: gra$\overset{\text{s}}{\text{s}}$ata L^{σ} passcit **L**: p$\overset{\text{a}}{\text{o}}$scit Q^1 575 $\overset{\text{excipiunt}}{\text{Exceptantque}}$ P^r: Expectantque ω cibos $P\omega$: dapes **BSLKb**: $\overset{\text{ł dapes}}{\text{cibos}}$ M^{σ} h$\overset{\text{r}}{\text{o}}$renda **f** 576 *om.* B^1, *add.* B^1 *mg.* 577 inire **C**

has ubi vipereo tactas ter utramque flagello
Eumenis in furias animumque redire priorem
inpulit, erumpunt non agnoscentibus agris.
ceu duo diverso pariter si fulmina caelo
rupta cadant longumque trahant per nubila crinem:
non aliter cursu rapidae atque inmane frementis
transiliunt campos aurigamque inpete vasto,
Amphiarae, tuum — nec defuit omen, eriles
forte is primus equos stagna ad vicina trahebat —
corripiunt; mox Taenarium, qui proximus, Idan
Aetolumque Acamanta premunt: fuga torva per agros
cornipedum, visa donec flammatus Aconteus
strage virum, cui sueta feras prosternere virtus —
Arcas erat —, densis iam fida ad moenia versas
insequitur telis, multumque hastile resumens
ter, quater adducto per terga, per ilia telo
transigit. illae autem longo cum limite fusi
sanguinis ad portas utrimque extantia ducunt
spicula semianimes, gemituque imitante querellas
saucia dilectis adclinant pectora muris.
templa putes urbemque rapi facibusque nefandis

---

585 *Prisc.* GL II 241, 2 Ovidius in III Metamorphoseon: 'impete nunc vasto' pro impetu. similiter Statius in VII Thebaidos: aurigamque . . tuum

---

579 tactas *ω*: tacitas **P** utraque **C** 580 Eumeni▒s **P** 581 agnoscentibus (a- *in ras.* **B**^{1}) **P** *ω* agris ς *Bentleius*: argis *ex* antris **P**^{c}**L**$^\sigma$: argis *ω*: antris **Bb** 582 diversa **Lf** 583 Rapta **r** trahant (-$\overset{a}{u}$nt **L**^{1}) *ω*: -unt **P** 584 inmane▒ (-s) **P** frementes **P** 586 Amph$\overset{a}{i}$rae **f**: Amphiorae **Q** 587 traheba▒t **f** 588 idan **Pr**: idam *ω* 589 achamanta **P**: atha- *ex* acha- **f**^{1} 590 visu, *Barthius* acontheus **P**: acon$\overset{\cdot te}{\cdot}$us **Q**^{1} 593 telis *ex* -us **B**^{1} 594 per ilia ferro *add.* **b**^{2} 595 Transigit *ω*: Transicit **P**: Transiit **Mf**^{1}: Transadigit **C**^{1}: Tranfigit *ex* -nsi- **Q** illa^e **P**^{1} 596 utri^{n}que **b**^{1} 597 gemitu▒que **P** 599 rapiị **P**^{1}: *ex* capi **Q**^{1}

Sidonios ardere lares, sic clamor apertis
exoritur muris; mallent cunabula magni
Herculis aut Semeles thalamum aut penetrale ruisse
Harmoniae. cultor Baccheus Acontea Phegeus
iam vacuum telis geminoque in sanguine ovantem
comminus ense petit; subeunt Tegeaea iuventus
auxilio tardi: iam supra sacra ferarum
corpora maerenti iuvenis iacet ultio Baccho.
rumpitur et Graium subito per castra tumultu
concilium; fugit exertos Iocasta per hostes
iam non ausa preces; natas ipsamque repellunt
qui modo tam mites, et praeceps tempore Tydeus
utitur: 'ite age, nunc pacem sperate fidemque!
num saltem differre nefas potuitve morari,
dum genetrix dimissa redit?' sic fatus aperto
ense vocat socios. saevus iam clamor, et irae
hinc atque inde calent; nullo venit ordine bellum,
confusique duces volgo, et neglecta regentum
imperia; una equites mixti peditumque catervae
et rapidi currus; premit indigesta ruentes
copia, nec sese vacat ostentare nec hostem
noscere. sic subitis Thebana Argivaque pubes
conflixere globis; retro vexilla tubaeque

---

600 sic **P**ω: hic *Menkius* 601 malent (l *superscr.*) **L**$^{\sigma}$ 602 tumulum *Gronovius* 603 Harmoniae **P**^{1}**B**^{1}**L**^{1}**Q**^{1}**Kfr**: Harmionae **B**^{c}: Hermionae **P**$^{c}\omega$: Harminoae **b**^{1}: Ermiones **b**^{2} aconthea phaegeus **P** phlegeus **C** 605 tegeaea ς: tegea (the- **P**) **P**ω 607 maerenti[illegible] (-s) **P**: -tum *Peyraredus* ulti (o *superscr.*) **b**^{1} 608 et graium ω: et grat[illegible] (-um) (ecce gravi *superscr.*) **P**^{r} 609 fuit (g *superscr.*) **L**$^{\sigma}$ exertos **P**: externos (ester- **N**: hester- μ) ω: excitos *Baehrens* 611 mites ω: -is **P**μ 613 *om.* μ^{1}, *add.* μ^{2} Num **P**ω: Nūnc **Q**^{1}: Nunc (num *superscr.*) **D**: Nunc μ^{2}: non *Imhofius* differe (r *superscr.*) **L**$^{\sigma}$: -ferte (r *superscr.*) **M**$^{\sigma}$: ferre (te *superscr.*) **D** potuitve ω: -ne **PDb**^{2} 617 neclecta **P** 618 Inperia **f** equitum ~~peditum~~ mixti **C**^{1} cursus (r *superscr.*) **M**$^{\sigma}$: currus (s *superscr.*) **Q**^{1}: cursus **C** 620 hostentare **B** 622 Conflixere (-flu- **L**ν) ω: Coniuncxere **P** globis *ex* -os **f**

pos tergum et litui bellum invenere secuti.
tantus ab exiguo crudescit sanguine Mavors!
ventus uti primas struit intra nubila vires,
lenis adhuc, frondesque et aperta cacumina gestat,
mox rapuit nemus et montes patefecit opacos.
  nunc age, Pieriae, non vos longinqua, sorores,
consulimus, vestras acies vestramque referte
Aoniam; vidistis enim, dum Marte propinquo
horrent Tyrrhenos Heliconia plectra tumultus.
  Sidonium Pterelan sonipes male fidus in armis
rumpentem frenos diversa per agmina raptat
iam liber, sic fessa manus: venit hasta per armos
Tydeos et laevum iuveni transverberat inguen
labentemque adfigit equo; fugit ille perempto
consertus domino, nec iam arma aut frena tenentem
portat adhuc: ceu nondum anima defectus utraque
cum sua Centaurus moriens in terga recumbit.
certat opus ferri: sternunt alterna furentes
Hippomedon Sybarin, Pylium Periphanta Menoeceus,
Parthenopaeus Ityn: Sybaris iacet ense cruento,
cuspide trux Periphas, Itys insidiante sagitta.

---

623 Post tergum **P** invertere **C**: -que iniere **N** 624 ab exiguo ω: in ambiguo **P** (*i. animis ambiguis*, sanguine *abl. instr. quod sprevi propter contrarium* tantus . . exiguo) 625 serit **f** intra **P**: inter ω n$\overset{v}{e}$bila **B**^{1}: nubila *ex* -o **Q**^{1} 626 aperta *ex* op- **Q**^{1} c$\overset{v}{a}$cimina **L**^{1} 627 nem$\overset{v}{e}$s **M**^{1} patef$\overset{e}{a}$cit **M**^{1} 628 nan *ex* non **P**^{r} (*videtur voluisse* nam) 631 tyrrhenos *ex* -us **P**^{1} 632 armis ω: arvis **P** pteleram **Mf**: pteletran μ 633 adversa **C** 634 sed fixa manu *Peyraredus* asta **L**^{2} armos ω**P**^{r}: a$\overset{r}{m}$‖os **B**^{1}: ambos **P**^{1} 635 Tydaeos **P** iuveni **P**ω: -nis **SDNC**μν transverberat *ex* -rv- **P**^{1} 636 adfigit *ex* adfecit **P**^{c} 639 centauros **r** 640 sternunt **P**: sternuntque ω 641 *recte distinxit Bentleius* Hippodamon **P**: Hyppo$\overset{m}{n}$edon **b**^{2} sybarim **P**: sabarin **f** peripanta **C** moenoceus **P** periphanta capaneus *add.* **b**^{2} 642 Parthonopeus *ex* -the- **P**^{c} ithyn **P** 643 perhiphas **B**

Caeneos Inachii ferro Mavortius Haemon
colla rapit, cui dividuum trans corpus hiantes
truncum oculi quaerunt, animus caput; arma iacentis
iam rapiebat Abas: cornu deprensus Achiva
dimisit moriens clipeum hostilemque suumque.
quis tibi Baccheos, Eunaee, relinquere cultus,
quis lucos, vetitus quibus emansisse sacerdos,
suasit et adsuetum Bromio mutare furorem?
quem terrere queas? clipei penetrabile textum
pallentes hederae Nysaeaque serta coronant,
candida pampineo subnectitur instita pilo,
crine latent umeri, crescunt lanugine malae,
et rubet inbellis Tyrio subtemine thorax,
bracchiaque in manicis et pictae vincula plantae
carbaseique sinus, et fibula rasilis auro
Taenariam fulva mordebat iaspide pallam,
quam super a tergo velox corytus et arcus
pendentesque sonant aurata lynce pharetrae.
it lymphante deo media inter milia longum
vociferans: 'prohibete manus, haec omine dextro
moenia Cirrhaea monstravit Apollo iuvenca;
parcite, in haec ultro scopuli venere volentes.

---

647 *Prisc.* GL II 267, 9 (cornu *quartae declinationis*) Statius in VII Thebaidos: cornu depressus Achiva

---

645 cui *om.* **D** hiantē **f** 646 Tr(v)oncum L^1 animos **r** μ animam *Peyraredus male*: umerus *Garrodius* iacentis **PLDN**: iacenti ω *fortasse recte* 647 depressus *Prisc.* 648 Dimisit ω: Demisit **P** 650 vetit(v)os M^1 651 adsuetem **L** m(v)itare L^1 653 Pallantes **N** 654 pampineo ω: -eos̲ P^r infula pileo *Imhofius* 655 (h)umeri P^r uvescunt *Garrodius*, *quod non intellego* lanuginæ P^r 656 subtemine PL^1M^σ: -tegmine (-te≡m- μ) ω 657 plantae v. pictae **r** 658 Carbaseique *ex* Cu- P^c 659 Tenariam (-r- *ex* -n-) L^1 660 (c)goryt(v)os Q^2 663 prohibete ω: -ente **P**: -e≡te **B** 664 chirrea **P**: cy(r)rhaea L^σ iuvenca ω: -ta **P** 665 ultro *ex* -a L^σ

gens sacrata sumus: gener huic est Iuppiter urbi
Gradivusque socer; Bacchum haut mentimur alumnum
et magnum Alciden.' iactanti talia frustra
turbidus aeria Capaneus occurrit in hasta.
qualis ubi primam leo mane cubilibus atris
erexit rabiem et saevo speculatur ab antro
aut cervum aut nondum bellantem fronte iuvencum,
it fremitu gaudens, licet arma gregesque lacessant
venantum, praedam videt et sua volnera nescit:
sic tum congressu Capaneus gavisus iniquo
librabat magna venturam mole cupressum.
ante tamen 'quid femineis ululatibus' inquit,
'terrificas, moriture, viros? utinam ipse veniret,
cui furis! haec Tyriis cane matribus!' et simul hastam
expulit; illa volans, ceu vis non ulla moretur
obvia, vix sonuit clipeo et iam terga reliquit.
arma fluunt, longisque crepat singultibus aurum,
eruptusque sinus vicit cruor. occidis audax,
occidis Aonii puer altera cura Lyaei.
marcida te fractis planxerunt Ismara thyrsis,
te Tmolos, te Nysa ferax Theseaque Naxos
et Thebana metu iuratus in orgia Ganges.

666—719 *in* **M** *folio inserto scripsit Boccaccius* 666 sacrat^{a} **B**^{1} 667 baccum **P** mentitur ς *Bentleius* 668 Alciden *ex* -ti- **L**$^{\sigma}$ 670 primum **f** atris **ω**: astris **P**: artis *Baehrens* 671 rabibiem **L**^{1} saevo *om.* **f** speculatur **ω**: spectatur **P** 673 Et **C**μ Infremitu **f** 674 Venantem (v *supra* e) **Q**^{1} volnera (v *supra* o) **B**^{1}: vulnera **P** 675 graius (gavisus *supra*) **L**^{1} 676 Vibrabat **D** venturam *ex* -um **P**^{c} 677 inquit *ex* -id **P**^{1} 680 ceu vix (ɫ ceu vis *supra*) **L**: cava vix **r** moretur *add.* **b**^{2} 681 cly≡peo **b** reliquid (t *supra* d) **P**^{1} 683 Eruptusque **ω**: Ereptosque **P**: Ereptusque (v *supra* e) **Q**^{2}: Erupto^{s}que (o^{s} *in ras.*) **D**^{2} sinu *Heinsius* 684 aonii≡ (s) **P** 685 hismara **L** thyrsis *ex* -us **P**^{1} 686 tmolos (mo- **L**μ) **ω**: tmolus **PC** ni≡sa **B**: nixa (s *supra* x) **b**^{2} 687 thabana **L** iuratus *ex* -ur **b**^{1} orcia (g *supra* c) **P**^{1} ganges *ex* -ces **L**$^{\sigma}$

nec segnem Argolicae sensere Eteoclea turmae,
parcior ad cives Polynicis inhorruit ensis.
eminet ante alios iam formidantibus arva
Amphiaraus equis ac multo pulvere vertit
campum indignantem: famulo decus addit inane
maestus et extremos obitus inlustrat Apollo.
ille etiam clipeum galeamque incendit honoro
sidere; nec tarde fratri, Gradive, dedisti,
ne qua manus vatem, ne quid mortalia bello
laedere tela queant: sanctum et venerabile Diti
funus eat. talis medios aufertur in hostis
certus et ipse necis, vires fiducia leti
suggerit; inde viro maioraque membra diesque
laetior et numquam tanta experientia caeli,
si vacet: avertit morti contermina Virtus.
ardet inexpleto saevi Mavortis amore,
et fruitur dextra atque anima flagrante superbit.
hicne hominum casus lenire et demere Fatis
iura frequens? quantum subito diversus ab illo,
qui tripodas laurusque sequi, qui doctus in omni
nube salutato volucrem cognoscere Phoebo!
innumeram ferro plebem, ceu letifer annus
aut iubar adversi grave sideris, immolat umbris
ipse suis: iaculo Phlegyan iaculoque superbum

---

688 segnem *ex* si- P^1 689 ensis *ex* -es P^1 690 Iminet L   ante oculos C   aura (ł arva *supra*) r   692 famulo (s) b   addit inane ω: abdidit (add- P^r) omne P, *unde* adicit omne *Garrodius, sed* inane *fere necessarium*   693 Mestos (v *supra* o) L^1 695 t(a)rde B^1 gra dive (n) b   697 di ti (c) Q   698 eat Pς: erat ω   tales (i *supra* e) Q^1 aufertur PB^1b: infertur ω   hostes P   699 leti (o *supra* e) P^1: laeti (o *supra* a) Q^1 700 Suggeruit B: Surgerit b   701 Laetior ω: Latior P   702 vacat C   704 frugitur L   flagrante *ex* fr- Q^1 705 Hicne P: Hic ω   707 laurosque C   perdoctus r   708 saluto (ta *supra*) P^c 709 ferro plebem PN: plebem ferro ω: p~~hoe~~bem (le *supra*) f. Q^1 710 iubar ω: iuvat P   711 plegyan Q

Phylea, falcato Clonin et Chremetaona curru
comminus hunc stantem metit, hunc a poplite sectum,
cuspide non missa Chromin Iphinoumque Sagenque
intonsumque Gyan sacrumque Lycorea Phoebo —
invitus: iam fraxineum demiserat hastae
robur, et excussis apparuit infula cristis —,
Alcathoum saxo, cui circum stagna Carysti
et domus et coniunx et amantes litora nati.
vixerat ille diu pauper scrutator aquarum,
decepit tellus, moriens hiemesque notosque
laudat et experti meliora pericula ponti.
  aspicit has longe iamdudum Asopius Hypseus
palantum strages ardetque avertere pugnam,
quamquam haud ipse minus curru Tirynthia fundens
robora; sed viso praesens minor augure sanguis:
illum armis animisque cupit. prohibebat iniquo
agmine consertum cunei latus; inde superbus
exeruit patriis electum missile ripis,
ac prius: 'Aonidum dives largitor aquarum,
clare Giganteis etiamnum, Asope, favillis,
da numen dextrae: rogat hoc natusque tuique
quercus alumna vadi; fas et mihi spernere Phoebum,

712 Cremetaona *vulgo, quod nomen non est* clonin **P**ς: clomin **ω**: cromin *vel* chro- **Cr**$\mu\nu$ 713 hanc **f** *alterum* hunc *om.* **r** poblite **f** 714 non missa **P**: $\overset{\text{de}}{\text{ṇọṇ}}$ missa $\mathbf{B}^1$: demissa (di- **N**) **ω**: nunc missa *Vollmer 1896 p. 30* ebromin **C** iphidnoumque **P**: iphinotimque **C** sagemque **PBQLCfb**: se- μ 715 gyon **Q** 716 phraxineum **P** demiserat **P**: di- **ω** 717 et *s. l.* $\mathbf{f}^1$ excusisque **L** 718 *om.* ν^1, *add.* ν^2 *mg.* caistri μ 720 Vixerat *ex* Di- $\mathbf{C}^2$ 721 morientem **N** notosque *ex* -usque $\mathbf{P}^1$ 723 ypseus **f** 724 $\overset{\text{ad}}{\text{avertere}}$ **D** 725 Quanquam **P** m≣ınus (ma-) **f** thyrinthia **P** fundens **P**: fundit **ω** 726 augu¢re $\mathbf{B}^1$ 727 $\overset{\text{u}}{\text{caṗit}}$ $\mathbf{Q}^1$ 728 consortum **B** cuneis **f**: -iṣ $\mathbf{b}^1$ 729 $\overset{\text{i}}{\text{patris}}$ $\mathbf{B}^1$ eleçtum **ω**: eiectum **P** 732 $\overset{\text{a}}{\text{notusque}}$ **D** 733 mihi **PBQLDb**: me **SMKNCf**$\mathbf{r}^1\mu\nu$: ne $\mathbf{r}^2$ $\overset{\text{ł sper}}{\text{sternere}}$ $\mathbf{M}^{\sigma}$

si tibi conlatus divum sator. omnia mergam
fontibus arma tuis tristesque sine augure vittas.'
audierat genitor: vetat indulgere volentem
Phoebus, et aurigam iactus detorquet in Hersen.
ille ruit: deus ipse vagis succedit habenis,
Lernaeum falso simulans Haliagmona vultu.
tunc vero ardenti non ulla obsistere temptant
signa, ruunt solo terrore, et volnera citra
mors trepidis ignava venit, dubiumque tuenti
presserit infestos onus inpuleritne iugales.
sic ubi nubiferum montis latus aut nova ventis
solvit hiemps, aut victa situ non pertulit aetas,
desilit horrendus campo timor, arva virosque
limite non uno longaevaque robora secum
praecipitans, tandemque exhaustus turbine fesso
aut vallem cavat aut medios intercipit amnes.
non secus ingentique viro magnoque gravatus
temo deo nunc hoc, nunc illo in sanguine fervet.
ipse sedens telis pariterque ministrat habenis
Delius, ipse docet iactus adversaque flectit
spicula fortunamque hastis venientibus aufert.
sternuntur terra Melaneus pedes, Antiphus alto

737 iactus **P**: iactu≣ **Bb**: iaculo *ω* in ersen **P**: in hertem (-he- **Q**¹: -he- *ex* -ho- **L**σ: -≣e- **b**) **BQLbr**: inertem *ω*: in Harpyn *Unger 1868 p. 167* 738 succedit *ex* -dat **L**¹ (h)abenis **B** 739 Lae(r)meum **b**¹ simula(n)s **Q**¹ alia(c)mona **P**¹: aliagmona **r**: hel- **Q** 740 ulla *ω*: nulla **PL**: nulla **b**¹ 751 vol(v)nera **B**³: vulnera **P** 742 igna(r)va **ν**² tenet **C** 743 infestos **P***ω*: infessos (infestos) **D**²: an fessos (a- **Q**² *in ras.*) **Q**: infessos **C** *Peyraredus*: insessos **Bb** *Imhofius*; *an* infensos? onus *ω*: sonus **P** impuleritne (apollo) **P**ʳ inpulererit **L**¹ 745 sino situ **L**¹ 746 decidit *Schrader* arva *ω*: arma **PS** 748 fessam **r** 750 grava(v)tos **P**¹ a(d)versaque **M**σ: av- **f** 754 (h)ast≣is (r) **P**ᶜ 755 terra **P***ω*: terrae **Mμν**¹ *Kohlmannus falso* melaneus (·m·el- **B**³) **BLNbν**: melanes (-e(us)s **M**σ) **MfKr**: maleus **C**: menaleus **P***ω*

nil defensus equo, genitusque Heliconide nympha
Aetion, caesoque infamis fratre Polites,
conatusque toris vittatam attingere Manto
Lampus: in hunc sacras Phoebus dedit ipse sagittas.
et iam cornipedes trepidi ac moribunda reflantes
corpora rimantur terras, omnisque per artus
sulcus et incisis altum rubet orbita membris.
hos iam ignorantes terit impius axis, at illi
vulnere semineces — nec devitare facultas —
venturum super ora vident; iam lubrica tabo
frena, nec insisti madidus dat temo, rotaeque
sanguine difficiles, et tardior ungula fossis
visceribus: tunc ipse furens in morte relicta
spicula et e mediis extantes ossibus hastas
avellit, strident animae currumque secuntur.
 tandem se famulo summum confessus Apollo
'utere luce tua longamque' ait, 'indue famam,
dum tibi me iunctum Mors inrevocata veretur.
vincimur: inmites scis nulla revolvere Parcas
stamina; vade, diu populis promissa voluptas
Elysiis, certe non perpessure Creontis

---

756 -que *om.* **D** eliconide **Qf** 757 Aetion **Pω**: Action **LN**: A[h]etior **b**[2]: Aenon **f**: Aethion **QD** *vulgo, cf. 6, 465* infamis *ex* -es **P**[1] poli[e]tis **b**[2] 758 vittantum **b**[1]: vit[c]tatam **M**[2] adiungere *Peyraredus* 760 trepidi **Pς**: -da **ω** 761 omnisque *ex* -es- **P**[c] 762 incissis **f**: incisis (-s *add.* **b**[2]) **b** alte **μ** 763 axis at illos *add.* **b**[2] 764 ne[c] **b**[2] iam vitare (iam **μ**[2] *in lac.*) **Nμ**: [erat] vitare **ν**[2]: est vitare **D**: vitare **r** 766 in[s]siti **P**[c] demo **C** 768 furens **ω**: ferens **P** 769 et ▒ mediis **L** hossibus **Bb**: hostibus **C** 770 strident **P**: -dunt **ω** 771 summus **b** 772 U▒tere (-er-?) **L** [in]due **P**[1] 773 mihi te *Deipser 1881 p. 121 inutiliter* 774 Vincimur *ex* -ce- **L**[1] [scis] fas **D**: fas **Nς** *Bentleius* [lve] revocare **b**[1] 776 //non perpessure// certe creontis **P**[1] creontis sepelire **L**[σ]

imperia aut vetito nudus iaciture sepulcro.'
ille refert contra, et paulum respirat ab armis:
'olim te, Cirrhaee pater, peritura sedentem
ad iuga — quis tantus miseris honor? — axe trementi
sensimus; instantes quonam usque morabere manes?
audio iam rapidae cursum Stygis atraque Ditis
flumina tergeminosque mali custodis hiatus.
accipe commissum capiti decus, accipe laurus,
quas Erebo deferre nefas. nunc voce suprema,
si qua recessuro debetur gratia vati,
deceptum tibi, Phoebe, larem poenasque nefandae
coniugis et pulchrum nati commendo furorem.'
desiluit maerens lacrimasque avertit Apollo:
tunc vero ingemuit currusque orbique iugales.
non aliter caeco nocturni turbine Cori
scit peritura ratis, cum iam damnata sororis
igne Therapnaei fugerunt carbasa fratres.
  iamque recessurae paulatim horrescere terrae

---

789 *Serv.* Aen. 12, 151 sic Statius Apollinem inducit Amphiaraum deserentem, ubi eum vicinum morti esse cognovit (*versum ipsum add. Dresd.*) 791 *Prisc.* GL III 314, 14 Statius in VII (*var.* VIII) Thebaidos: 'non aliter .. chori .. ratis' pro: scit se perituram 792 *Myth.* Vatic. 3, 3, 8 inde est: cum iam .. Therapnarum .. fratres

---

777 Inperia f haud (*ex* aut **B**[1]) **BLb**[1]: aut **b**[1] *mg.* 779 chirree **P**: cyrrhae (e *suprascr.*) **b**[2] 781 morabere *ex* -bile **Q**[1] 782 Audeo (i *suprascr.*) **Q**[2] nam **N** rapidae **B**[1] *mg.* **ω**: trepidae **PB**[1] atraque **ω**: utraque **P** 784 lauros (v *suprascr.*) **L**[σ]: lauros **C**: laurum **b** 785 deferre *inter scribendum ex* defereba **B**[1] supprema **B**: suprema **bf** 786 voti (a *suprascr.*) **Q**[1] 787 nefanda **r** 788 pulcrum **P** 789 appollo **b** 790 corrusque (v *suprascr.*) **L**[σ] 791 caeco **Pω**: caelo *codd. Prisc.* chori **Pω** 792 Scit (sic ł est *suprascr.*) **P**[r] flammata **B**[1] *mg.* sororis (·s· helene *suprascr.*) **P**[r]**C** (stellae helenae *sscr.* **B**[1]) 793 therapnaei **Pω**: -arum *Myth.* fugerunt (i *suprascr.*) **P**[1]**f**[2] fratres (cas(tor) et pol(lux) *suprascr.*) **P**[r]**C**

summaque terga quati graviorque effervere pulvis
coeperat; inferno mugit iam murmure campus.
bella putant trepidi bellique hunc esse fragorem,
hortanturque gradus; alius tremor arma virosque
mirantesque inclinat equos; iam frondea nutant
culmina, iam muri, ripisque Ismenos apertis
effugit; exciderunt irae, nutantia figunt
tela solo, dubiasque vagi nituntur in hastas
comminus inque vicem viso pallore recedunt.
sic ubi navales miscet super aequora pugnas
contempto Bellona mari, si forte benigna
tempestas, sibi quisque cavent, ensesque recondit
mors alia, et socii pacem fecere timores.
talis erat campo belli fluitantis imago.
sive laborantes concepto flamine terrae
ventorum rabiem et clusum eiecere furorem,
exedit seu putre solum carpsitque terendo
unda latens, sive hac volventis machina caeli
incubuit, sive omne fretum Neptunia movit
cuspis et extremas gravius mare torsit in oras,
seu vati datus ille fragor, seu terra minata est

---

797 put(a)ent Q^1 bellisque r 798 Hortantur(que) P^1: -taturque b alius $P\omega$ (*scil. non belli*): altus ς *Heinsius* 800 Fulmina C muri ω: muris P hystmenos f 801 exciderunt BNb^1: -rant *ex* -runt P^1Q^1: -r(i)unt L^σ: -rant ω: -rint S: -r(a)int r 804 Siccubi b 805 Contem≡to PB^1: Contento Crb: Centeno L benigna $P\omega$ (*sc. quae bellum differat*): maligna (mal- *in ras.* B^1) BN: benigna (maligna) r: nigrabit *Phillimorius* 806 caveant L^σ: cavet NCfrμ recondunt Nς *Bentleius* 808 concepto≡ (-s) flammine L 810 ex L clusum $PBDK^1L$: cl(a)usum Q^1b^1: clausum ω ei(e)cere B^1 811 Ex≡edit B: Exedit L^σ car(p)sitque B^1 terendo (*ex* fer- $B^1\nu^1$) $B\mu\nu$: ferendo (*ex* ter- rC^1) $P\omega$ 812 hac ((h)ac f^1) ω: *ex* has P^r: *ex* hoc Q^1: hoc D 814 gravius L^σ (o)aras b^2

fratribus: ecce alte praeceps humus ore profundo
dissilit, inque vicem timuerunt sidera et umbrae.
illum ingens haurit specus et transire parantis
mergit equos; non arma manu, non frena remisit:
sicut erat, rectos defert in Tartara currus
respexitque cadens caelum campumque coire
ingemuit, donec levior distantia rursus
miscuit arva tremor lucemque exclusit Averno.

---

816 sq. *cf. Serv.* Aen. 8, 297 alii pueriliter volunt a Cerbero Amphiarai ossa consumi, qui hiatu terrae secundum Statium descendit ad inferos. *cf.* etiam *Schol.* Ov. Ib. 354 *et* 443

---

816 ≣ore (h) **L** 818 haudrit ν^1 parantes **P** 823 arva (v *in ras.*) **f** exclusit ω: excusit **P** STATIUS THEB̃ LIB̃ VII EXPLICIT · | INCIPIT LIBER VIII · **P**

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER VIII.

Ut subitus vates pallentibus incidit umbris
letiferasque domos regisque arcana sepulti
rupit et armato turbavit funere manes,
horror habet cunctos, Stygiis mirantur in oris
tela et equos corpusque novum; nec enim ignibus artus
conditus aut maesta niger adventabat ab urna,
sed belli sudore calens, clipeumque cruentis
roribus et scissi respersus pulvere campi.
necdum illum aut trunca lustraverat obvia taxo
Eumenis, aut furvo Proserpina poste notarat
coetibus adsumptum functis; quin comminus ipsa
Fatorum deprensa colus, visoque paventis
augure tunc demum rumpebant stamina Parcae.
illum et securi circumspexere fragorem
Elysii, et si quos procul ulteriore barathro

8, 2 regisque **P**: orbisque *ω*; *illud Garrodius ex glossa* regionis *ortum esse suspicatur* 4 horis **Mf** 5 ignibus *ex* a- **Q**[1] artus (ł atris) *μ*[2]: atris (ł artus) **Q**[2]: atris **N** 8 scisst (i) **P**[1]: scissi (-s) **b** 9 lustraverataxo (obvia) **P**[1] lustrarat **N** 10 furvo *ω*: fulvo **PS** notarat *ex* -ret **B**[1]: notavit **C** 11 assumptum **P** 12 paventes **P** 13 tunc **P**: tum *ω* 14 fragorem (ł furorem) **L**[σ] 15 et *om.* **L**[1], -que *add.* **L**[σ] ulteriore **P**: inferiore *ω* balathro (r) **P**[1]

altera nox aliisque gravat plaga caeca tenebris.
tunc regemunt pigrique lacus ustaeque paludes,
umbriferaeque fremit sulcator pallidus undae
dissiluisse novo penitus telluris hiatu
Tartara et admissos non per sua flumina manes.
forte sedens media regni infelicis in arce
dux Erebi populos poscebat crimina vitae,
nil hominum miserans iratusque omnibus umbris.
stant Furiae circum variaeque ex ordine Mortes,
saevaque multisonas exertat Poena catenas;
Fata serunt animas et eodem pollice damnant:
vincit opus. iuxta Minos cum fratre verendo
iura bonus meliora monet regemque cruentum
temperat; adsistunt lacrimis atque igne tumentes
Cocytos Phlegethonque, et Styx periuria divum
arguit. ille autem supera conpage soluta
nec solitus sentire metus expavit oborta
sidera, iucundaque offensus luce profatur:

TESTIMONIA 21 sq. *cf. Serv.* Aen. 3, 214 nec saevior ulla pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis: ut Poena in Statio
26 Σ 8, 91 idem supra: fata ferunt (serunt P[a] P[b]) animas
30 *Serv.* Aen. 6, 565 fertur namque ab Orpheo quod dii peierantes per Stygem paludem novem annorum spatio puniuntur in Tartaro. unde ait Statius: et Styx .. arguit

---

16 altisque *ex* aliis- μ[2] tenebris *ex* -as Q[1] 17 ustaeque PΣ: vastaeque (al ustae B[1] *mg.*) ω 18 Imbriferaeque N gemit (fr *supra*) P[1]: tremit *Peyraredus, sed* pallidus *non timorem indicat, verum colorem inferorum* undae ω: umbrae P (*ex initio versus*) 19 hiato f 21 in media L[σ] 22 herebi Q 23 Nihil (e *supra*) B[1] miserans (e *supra*) Q[1] 25 multisonas ω: -ans P: -a..s f exertat P: exercet ω catenas (rvas *supra*) D: catervas N 26 serunt PNrν: ferunt ω damnat (n *supra*) P[1] 27 Vicit N minois f 28 movet r: -vet (net *supra*) D 30 plegetonque (h *supra*) P[1]: plegetonque Q: phlegentonque bf 31 compage P 32 solitus ω: -tos P abhorta (o *supra*) B[1]: ab orta Qr 33 iocundaque P

'quae superum labes inimicum inpegit Averno
aethera? quis rupit tenebras vitaeque silentis
admonet? unde minae? uter haec mihi proelia fratrum?
congredior, pereant agedum discrimina rerum.
nam cui dulce magis? magno me tertia victum
deiecit Fortuna polo, mundumque nocentem
servo: nec iste meus dirisque en pervius astris
inspicitur. tumidusne meas regnator Olympi
explorat vires? habeo iam quassa Gigantum
vincula et aetherium cupidos exire sub axem
Titanas miserumque patrem: quid me otia maesta
saevus et inplacidam prohibet perferre quietem
amissumque odisse diem? pandam omnia regna,
si placet, et Stygio praetexam Hyperiona caelo.
Arcada nec superis — quid enim mihi nuntius ambas
itque reditque domos? — emittam et utrumque tenebo
Tyndariden. cur autem avidis Ixiona frango
verticibus? cur non expectant Tantalon undae?
anne profanatum totiens chaos hospite vivo
perpetiar? me Pirithoi temerarius ardor
temptat et audaci Theseus iuratus amico,
me ferus Alcides, tunc cum custode remoto
ferrea Cerbereae tacuerunt limina portae;

---

34 impegit **P** 35 rumpit *ν* silentis *ex* -es **P**[1]: -ti[illegible] (s) **Q** 36 Admovet **rbμ**: Amovet **N**: A[illegible]monet **Q** minae *ω*: mina **P**: minas *Baehrens*, *cf.* *3, 710* uter **P***ω*: unde **C** mihi **P***ω*: in **f** 37 Congreditur (-itur *in ras.* **f**[2]) **f** 39 iacentem (ł nocentem) **Q**[1]: nocentum **D**ς *Imhofius* 40 nunc *ex* nec **P**[r] -que *om.* **DN** en *ω*: in **P** diris quin pervius *Garrodius* 41 Inspici~~mur~~ (tur) **P**[r]; *an* inspicimur. *puncto post* astris *posito?* 44 me otia **P***ω*: moenia **b** 45 implacidus **D** 46 *om.* **μ**[1], *add.* **μ**[2] *mg.* odisse **Q**[1] *in ras.* pandam *ex* -um **f**[1] horrida *vel* invia *Marklandus ad Silv. 4, 1, 14* 47 praetexam *ω*: praetextam **P** yperiona **b** 48 Arcada nec **PD**: Arcadan et (et *s. l.* **b**[2]: e[illegible] **Q**) *ω*: Accedam et **LC** nuncibus **Q**[1] ambos **L** 49 domos *ω*: domus **P** et *om.* **N** 50 yxona **b** 51 expectent **C** 52 cahos **b** 55 halcides **Q** tunc *ω*: tum **P** 56 tacuerunt **P**: patuerunt (par- **D**) *ω*

Odrysiis etiam pudet heu! patuisse querellis
Tartara: vidi egomet blanda inter carmina turpes
Eumenidum lacrimas iterataque pensa Sororum;
me quoque — sed durae melior violentia legis.
ast ego vix unum, nec celsa ad sidera, furto
ausus iter Siculo rapui conubia campo:
nec licuisse ferunt; iniustaeque a Iove leges
protinus, et sectum genetrix mihi conputat annum.
sed quid ego haec? i, Tartareas ulciscere sedes,
Tisiphone; si quando novis asperrima monstris,
triste, insuetum, ingens, quod nondum viderit aether,
ede nefas, quod mirer ego invideantque Sorores.
atque adeo fratres — nostrique haec omina sunto
prima odii —, fratres alterna in vulnera laeto
Marte ruant; sit, qui rabidarum more ferarum
mandat atrox hostile caput, quique igne supremo
arceat exanimis et manibus aethera nudis
commaculet: iuvet ista ferum spectare Tonantem.
praeterea ne sola furor mea regna lacessat,
quaere deis qui bella ferat, qui fulminis ignes
infestumque Iovem clipeo fumante repellat.

---

65 Σ 11, 76 supra irascentis Ditis verba ad Furiam haec fuerant: sed . . . i Tartareas (ita caras **LP**[a]: inter tartareas **P**[b]) . . Tisiphone

---

57 Othrysiis **L** 58 -met *om.* **C** 59 it[er]ataque **B**[1]: ira[te]taque **Q**[2]: itera[ta]que **f**[1] 60 vi[o]lentia **f** 61 celso sidere **C** ad *om.* **B**[1]**Lf**, *add.* **B**[3] 63 a **P**: ab *ω*, *cf. 4, 848 Silv. 1 praef. 23* leges *ex* -is **L**[σ] 64 et *om.* **N** secto[v̄] **M**[1] genitrix **P** 65 i **PQN**[2]: ita *ω* 66 Tesi- **MQ** asper[ri]ma **P**[1]: asper[r]ima **L**[σ] 67 viderit *ex* -rat **Q**[1] 68 mirer *ex* -or **Q**[1] 69 Usque **B**[1] (*sed* Atque adeo fratres **B**[1] *mg.*): Usque [ł atque] **Q**[2]**b**[1]: Atque [ł usque] **r** nostrique **P**ς: nostrisque (-is **DC**) *ω* omina *ω*: omnia **PLf** *post* 69 *in* **K** *iterantur* 42—69 70 odii **P**ς: odiis *ω* 71 rapidarum **Qfr** 72 Manda[e]t **P**[r]: Mandit **Q** suppremo **Bb**[1] 74 Comma‖culet **B** 76 de‖is **N** 77 clipeo *ex* cle- **P**[1] repellit **C**

faxo hau sit cunctis levior metus atra movere
Tartara, frondenti quam iungere Pelion Ossae.'
dixerat; atque illi iamdudum regia tristis
attremit oranti, suaque et quae desuper urguet
nutabat tellus: non fortius aethera vultu
torquet et astriferos inclinat Iuppiter axes.
'at tibi quos' inquit, 'manes, qui limite praeceps
non licito per inane ruis?' subit ille minantem
iam tenuis visu, iam vanescentibus armis,
iam pedes: extincto tamen interceptus in ore
augurii perdurat honos, obscuraque fronti
vitta manet, ramumque tenet morientis olivae.
'si licet et sanctis hic ora resolvere fas est
manibus, o cunctis finitor maxime rerum,
at mihi, qui quondam causas elementaque noram,
et sator, oro, minas stimulataque corda remulce,
neve ira dignare hominem et tua iura timentem,
nam nec ad Herculeos — unde haec mihi proelia? — raptus,
nec Venerem inlicitam — crede his insignibus — ausi
intramus Lethen: fugiat ne tristis in antrum
Cerberus, aut nostros timeat Proserpina currus.
augur Apollineis modo dilectissimus aris,

---

91 *Serv.* Aen. 6, 289 dictum esse omnium rerum ideas quasdam id est imagines, ad quarum similitudinem procreantur universa. hinc est quod in Statio Amphiaraus (*var.* Thiodamas) Plutoni dicit: omnibus finitor rerum esse videris, mihi vero et sator. *cf. Myth.* Vatic. 3, 6, 1

---

78 ^{h}ausit **v**^{2}: haud sit **P**ω, *cf. 1, 285* 82 Nutavit **C** fortius *inter scribendum ex* -as **f**^{1} 84 Et **Q** 86 tenuis *ex* -es **P**^{1} 86—145 *folio inserto suppleti in* **Q** *saec XIII/XIV* 87 interceptus **P**ω: indecerptus *Barthius*, *quod recipiendum esset, nisi vitta obscura diceretur v. 88* 89 Vi^{t}ta **P**^{1}**f**^{1} 90 Scilicet **B**^{3}**Nf**: S≣i l. **C** 92 condam **r** 93 ora **r** 95 *om.* **v**^{1}, *add.* **v**^{2} *mg.* proelia **P**: pectora ω: taenia *Garrodius* raptus *ex* -ta **B**^{3} 96 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**^{1} *mg.* Nec (-ec *in ras.*) **v**^{2} hausi (h- del. **B**^{3}) **Bf** 97 ne **P**: nec ω

testor inane chaos — quid enim hic iurandus Apollo? —,
crimine non ullo subeo nova fata, nec alma
sic merui de luce rapi; scit iudicis urna
Dictaei verumque potest deprendere Minos.
coniugis insidiis et iniquo venditus auro
Argolicas acies — unde haec tibi turba recentum
umbrarum, et nostrae veniunt quoque funera dextrae —
non ignarus ini: subito me turbine mundi —
horret adhuc animus — mediis e milibus hausit
nox tua. quae mihi mens, dum per cava viscera terrae
vado diu pendens et in aere volvor operto?
ei mihi! nil ex me sociis patriaeque relictum,
vel captum Thebis; iam non Lernaea videbo
tecta, nec attonito saltem cinis ibo parenti.
non tumulo, non igne miser lacrimisque meorum
productus, toto pariter tibi funere veni,
nil istis ausurus equis; nec deprecor umbram
accipere et tripodum iam non meminisse meorum.
nam tibi praesagi quis iam super auguris usus,
cum Parcae tua iussa trahant? sed pectora flectas
et melior sis, quaeso, deis. si quando nefanda
huc aderit coniunx, illi funesta reserva
supplicia: illa tua, rector bone, dignior ira.'
accipit ille preces indignaturque moveri.

---

120 *Prisc.* GL II 86, 10 (*propter ablativum comparationis*) Statius in VIII: 'et melior sis, quaeso, deis' Amphiaraus dicit ad Plutonem

---

100 cahos **M**: caos b quid *ex* quod f[1] 101 non(n)ullo (n) b 103 dependere (r) ν^2 106 funere **C** dextrae ω: -tra **P** 107 inii **Pb**: *ex* ini L^{σ} 108 e *in ras.* (a) b[1] 110 operto ω: aperto **PSLCf**ς 112 iam non **P**ς: non iam ω 114 *om.* μ^1, *add.* μ^2 *mg.* igne ω: ipse **P** 116 umquam (umbram) r 117 at (u) b[1] 118 Iam μr 121 ad(h)erit (h) b 123 praeceps (-p- *del.* P[1]) P morieri (n) P[1]

ut leo Massyli cum lux stetit obvia ferri,
tunc iras, tunc arma citat; si decidit hostis,
ire supra satis est vitamque relinquere victo.
    interea vittis lauruque insignis opima
currus et egregiis modo formidatus in armis
luce palam, fusus nulli nullique fugatus,
quaeritur: absistunt turmae, suspectaque tellus
omnibus, infidi miles vestigia campi
circumit, atque avidae tristis locus ille ruinae
cessat et inferni vitatur honore sepulcri.
nuntius hortanti diversa in parte maniplos
Adrasto, vix ipse ratus vidisse, Palaemon
advolat et trepidans — steterat nam forte cadenti
proximus inspectoque miser pallebat hiatu —
'verte gradum, fuge, rector' ait, 'si Dorica saltem
terra loco patriaeque manent, ubi liquimus, arces.
non armis, non sanguine opus: quid inutile ferrum
stringimus in Thebas? currus humus inpia sorbet
armaque bellantesque viros; fugere ecce videtur
hic etiam, quo stamus, ager. vidi ipse profundae
noctis iter ruptaque soli conpage ruentem
illum heu, praesagis quo nullus amicior astris,
Oecliden, frustraque manus cum voce tetendi.

---

124 massyli **ω**: -lii **P**, *cf. 2, 676. 5, 332. 11, 27 Silv. 2, 5, 8. 3, 3, 94* massilicus lux (cum *supra*) **L**$^{\sigma}$ 125 iras **ω**: ira **P** 126 super *ex* supra **μ** 127—9, 230 *desunt in* **K** 127 victis **P** lauruque (-ru- *in ras.* **L**)**ω**: lauroque **PCf**[2] **ς**, *cf. ad 3, 105* 128 [e]gregiis **f** 129 nulli **ω**: media **P** nulli fusus **r** 130 obsistunt **MNC** 133 honore (*ex* -ret **P**[1]) sepulchri **P** 134 imparte **b** 135 ra▒tus (-s-*?*) **P** palaemon **ω**: pil- **P**: palaemon (phil *supra*) **D**, *an* Philaemon, *ut a Palaemone Thebano distinguatur?* 136 Avolat **M**[1] 138 gradum **ω**: fugam **P** recto **f** 139 manent *om.* **B**[1]**LMf**[1]**b**, *add.* **B**[3]**b**[1]**f**[r] maneant patriaeque **C** ut **r** linquimus **C** 141 inpia (m *supra*) **P**[1] sorbet *ex* sordet **M**[1] 143 in quo **N** profanae (ł profundae *supra*) **D** 144 compage **P** 146 Ocliden **f** tetendi **BQ**[1]**Cf**: tetendit **Pω** (*ex Verg. Aen. 2, 688*). *illud recte*

mira loquor, sulcos etiamnum rector equorum
fumantemque locum et spumis madida arva reliquit.
nec commune malum est: tellus agnoscit alumnos,
stat Thebana acies.' stupet haec et credere Adrastus
cunctatur; sed Mopsus idem trepidusque ferebat
Actor idem. nam fama novis terroribus audax
non unum cecidisse refert. sponte agmina retro
non expectato revocantum more tubarum
praecipitant: sed torpet iter, falluntque ruentis
genua viros; ipsique — putes sensisse — repugnant
cornipedes nulloque truces hortamine parent,
nec celerare gradum nec tollere lumina terra.
fortius incursant Tyrii, sed Vesper opacus
lunares iam ducit equos; data foedere parvo
maesta viris requies et nox auctura timores.
quae tibi nunc facies, postquam permissa gemendi
copia! qui fletus galeis cecidere solutis!

---

defendit Imhofius: manus cum voce *nempe ut auxilium aut ferrem aut arcesserem, at Amphiaraus prudens sciensque obit nec inanibus precibus deos implorat. contra in defendenda prima persona* reliqui (*v. 148*) *Imhofio non accedo* 148 lacum *Gronovius* arva (*add.* f[2] *inter lin.*) ω: ora **P** reliquit **PML**$^{\sigma}$ς: reliqui ω 150 stubet f 151 mobsus **M** trepidasque (v *supra* a) **Q**[1] 152 Actor (Autor **S**) idem **M**[1]**SB**[3]**Q**[2]rb**μν**: Actorides **PM**$^{\sigma}$**B**[1]**Q**[1]ω nam **P**ω: iam *Sandstroemius 1878 p. 54 vi particulae* nam *non intellecta quam illustravit Vahlenus, Ind. lect. Berol. 1883/4 de Suet. vit. Ter. p. 30, 1 Reiff.* 153 agmina *ex* -ne **Q**[1] 154 revocantem (v *supra* e) **Q**[1]: -catum **PC** more *'suspicandum' videtur Garrodio iniuria. intellego: non exspectato signo tubarum usitato. utique autem a sensu alienum, quod ille coniecit* -ta remorantum voce tubarum (tu≣b- f) ω: ferarum **P**, *cf. 8, 71 al.* 155 Praecipitan[t] **P**[1] iorpet (t *supra* i) **P**[1]: torquet *ex* torpet **μ**[2] 156 Genua *ex* C- **P**[1] ipsique (ipsos *supra*) **D** sensisse (-se *in ras.*) **B**[1] repugnant **Pb**: ruuntque ω: ruuntque (repugnant *supra*) **D** 158 celare (er *supra*) b[1]: celeare (r *supra*) **Q**[1]: celare **N** 160 foederae *ex* -ra **B**[3]f[1]: -ra (*ex* -re **Q**[2]) **NQC** 161 et nox . . . facies *om.* **ν**[1], *add.* **ν**[2] *mg.* 162 sibi **C** nunc **Prμ**: tunc (*ex* n- **Q**[2]f[1]) ω 163 solatis (v *supra* a) **Q**[1]

nil solitum fessos iuvat; abiecere madentes,
sicut erant, clipeos, nec quisquam spicula tersit,
nec laudavit equum, nitidae nec cassidis altam
compsit adornavitque iubam; vix magna lavare
vulnera et efflantes libet internectere plagas:
tantus ubique dolor. mensas alimentaque bello
debita nec pugnae suasit timor: omnia laudes,
Amphiarae, tuas fecundaque pectora veri
commemorant lacrimis, et per tentoria sermo
unus: abisse deos dilapsaque numina castris.
'heu ubi laurigeri currus sollemniaque arma
et galeae vittatus apex? hoc antra lacusque
Castalii tripodumque fides? sic gratus Apollo?
quis mihi sidereos lapsus mentemque sinistri
fulguris, aut caesis saliat quod numen in extis,
quando iter, unde morae, quae saevis utilis armis,
quae pacem magis hora velit? quis iam omne futurum
proferet, aut cum quo volucres mea fata loquentur?
hos quoque bellorum casus nobisque tibique
praescieras, et — quanta sacro sub pectore virtus! —
venisti tamen et miseris comes additus armis.
et cum te tellus fatalisque hora vocaret,
tu Tyrias acies adversaque signa vacasti
sternere; tunc etiam media de morte timendum
hostibus infestaque abeuntem vidimus hasta.

---

164 Nihil P[1] 167 *post* 168 P Compsit (ł pressit) L[1] adornavitque ω: adora- P lenare (lavare) Q[2]: lavere C: levare ς 168 et *om.* P 170 sausit Q nunc (*i.* non *ex* nunc) b[1] laudes *ex* -dis b[1] 171 Amphiare PS[1]b[1]μf 173 dilapsaque ω: de- P 174 Heu ω: Heus PB 175 hoc (hoc *in* haec *mutavit et* hoc *restituit* μ[1]) Pω: haec ς *Gevartius* 178 caecis rς 179 undae P[1] sevis Q annis (r) b[1] 180 ora M[1]: ora C: hora *ex* ore Q[2] 181 Proferat (e) L[1] 182 Nos C 183 sup- pectore b 185 vocaret (a) B 186 adversaque ω: av- PS[1] vacasti ω: voc- PQNfμ: vocasti (ł vacasti) M[1]: vacasti (vocasti) D 188 hastam b

et nunc te quis casus habet? poterisne reverti
sedibus a Stygiis altaque erumpere terra?
anne sedes hilaris iuxta tua numina Parcas
et vice concordi discis ventura docesque?
an tibi felices lucos miseratus Averni
rector et Elysias dedit inservare volucres?
quidquid es, aeternus Phoebo dolor et nova clades
semper eris mutisque diu plorabere Delphis.
hic Tenedon Chrysenque dies partuque ligatam
Delon et intonsi cludet penetralia Branchi,
nec Clarias hac luce fores Didymaeaque quisquam
limina nec Lyciam supplex consultor adibit.
quin et cornigeri vatis nemus atque Molosso
quercus anhela Iovi Troianaque Thymbra tacebit.
ipsi amnes ipsaeque volent arescere laurus,
ipse nihil certum sagis clangoribus aether
praecinet, et nulla ferientur ab alite nubes.

---

199 *Serv.* Aen. 3, 360 cla (*in voce* Clarius) brevis invenitur, ut Statius: nec Clarias .. quisquam

---

190 altaque **P**: aliaque *ω* *Handius* 191 hilaris *ω*: -res **P** carmina **C** 192 v(i)oce **b**[1] discis *ex* -it **L**[1] venturaque docesque **C** 194 insinuare **C** 195 aeternum **f** phoebi **Dr** dolor et *ω*: dolore **P** 196 mutisque *ω*: multis- **P** plorabere *ex* -vere **P**[1]: plorabile **f** (*cf. 7, 781*) 197 tenodon **P**: denidon *μ* chrisenque **P**: chrysamque **BQ**: cyrrhamque (*vel* ci-, *in lac.* **L**[σ]) *ω*. *cf. Ov. Met. 13, 174* tene]d(o)≡n delp(hosque) **b**[2] *in lac.* 198 cl(a)udet **b**[2]: claudet **Cf***μ* 199 clar(o)is **P**[1] 200 lyciam supplex **P**: supplex lyciam *ω* adibit *ex* -at **Q**[1] 201 mollosso **B**: moloso *ν*: molossi *ς* 202 iovi **Pf**: iovis (-vi≡ *ν*) *ω* thybra **P**: th(r)≡ımba **B**[3]: templa *μ* tacebunt *μ* 203 ipsaeque volent (va- **C**) *ω*: ipsaeque viae mallent (*ex* molent **P**[1]) **P**: ipsae malent *Postgatius*; *tamen comparativa notio non apta. lectio codicis* **P** *nata videtur ex hac fere imagine* (ł vo) molent 204 sagis *ω*: sacis **S**: sacris **P** aether *ω*: a≡ther (l) **P** (E ∼ L) 205 e(t)i **B**[3]

iamque erit ille dies, quo te quoque conscia fatis
templa colant reddatque tuus responsa sacerdos.'
talia fatidico peragunt sollemnia regi,
ceu flammas ac dona rogo tristesque rependant
exequias mollique animam tellure reponant.
fracta dehinc cunctis aversaque pectora bello.
sic fortes Minyas subito cum funere Tiphys
destituit, non arma sequi, non ferre videtur
remus aquas, ipsique minus iam ducere venti.
iam fessi gemitus, paulatim et corda levavit
exhaustus sermone dolor, nox addita curas
obruit et facilis lacrimis inrepere somnus.
  at non Sidoniam diversa in parte per urbem
nox eadem: vario producunt sidera ludo
ante domos intraque, ipsaeque ad moenia marcent
excubiae; gemina aera sonant Idaeaque terga
et moderata sonum vario spiramine buxus.
tunc dulces superos atque omne ex ordine alumnum
numen ubique sacri resonant paeanes, ubique
serta coronatumque merum. nunc funera rident
auguris ignari, contraque in tempore certant
Tiresian laudare suum; nunc facta revolvunt
maiorum veteresque canunt ab origine Thebas:

---

206 fatis **P**ς: fati *ω* 207 vocant **r**: colent **DN** (colent *supra*) reddantque **P**[1]: redda▒tque *μ*: reddetque **DC***ν*[1] 209 dona *ex* -no **f** 211 adversaque **r** 212 minas **f** funere *ex* m- **M**[1] 215 fessi gemitus *Klotzius*: fessi gemitu▒ (-s) **P**: fessis (-s *add.* *ν*[2]) gemitu *ω* et **P**: ▒ *μν*: *om.* *ω* levavit **P**: levabat *ω* 216 Exaustus (h *supra*) **P**[1] nox **PD**: noxque *ω* 218 At ▒ (si) **b** 219 sydere **C** 220 arcent (m *supra*) **f**[1] 222 spiramine buxus *in ras.* (*fuit* producunt sidera ludo *v. 219*) *μ* 223 omne *ω*: omni **P**: omnem **D** somnum **r** 224 paenes (a *supra*) **b**[1] 225 nunc *ex* tunc **Q**[2] 226 econtraque **C***μ* pectore (tempore *supra*) **LD**: tempore (ł pectore *supra*) **M**[σ]: pectore **r***μ* 227 Tiresian **P**: -am *ω* ṇc (n *supra*) *ν*[2] facta (*ex* -to **L**[σ]) *ω*: fata (c *supra*) **Q**[1]: facta *ex* faeta **b**[1]: fata **Pr***μν*

hi mare Sidonium manibusque adtrita Tonantis
cornua et ingenti sulcatum Nerea tauro,
hi Cadmum lassamque bovem fetosque cruenti
Martis agros, alii Tyriam reptantia saxa
ad chelyn et duras animantem Amphiona cautes,
hi gravidam Semelen, illi Cythereia laudant
conubia et multa deductam lampade fratrum
Harmoniam: nullis deest sua fabula mensis.
ceu modo gemmiferum thyrso populatus Hydaspen
Eoasque domos nigri vexilla triumphi
Liber et ignotos populis ostenderet Indos.
  tunc primum ad coetus sociaeque ad foedera mensae
semper inaspectum diraque in sede latentem
Oedipoden exisse ferunt vultuque sereno
canitiem nigram squalore et sordida fusis
ora comis laxasse manu sociumque benignos
adfatus et abacta prius solacia passum,
quin hausisse dapes insiccatumque cruorem
deiecisse genis. cunctos auditque refertque,
qui Ditem et Furias tantum et si quando regentem

---

229 attrita **P** Tonanti *Ellisius* 230 ingenti$^{\text{ł magno}}$ **L**$^{\sigma}$: $^{\text{in}}$miti **b**^{1}: inmiti **r**: mugitu **N** 231 Hic μ cadmun **f** fetosque ω: flectosque **P**^{1}: factosque **r**: fretosque **B** 232 r$\overset{e}{\text{a}}$ptantia **b**^{1}: rap- **r** 233 anphiona **P** 234 Hi ω: Hic **PB** gravidam *ex* -um **L**^{1} semelen (s- *in ras., fuit* th-) **b**: themelen$^{\text{ł sem}}$ **r** illi≡ (-c) μ 235 deductam *ex* -um **f**^{1} 236 Harmoniam **PQ**^{1}**r**: Harmon$\overset{i}{\text{≡}}$am (Haer- *ex* Har- **M**^{1}: Ar- **L**) **B**^{1}**M**^{1}**L**$^{\sigma}$: Hermionam ω deest **P**ω: -que deest **Cfb**^{1}ς: iam deest **D**: defit *Baehrens vocabulo non Statiano*: deses *Unger 1868 p. 255*: non est *Ellisius* deest sua- ⟨vis⟩ *Garrodius*, *sed* sua *necessarium.* de- *produci apud Statium satis superque demonstratur praeter hunc locum locis 10, 236. 11, 276*; dēire *2, 551* prāeire *6, 519*

237 hidaspē **P** 238 E$\overset{a}{\text{o}}$sque **Q**^{1} trihumphi **b** 239 populis *ex*-os **Q**^{1} ostenderit **b** 240 Tunc **Prb**: Tum ω ad *om.* **BQCf**: et **r** foedera ω: sidera **P** 242 Oedipode nexisse **Q**^{1} 243 nigra **N** sualore (-u- *in ras.* **L**^{1}, -c-?) **Lf** 246 hausisse *ex* haur- **b**^{1} 247 Deiecisse *ex* Deger- **M**^{1} cunctosque **C**

Antigonen maestis solitus pulsare querellis.
causa latet. non hunc Tyrii fors prospera belli,
tantum bella iuvant; natum hortaturque probatque,
nec vicisse velit; sed primos comminus enses
et sceleris tacito rimatur semina voto.
inde epulae dulces ignotaque gaudia vultu.
qualis post longae Phineus ieiunia poenae,
nil stridere domi volucres ut sensit abactas —
necdum tota fides —, hilaris mensasque torosque
nec turbata feris tractavit pocula pinnis.
  cetera Graiorum curis armisque iacebat
fessa cohors; alto castrorum ex aggere Adrastus
laetificos tenui captabat corde tumultus,
quamquam aeger senio, sed agit miseranda potestas
invigilare malis. illum aereus undique clamor
Thebanique urunt sonitus, et amara lacessit
tibia, tum nimio voces marcore superbae
incertaeque faces et iam male pervigil ignis.
sic ubi per fluctus uno ratis obruta somno

---

256 *Prisc.* GL II 521, 13 Statius vero eandem productam protulit in VIII: nil stridēre domi

---

249 solit$\overset{v}{i}$s **P**^{1} 250 non *ex* nunc **b**^{1} fors **P***ω*: sors **Bf***μ* 251 Quantum (Tantum *scribi voluit* **L**^{1}, *nam* Qu *addidit* **L**$^\sigma$, *non solum* Q) **ML**$^\sigma$**DN**: $\overset{+Q}{\text{Tantum}}$ **r** ortatur *ex* oria- **P**^{1} 252 Ne **D***μ* 253 sceleris **P**ς: scelerum *ω* miratur *Ellisius* semina *Σω*: pector$\overset{a}{e}$ **P**^{1}; pectore vota *Garrodius parum apte*; *idem errat, cum Σ* momina *legisse suspicatur* 254 duces **C** ignoraque *ν* vultus **Nr** 255 ieiu[illegible]na (g) **b** phoenae **P**^{1}: [illegible] (phene?) **B** 256 volucresque (-que *del.* **L**^{1}) **BQLDCfr***ν* ut **PD**: et (*in ras.* *μ*^{1}) *ω* abactis **f** 257 t$\overset{u}{o}$ta **r**: tuta **C** hilar$\overset{i}{e}$s **P**^{1} $\overset{h}{t}$or$\overset{o}{a}$sque **f**^{2} 257 pennis (*ex* pi- **M**$^\sigma$**Q**^{2}) **MQb** 261 tenuis **C** 262 Quanquam **P** 263 illum *ω*: ille **P** 264 urunt (u[illegible]runt *μ*) *ω*: ruunt **P** lacessit *ex* le- **B**^{1} 265 tum *ω*: tunc **P** mar$\overset{c}{g}$ore **P**^{1} 267 uno **P***ω*: imo **C** *Weber* obruta *ω*: obvia **P**

conticuit, tantique maris secura iuventus
mandavere animas: solus stat puppe magister
pervigil inscriptaque deus qui navigat alno.
 tempus erat, iunctos cum iam soror ignea Phoebi
sensit equos penitusque cavam sub luce parata
Oceani mugire domum, seseque vagantem
colligit et leviter moto fugat astra flagello:
concilium rex triste vocat, quaeruntque gementes,
quis tripodas successor agat, quo provida laurus
transeat atque orbum vittae decus. haud mora, cuncti
insignem fama sanctoque Melampode cretum
Thiodamanta volunt, quicum ipse arcana deorum
partiri et visas uni sociare solebat
Amphiaraus aves, tantaeque haud invidus artis
gaudebat dici similem iuxtaque secundum.
illum ingens confundit honos inopinaque turbat
gloria et oblatas frondes submissus adorat,
seque oneri negat esse parem cogique meretur.
sicut Achaemenius solium gentesque paternas
excepit si forte puer, cui vivere patrem
tutius, incerta formidine gaudia librat,
an fidi proceres, ne pugnet volgus habenis,

---

268 tantique **P**ω: tutique *Baehrens*: pacique *Postgatius*: fideique *Imhofius* maris **P**ω: mali *Sandstroemius 1878 p. 54* 269 Mandavere *scil. somno* 270 inscriptaque ω: scriptaque **P** (*i.* iscr-) 271 phoebi *ex* -o **f**[1]: phoebo **B** 272 Sensit **P**ς (*antequam colligit et fugat*): Sentit ω cava▒ . . para-
ł peracta
tam **Q** parata **r** 275 leviter moto **P**: moto leviter ω 276 provida *Peyraredus*: prodigia **P**: prodita (per- b) ω *fortasse*
t
recte, ut synonymum vocis orbum 277 vite **M**[1]**Q**[2]: vitae **C**:
vitte
vate **N**[r] aut **B** 278 [m]elampode **B**[3]: melampade (me l. **M**)
n o
QMf 279 Thiodamata **f** quịcum **f**[2]: quocum **C**: cum quo **b** archana **P** 281 haud *ex* aut **B**[1] 282 similem *ex* -ens **P**[1] 284 summissus **P** 285 ƀoneri **L**[1]: honeri **b** 286 achemo-
e
nius **P**: achamenius **B**[1]: acham- **L** 288 //librat //gaudia **P**[1]
v
289 ne **P**ω: an **D** volgus **L**: volgus **B**[1]: vulgus **P**: vultgus **b**

cui latus Euphratae, cui Caspia limina mandet,
sumere tunc arcus ipsumque onerare veretur
patris equum, visusque sibi nec sceptra capaci
sustentare manu nec adhuc inplere tiaran.
atque is ubi intorto signatus vellere crinem
convenitque deis, hilari per castra tumultu
vadit ovans ac, prima sui documenta, sacerdos
Tellurem placare parat: nec futile maestis
id visum Danais. geminas ergo ilicet aras
arboribus vivis et adulto caespite texi
imperat, innumerosque deae, sua munera, flores
et cumulos frugum et quicquid novat inpiger annus,
addit et intacto spargens altaria lacte
incipit: 'o hominum divomque aeterna creatrix,
quae fluvios silvasque animarum et semina mundo
cuncta Promethiasque manus Pyrrhaeaque saxa
gignis, et inpastis quae prima alimenta dedisti
mutatisque viris, quae pontum ambisque vehisque:
te penes et pecudum gens mitis et ira ferarum
et volucrum requies; firmum atque inmobile mundi
robur inoccidui, te velox machina caeli

290 ≡eupphariae (h-) (farie) **μ**: eufratie **D**: eufarie **N** caspia *ex* cu- **L**^{1} 291 Summere **BQ** honerare **Bb** veretur (*ex* vid- **Q**^{2}) **ω**: videtur **P** 292 ṭibi (s) **P**^{1}: ipsi **r** ne **C** 293 implere **P** tiaram **P**: tiharam **b** 294 inorto (t) **f**^{2} signatus *Imhofius*: signatur **P**: -avit **ω** 295 de≡is (h) **b**: deis *ex* dies **L**$^{\sigma}$ 297 pla≡care **B** futtile **B**: inutile *in ras.* **μ**^{1} 299 Arboribus *ex* Arv- **P**^{1} ad≡ulto (h) **B** texi **ω**: texti **P**: tecti (texi) **Q** 300 munera **ω**: numina **P** 301 cumulos **ω**: tumulos **P** quitquid **P** inpiger **P**: integer **ω** 302 spargens *ex* -cens **P**^{1} 303 divomque (v) **B**: divumque **P** 304 mundo **PQ**^{1}**ν**^{2}: mundi **ω** 307 Mutatisque **f**: Multatisque **P**: Mutastique (-ti≡- **B**: Muṭt- (l) **S**: *ex* Mult- **N**^{2}) **ω**: Muta≡ti(s)que **μ**^{2} viris (*ex* -os **b**^{1}**μ**^{2}**ν**^{2}) **Pfbμν**: vires **BL**: -ṛes (o) **M**$^{\sigma}$**Q**^{2}: viros **ω**: viros (ł cibus) **r** 308 mit≡is **b** 309 immobile **P** 310 Ṛubọr (o, v) **ν**^{2}

aere pendentem vacuo, te currus uterque
circumit, o rerum media indivisaque magnis
fratribus! ergo simul tot gentibus alma, tot altis
urbibus ac populis, subterque ac desuper una
sufficis, astriferumque domos Atlanta supernas
ferre laborantem nullo vehis ipsa labore:
nos tantum portare negas, nos, diva, gravaris?
quod, precor, ignari luimus scelus? an quia plebes
externa Inachiis huc adventamus ab oris?
omne homini natale solum, nec te, optima, saevo
tamque humili populos deceat distinguere fine
undique ubique tuos; maneas communis et arma
hinc atque inde feras; liceat, precor, ordine belli
pugnaces efflare animas et reddere caelo.
ne rape tam subitis spirantia corpora bustis,
ne propera: veniemus enim, quo limite cuncti,
qua licet ire via; tantum exorata Pelasgis
siste levem campum, celeres neu praecipe Parcas.
at tu, care deis, quem non manus ulla nec enses
Sidonii, sed magna sinu Natura soluto,
ceu te Cirrhaeo meritum tumularet hiatu,
sic amplexa coit, hilaris des, oro, precatus

311 Aere ω: Erea **P** 315 astriferumque (-que *om.* **L**) ω: astrigerumque **P** (*aliter 10, 828*) athlanta **P**: athalanta **C** athlanta supernas *add.* b^2 supernis (a) M^1 316 nullo (ve) his Q^2 317 Nos portare negas tantum **b** optare (ł portare) **r** nefas (negas) **D**: nefas (g) **r**: nefas (ł negas ν^2 *mg.*) **N**ν nos ω: non **P** gravaris *ex* -es L^{σ} 318 plebis **P** 319 horis **PL** 320 saevos (-s *add.* P^r) **P** 321 Tamque PB^3: Tamquam $B^1\omega$ humili **P**: -is BQ^1M^1f: -es ω populos (-s *add.* M^{σ}) **M** destinguere QL^1 322 tuis **L** comun (is) (-mun- *in ras.*) b^1 323 liceat *ex* le- M^1 324 efflere **Q** 325 Ne^c b^1 rape tam (rape|tam L^1) ω: repetam **P** 326 Ne^c b^1 cunctis **b** 327 licet ω: libet **P**: decet ς *Barthius* 331 te in cirreo **C** meritum . . coit *om.* ν^1, *add.* ν^2 *mg.* 332 amplesa (x) b^1 hilaris ω: -es **P** des $P\omega$: deus ς *Barthius* oro *ex* ora L^{σ} precatis (tus) **r**

nosse tuos, caeloque et vera monentibus aris
concilies, et quae populis proferre parabas,
me doceas: tibi sacra feram praesaga, tuique
numinis interpres te Phoebo absente vocabo.
ille mihi Delo Cirrhaque potentior omni,
quo ruis, ille adytis melior locus.' haec ubi dicta,
nigrantis terrae pecudes obscuraque mergit
armenta, ac vivis cumulos undantis harenae
aggerat et vati mortis simulacra rependit.
talia apud Graios, cum iam Mavortia contra
cornua, iam saevos fragor aereus excitat enses.
addit acerba sonum Teumesi e vertice crinem
incutiens acuitque tubas et sibila miscet
Tisiphone: stupet insolito clangore Cithaeron
marcidus et turres carmen non tale secutae.
iam trepidas Bellona fores armataque pulsat
limina, iam multo laxantur cardine Thebae.
turbat eques pedites, currus properantibus obstant,
ceu Danai pos terga premant: sic omnibus alae
artantur portis septemque excursibus haerent.
Ogygiis it sorte Creon, Eteoclea mittunt
Neistae, celsas Homoloidas occupat Haemon,

---

346 *Mico* 270 obstupet: Tisiphone stupet .. Citheron

---

333 astris ł aris **rb** 335 praesagịa P^1: praesag⁞a **B** 336 Luminis **L** pho⁞ebo **P** vọ^{c}labo P^1 337 -que *s. l.* M^{σ} 338 lacus *Gronovius, cf. 148* 339 Nigrantes **P** terrae **P**M^{σ} (*cf. Lucan. 1, 607*): terra **ω** 340 ardentis **C** 341 rependit *ex* -det L^{σ} 342 apud *ex* -ut P^c: aput **f** dum *ex* cum **Q** 343 saevus **B**: seva^{o}s Q^2: sevos *ex* -us L^{σ} aeneus **Qf** 344 acerba *ex* -va P^c acerba⁞ sonum (-s *eras*, s- *add.* L^{σ}) **L** sonus **D** ẹ^{a} P^r: e *om.* **Q**: de **C**: ⁞^{e} M^{σ}: e *in ras.* N^2 347 turrẹs (. Q^2) **Q** sæecutae P^1 349 laṭ^{x}antur f^2 351 post terga **P** terga *om.* M^1, *add.* M^1 *mg.* 352 haerent **Pω**: alae **b** (*e v. 351*) 353 forte **Nrν** mitta^{u}nt Q^2 354 celsas *s. l.* b^2 homoloidas **Pω**: ho^{e}m- **S**: -lai- **Q** occupat **ω**: -bat **P**

Hypsea Proetiae, celsum fudere Dryanta
Electrae, quatit Hypsistas manus Eurymedontis,
culmina magnanimus stipat Dircaea Menoeceus.
qualis ubi aversi secretus pabula caeli
Nilus et Eoas magno bibit ore pruinas,
scindit fontis opes septemque patentibus arvis
in mare fert hiemes; penitus cessere fugatae
Nereides dulcique timent occurrere ponto.
tristis at inde gradum tarde movet Inacha pubes,
praecipue Eleae Lacedaemoniaeque cohortes
et Pylii; subitum nam Thiodamanta secuntur
augure fraudati, necdum accessere regenti.
nec tua te, princeps tripodum, sola agmina quaerunt:
cuncta phalanx sibi deesse putat; minor ille per alas
septimus extat apex. liquido velut aethere nubes
invida Parrhasiis unum si detrahat astris,
truncus honor Plaustri, nec idem riget igne reciso
axis, et incerti numerant sua sidera nautae.
sed iam bella vocant: alias nova suggere vires,
Calliope, maiorque chelyn mihi tendat Apollo.
fatalem populis ultro poscentibus horam
admovet atra dies, Stygiisque emissa tenebris

---

355 proetiae **P**ω: procidae **BL**: proetidae **fr**: proatie **N**: propraeie **D**: Proetides et *Lachmannus cl. Aesch. Sept. 304 We. Eur. Phoen. 1109, sed* et *ferri nequit. minus etiam probatur Baehrentis inventum* Proetiadae *aut Ungeri 1868 p. 171* Proetiades. Proetiae *autem cur dici nequeant* Προίτου πύλαι (*Aesch. Sept. 382*), *equidem non video* celsum *om.* **N** 356 Eleuctrae **M** quat$\overset{i}{e}$t $\mathbf{f}^1$ 357 magnanim$\overset{v}{o}$s $\mathbf{P}^r$ 358 ubi ω: *om.* $\mathbf{P}^1$: in *s. l. add.* $\mathbf{P}^c$ *aut* $\mathbf{P}^1$ aversi **Pf**: a[illegible]versi (d) **B**: adversi ω 360 patentibus ω: lat- **P** 361 hiem$\overset{e}{s}$ $\mathbf{L}^1$ 362 timent *ex* -ens $\mathbf{P}^c$ 363 a$\overset{t}{d}$ $\mathbf{P}^r$: et **f** tarde *ex* corde $\mathbf{L}^\sigma$ 365 subi$\overset{v}{t}$om $\mathbf{B}^1$: subito **r** 368 phalans **b** aras **L** 370 pharrasiis **P**: parrasi$\overset{i}{a}$s **C** a$\overset{r}{s}$tis $\mathbf{Q}^1$ 371 idem *ex* item $\mathbf{f}^2$ riget **P**: nitet ω ign$\overset{e}{o}$ $\mathbf{Q}^2$ 373 alias *s. l.* $\mathbf{L}^1$ surgere **C** 374 chelym (*cf. 1, 334*) **P** 376 Admonet *ex* -vet $\mathbf{P}^r$: Admo$\overset{v}{n}$et $\mathbf{M}^\sigma$

Mors fruitur caelo bellatoremque volando
campum operit nigroque viros invitat hiatu,
nil vulgare legens, sed quae dignissima vita
funera, praecipuos annis animisque cruento
ungue notat; iamque in miseros pensum omne Sororum
scinditur, et Furiae rapuerunt licia Parcis.
stat medius campis etiamnum cuspide sicca
Bellipotens, iamque hos clipeum, iam vertit ad illos
arma ciens, aboletque domos, conubia, natos.
pellitur et patriae et, qui mente novissimus exit,
lucis amor; tenet in capulis hastisque paratas
ira manus animosque ultra thoracas anhelos
conatur, galeaeque tremunt horrore comarum.
quid mirum caluisse viros? flammantur in hostem
cornipedes niveoque rigant sola putria nimbo,
corpora ceu mixti dominis irasque sedentum
induerint: sic frena terunt, sic proelia poscunt
hinnitu tolluntque armos equitesque supinant.
iamque ruunt, primusque virum concurrere pulvis
incipit, et spatiis utrimque aequalibus acti
adventant mediumque vident decrescere campum.
iam clipeus clipeis, umbone repellitur umbo,
ense minax ensis, pede pes et cuspide cuspis:

---

378 aperit ν nrigroque b trans mutat μ^2 hiatọ (v) f[1]: amictu hiatu B[3]: hiatu amictu D, *unde* investit amictu *Wackefieldus male* 380 praecipuas r 381 Ungue ς *Barthius*: Angue Pω sorore b (-℞ *male intellecto*) 382 parcis *ex* -as Q[1] 383 mediis f etiamnum ω: -nunc PQrb 384 hos clipeum ω: hostilem clipeum P, *unde* hos telum *coni. Kohlmannus*, *quasi Mars ipse pugnaret* 388 animosque . . anhelos P: -usque . . -us ω; *similis breviloquentia 6, 807* 390 hostim B 391 rigẹnt (a) M[1] 392 Corporae *ex* -a Q[1] Corporaẹ (c) eu P[1] mixta NC 393 Induerit (n) B[1]: Inbuerint *ex* Ind- P[r] 394 -que *prius om.* N armịs (o) Q[1] equitesque Pς: -temque ω fatigant BQ 396 utri[illegible]mque Q 399 Ense (m) inax P[c]: Ensem inax (i- *ex* a- B[1]) B

sic obnixa acies pariter suspiria fumant,
admotaeque nitent aliena in casside cristae.
pulcher adhuc belli vultus: stant vertice coni,
plena armenta viris, nulli sine praeside currus,
arma loco, splendent clipei pharetraeque decorae
cingulaque et nondum deforme cruoribus aurum.
at postquam rabies et vitae prodiga virtus
emisere animos, non tanta cadentibus Haedis
aeriam Rhodopen solida nive verberat Arctos,
nec fragor Ausoniae tantus, cum Iuppiter omni
arce tonat, tanta quatitur nec grandine Syrtis,
cum Libyae Boreas Italos niger attulit imbres.
exclusere diem telis, stant ferrea caelo
nubila, nec iaculis artatus sufficit aer.
hi pereunt missis, illi redeuntibus hastis,
concurrunt per inane sudes et mutua perdunt
volnera, concurrunt hastae, stridentia funda
saxa pluunt, volucres imitantur fulgura glandes
et formidandae non una morte sagittae.

---

400 $\overset{\text{i}}{\text{obnọx▒a}}$ (i) f^r $\overset{\text{ł firmant}}{\text{fumant}}$ **L**^1: $\overset{\text{u a}}{\text{fịrmụnt}}$ (ụ **Q**^2) **Q**: firmant **Nrb**μ 402 coni *add.* **P**^r 403 nulli ω: -o **P** 404 spendent **C** clipei *om.* **f**^1: galeae *s. l.* **f**^r pharatraeque **f** 406 rabies *om.* **b**^1, *add.* **b**^1 *mg.* prodig▒a **B**: prodigia μ 407 edis **b** 408 $\overset{\text{a}}{\text{Aerịem}}$ **f**^1 $\overset{\text{h}}{\text{rodopen}}$ **P**^1: rodopen **Q** $\overset{\text{ł ta}}{\text{solida}}$ **P**^1: $\overset{\text{d}}{\text{solịta}}$ **f**^1: solita **B**^1**MLrb**μ: ał solida **B**^1 *mg.* verberat *ex* -rv- **P**^1 409 *praeter* N- *in ras.* **L**^1 (*alius versus subest*) $\overset{\text{s}}{\text{tantum}}$ **P**^c 410 Arce **P**ω (*sc. Capitolio*): axe *Deipser 1881 p. 122, sed tunc* Ausoniae *non intellegitur* 411 atulit **M** imbres *ex* umbra **C**^1 413 $\overset{\text{a}}{\text{h▒rtatus}}$ (o) **P**^1 415 $\overset{\text{a}}{\text{mutu}}$ **b**^1 416 Volnera **B**: Vulnera **P** 417 $\overset{\text{ł fluunt}}{\text{pluunt}}$ **Q**^2 fulgora *ex* -ura **P**^c glandes *ex* clades **b**^1 *initia versuum* 418 Et for-, 419 Nec, 420 Om- *om.* **P**^1, Formidandae (Et *cum margine recisum*), Non, oM- *add.* **P**^r *mg.* 418 $\overset{\text{d}}{\text{formidanṭe}}$ **L**^σ una **PBLNCf**: una in ω *fortasse recte*

nec locus ad terram telis: in corpora ferrum
omne cadit; saepe ignari perimuntque caduntque.
casus agit virtutis opus: nunc turba recedit,
nunc premit, ac vicibus tellurem amittit et aufert.
ut ventis nimbisque minax cum solvit habenas
Iuppiter alternoque adfligit turbine mundum:
stat caeli diversa acies, nunc fortior Austri,
nunc Aquilonis hiemps, donec pugnante procella
aut nimiis hic vicit aquis, aut ille sereno.
    principium pugnae turmas Asopius Hypseus
Oebalias — namque hae magnum et gentile tumentes
Euboicum duris rumpunt umbonibus agmen —
reppulit erepto cunei ductore Menalca.
hic et mente Lacon, crudi torrentis alumnus —
nec turpavit avos —, hastam ultra pectus euntem,
ne pudor in tergo, per et ossa et viscera retro
extrahit atque hosti dextra labente remittit
sanguineam: dilecta genis morientis oberrant
Taygeta et pugnae laudataque pectora matri.
Phaedimon Iasiden arcu Dircaeus Amyntas

---

419 Nec **ω**: Non $\mathbf{P}^r$ telis **Pω**: iaculis **DN** corpor$\not{e}$a $\mathbf{P}^1$: corpor$\overset{a}{e}$ $\mathbf{M}^\sigma$: cor$\overset{ore}{\equiv p \equiv}$ ν^2 420 perimun$\overset{t}{}$que $\mathbf{L}^\sigma$ 421 n$\overset{vn}{ec}$ $\mathbf{P}^c$ 422 et $\overset{vic}{\equiv}$ibus (et *et* i *in ras.*) $\mathbf{b}^1$ 423 venitis $\mathbf{P}^1$ nimbis ventisque **b** 424 alternoque adfligit ς: aeternoque adfigit **P**: adfligitque (-que *s. l.* $\mathbf{B}^1$) alterno **ω** 425 fortius **C** 427 nim$\overset{i}{i}$s $\mathbf{P}^1$ vincit **D** aquis *ex* -as $\mathbf{P}^1$ 428 $\overset{turmas}{turbas}$ ν: pugnas $\mathbf{N}^r$: pugnas **r** asopius (*ex* -eus $\mathbf{M}^1$) **M**: asop$\overset{i}{u}$s $\mathbf{Q}^1$ ^{h}ipseus $\mathbf{b}^1$: ipseus $\mathbf{M}^\sigma$ 431 $\overset{p}{R}$epulit $\mathbf{b}^1$ menalca (-co **Q**) **ω**: -ce **P** *quod reciperem, nisi Lacon esset* 432 alumn$\overset{v}{o}$s $\mathbf{Q}^1$ 433 turpavit *ex* turb- $\mathbf{P}^c$ ultra **P**ς: intra **ω** 434 Ne^c $\mathbf{P}^c$ 435—490 *in* **M** *folio inserto scripsit Boccaccius* 435 remisit **N** 436 dilecta *ex* delecta $\mathbf{P}^1$ 437 Tageta **C** pectora **P**: verbera (-b$\overset{e\ a}{are}$ ν^2) **Σω** *fortasse non spernendum* 438 Phaedimo asiden **P** dircaeus **ω**: dictaeus **P**

destinat: heu celeres Parcae! iam palpitat arvis
Phaedimus, et certi nondum tacet arcus Amyntae.
abstulit ex umero dextram Calydonius Agreus
Phegeos: illa suum terra tenet inproba ferrum
et movet; extimuit sparsa inter tela iacentem
praegrediens truncamque tamen percussit Acoetes.
Iphin atrox Acamas, Argum ferus inpulit Hypseus,
stravit Abanta Pheres, diversaque volnera flentes
Iphis eques, pedes Argus, Abas auriga iacebant.
Inachidae gemini, geminos e sanguine Cadmi
occultos galeis — saeva ignorantia belli —
perculerant ferro; sed dum spolia omnia caesis
eripiunt, videre nefas, et maestus uterque
respicit ad fratrem pariterque errasse queruntur.
cultor Ion Pisae cultorem Daphnea Cirrhae
turbatis prostravit equis; hunc laudat ab alto
Iuppiter, hunc tardus frustra miseratur Apollo.
  ingentes Fortuna viros inlustrat utrimque
sanguine in adverso: Danaos Cadmeius Haemon
sternit agitque, furens sequitur Tyria agmina Tydeus;

---

440 *Serv.* Aen. 11, 864 Statius, cum iam percussum dixisset, extinctum ait: necdum certi tacet arcus Amyntae

---

439 Dẹstinat **B**[1]: Dẹstinat (i *supra*) **Q**[1]   ceres (le *supra*) **b**[1]   palpitat *ex* pẹl- **P**[1]   440 necdum certi *Serv.*   tace (t *supra*) **P**[1]   amuntae (y *supra*) **P**[1]   441 aegreus **Q**   442 terra **ω**: dextra (*e v. 441*) (durum *supra*) **P**[r]   444 Progrediens (*ex* Prae- **ν**[2]) **Cν**   445 arcum **P**   446 abanta *ex* av- **P**[1]   pheres *vel* fe- (se- **C**: ferạs (e *supra*) **ν**[2]) **ω**: fereus **P**   *post* 446 *in Guilelmi Canteri codice legebatur hic versus* Guttur iphis latus argus abas in fronte cruorem   447 iaceba[illegible] (-s?) **b**   450 Perculerant *ex* Pert- **b**[1]   452 fratrem *ex* pa- **L**[σ]   453 dapdnea **b**   454 equis *ex* aquis **b**[1]   455 miseretur (a *supra*) **C**[2]: -atus **DNr**   456 utrimque *ex* -umque **b**   457 averso (d *supra*) **f**[1]   danaos *ex* -es **B**[3]   hanẹmon **P**[1]: heros (-ros *in ras.* **f**[1]) **ω**   458 *distinxi cum Barthio*   ferens (v *supra*) **L**[σ]

Pallas huic praesens, illum Tirynthius inplet.
qualiter hiberni summis duo montibus amnes
franguntur geminaque cadunt in plana ruina:
contendisse putes, uter arva arbustaque tollat
altius aut superet pontes; ecce una receptas
confundit iam vallis aquas; sibi quisque superbus
ire cupit, pontoque negant descendere mixti.
  ibat fumiferam quatiens Onchestius Idas
lampada per medios turbabatque agmina Graium,
igne viam rumpens; magno quem comminus ictu
Tydeos hasta feri dispulsa casside fixit.
ille ingens in terga iacet, stat fronte superstes
lancea, conlapsae veniunt in tempora flammae.
prosequitur Tydeus: 'saevos ne dixeris Argos,
igne tuo, Thebane, — rogum concedimus — arde!'
inde, velut primo tigris gavisa cruore
per totum cupit ire pecus, sic Aona saxo,
ense Pholum, Chromin ense, duos Helicaonas hasta
transigit, Aegaeae Veneris quos Maera sacerdos
ediderat prohibente dea; vos praeda cruenti
Tydeos, it saevas etiamnum mater ad aras.

---

468 *hinc fortasse petitum Ps. Serg.* GL IV 497, 36 et ab hoc igne Statius dixit: igne diem scindens

---

459 Pallas huic **P** (*cf. Silv. 1, 1, 107. 1, 2, 135*): Hunc (*ex* Hinc **Q**^{1}) pallas *ω* tyryntius **P** 460 in hiberni **P** e summis **C** motibus **N** 462 uterar ^{arva} varbustaque **P**^{r} tollat *ω*: -ant **P** 463 ecce **P***ω*: et cum *Garrodius* receptes (^{a}) **B**^{1} 464 Confundit **P**: -fudit *ω* 466 fomiferum (^{v}) **B**^{3} conchestius (^{con}.ch- **b**^{1}) **BQLCfb***μ* 467 agmina *ex* -ana **B**^{1} 468 ictu (^{i}) (a-) **f**^{2}: actu (-to^v **B**^{1}) **BQCb***μ* 469 Tydeos *ex* -eus **P**^{1}**f**^{1} dispulsa **PBQb**: discussa *ω* 470 fronte *ex* fo- **L**^{σ} 472 saevis (^{o}) **f** ne *add. s. l.* **N**^{2} 474 gravisa **L**^{σ} 475 sician[illegible]a **f** 476 haeliconas (^{ha}) **B**^{1} 479 it **P***ω*: et **Bb** etiamnum *ω*: -nunc **P**

nec minus Herculeum contra vagus Haemona ducit
sanguis: inexpleto rapitur per milia ferro,
nunc tumidae Calydonis opes, nunc torva Pylenes
agmina, nunc maestae fundens Pleuronis alumnos,
donec in Olenium fessa iam cuspide Buten
incidit. hunc turmis obversum et abire vetantem
adgreditur; puer ille, puer malasque comamque
integer, ignaro cui tunc Thebana bipennis
in galeam librata venit: finduntur utroque
tempora dividuique cadunt in bracchia crines,
et non hoc metuens inopino limine vita
exiluit. tunc flavum Hypanin flavumque Politen —
ille genas Phoebo, crinem hic pascebat Iaccho:
saevus uterque deus —, victis Hyperenora iungit
conversumque fuga Damasum; sed lapsa per armos
hasta viri trans pectus abit parmamque tenenti
excutit et summa fugiens in cuspide portat.
sterneret adversos etiamnum Ismenius Haemon
Inachidas — nam tela regit viresque ministrat
Amphitryoniades —, saevum sed Tydea contra
Pallas agit. iamque adverso venere favore
comminus, et placido prior haec Tirynthius ore:

---

480 $\overset{h}{\text{e}}$rculeum L^{σ} $\overset{cit}{\text{du\underline{cto}}}$ Q^2 482 calydon$\overset{i}{\text{e}}$s P^c pilenis **fb** 484 olenium *ex* -ine- B^1 b$\overset{v}{\text{o}}$ten B^1 cuspite **P** 486 genasque comasque **C**: malasque comasque **r**ν 488 finduntur $B^3 b^2$ *mg.* ω: funduntur **PLC**$\mu\nu$: f$\overset{i}{\underline{\text{u}}}$nduntur Q^2: scinduntur **D**: striduntur $B^1 b^1$ utroque **P**: utr$\overset{i}{\text{o}}$nque **S**: utrimque (-rique **Q**) ω; *intellego: finduntur tempora ita ut utroque cadant* 490 *om.* ν^1, *add.* ν^2 *mg.* limine **P**: -te ω 491 tum **b** hypanim **f**: -nen **Q**: ypanim **L** polyten **P** 492 pascebit **Q** iacho⁝ (-n) **Q** 493 *om.* P^1, *ima mg. scr.* P^1 *addito signo* ·/· *ante v. 494 et ante v. 493* hypenora ω: hypentora **P** 494 da$\overset{m}{\text{n}}$nasum **f** 495 viri⁝ (-s) **f** ab⁝it **f** 496 p$\overset{o}{\text{a}}$rtat B^1 497 ad versus **C** -num *ex* -nunc **b** haemo **PBL**b^1 (-n *add.* b^2), *cf. 1, 334* 498 virosque **f** 499 Amphitryonides **L** 501 tyrintius **P** ore *ex* -o M^1

'fida soror, quaenam hunc belli caligine nobis
congressum fortuna tulit? num regia Iuno
hoc molita nefas? citius me fulmina contra —
infandum! — ruere et magno bellare parenti
aspiciat. genus huic — sed mitto agnoscere, quando
tu diversa foves, nec si ipsum comminus Hyllum
Tydeos hasta tui Stygioque ex orbe remissum
Amphitryona petat; teneo aeternumque tenebo,
quantum haec diva manus, quotiens sudaverit aegis
ista mihi, duris famulus dum casibus omnis
lustro vagus terras; ipsa heu! comes invia mecum
Tartara, ni superos Acheron excluderet, isses.
tu patriam caelumque mihi, quis tanta relatu
aequet? habe totas, si mens excindere, Thebas.
cedo equidem veniamque precor.' sic orsus abibat.
Pallada mulcet honos: rediit ardore remisso
voltus et erecti sederunt pectoris angues.
  sensit abisse deum, levius Cadmeius Haemon
tela rotat nulloque manum cognoscit in ictu.
tunc magis atque magis vires animusque recedunt,
nec pudor ire retro; cedentem Acheloius heros
inpetit, et librans uni sibi missile telum

---

515 *cf. ad 4, 676*

---

502 hunc *om.* **C** 503 $\overset{\text{num}}{\text{non}}$ **D**: non **b** 504 mo‖lita (l) **L** 505 bella$^{\text{re}}$ **L**$^{\sigma}$ 506 Aspicias **C** huic *om.* **L**^{1}, *add.* **L**$^{\sigma}$ mito **L** 507 $\overset{\text{v}}{\text{voces}}$ **L**$^{\sigma}$ hyllum **P**: illum (i‖lum **Q**) *ω* illum comminus ipsum **DN** 510 egis *ex* -es **L**$^{\sigma}$: argis **C** 511 dum **PB**^{1}: cum *ω* omnes **P** 512 $\overset{\text{o}}{\text{Lustra}}$ **Q**^{1}**M**$^{\sigma}$ 513 ni (*in ras.* **f**^{1}) *ω*: ne **P** 514 patriam **P**: patrem *ω* 515 Aequet (*ex* -at **B**^{1}) *ω*: -at **P** habetotas **P**: $^{\text{h}}$abe,totas **L**$^{\sigma}$: habet totas **D**: abi totas **C** excindere *ω*: excedere **P**: excidere **f** *Kohlmannus, quod verum esse potest* 517 Pallida **C** rediit$^{\text{que}}$ **Q**^{2}**f**^{2}**ν**^{2}: rediitque **D** 518 $\overset{\text{v}}{\text{Voltus}}$ **B**^{1}: Vultus **P** 519 Sensit **PCς**: Sentit *ω* abisse *ω*: abesse **P**, *cf. 8, 173* 522 pudor **PN**: pudet *ω* ire *ω*: pe **P** 523 Inpetit *ω*: Inpedit **P**

direxit iactus, summae qua margine parmae
ima sedet galea et iuguli vitalia lucent.
nec frustrata manus, mortemque invenerat hasta;
sed prohibet paulumque umeri libare sinistri
praebuit et merito parcit Tritonia fratri.
ille tamen nec stare loco nec comminus ire
amplius aut voltus audet perferre cruenti
Tydeos, aegra animo vis ac fiducia cessit.
qualis saetigeram Lucana cuspide frontem
strictus aper, penitus cui non infossa cerebro
volnera, nec felix dextrae tenor, in latus iras
frangit, et expertae iam non venit obvius hastae.
ecce ducem turmae certa indignatus in hostem
spicula felici Prothoum torquere lacerto,
turbidus Oenides una duo corpora pinu,
cornipedemque equitemque, ferit: ruit ille ruentem
in Prothoum lapsasque manu quaerentis habenas
in voltus galeam clipeumque in pectora calcat,
saucius extremo donec cum sanguine frenos
respuit et iuncta domino cervice recumbit.
sic ulmus vitisque, duplex iactura colenti,
Gaurano de monte cadunt, sed maestior ulmus

---

524 pamae **C** 525 Ima *ex* Iam **B**^{1} sed$\overset{e}{i}$t **M**^{1} 527 libare *ω*: librare **PC**: li$\overset{r}{b}$are **L**$^{\sigma}$: lib░are f 528 parcit *s. l.* **L**$^{\sigma}$ 529 irae **PBC** 530 $\overset{v}{o}$ltus → v$\overset{v}{o}$ltus **B**^{1}: vultus **P** 531 aegra **P***ω*: aegro r *Baehrens* 533 infossa (ł infixa *v*^{2} *mg.*) *ω*: infe$\overset{n}{s}$sa **P**^{1} 534 V$\overset{v}{o}$lnera **B**^{1}: Vulnera **P** illatus **B**: in latus *ex* ill- b^2 inlatus tenor **D** 535 iam *s. l.* f^2 $\overset{venit}{\overline{movet}}$ *v*^{2} 536 certa indignatus *ω*: certum indignantur **P** 537 protho░um (1?) f 538 Tubidus **N** eonides f pino **C** 540 protheum **C** habenas *ω*: harenas **P** 541 v$\overset{v}{o}$ltus **B**^{1}: voltus b: vultus *ω*: -tu **P** 542 extremo *ω*: -mos **P** 543 iuncta *ex* -to **L**$^{\sigma}$ 544 colenti **P**: coloni *ω* 545 cadit **D** mestifer **C**

quaerit utrumque nemus, nec tam sua bracchia labens
quam gemit adsuetas invitaque proterit uvas.
sumpserat in Danaos Heliconius arma Corymbus,
ante comes Musis, Stygii cui conscia pensi
ipsa diu positis letum praedixerat astris
Uranie. cupit ille tamen pugnasque virosque,
forsitan ut caneret; longa iacet ipse canendus
laude, sed amissum mutae flevere sorores.
pactus Agenoream primis Atys ibat ab annis
Ismenen, Tyrii iuvenis non advena belli.
quamvis Cirrha domus, soceros nec tristibus actis
aversatus erat; sponsam quin castus amanti
squalor et indigni commendat gratia luctus.
ipse quoque egregius, nec pectora virginis illi
diversa, inque vicem, sineret fortuna, placebant.
bella vetant taedas, iuvenique hinc maior in hostes
ira; ruit primis inmixtus et agmina Lernae
nunc pedes ense vago, prensis nunc celsus habenis,
ceu spectetur, agit. triplici velaverat ostro
surgentes etiamnum umeros et levia mater
pectora; nunc auro phaleras auroque sagittas

---

546 utrimque **P** (*secundum Meyerum*) brahia **C** 547 Quam *ex* Quem **P**[1] proterit *ex* praeterit *ut vid.* ν^2 549 stigiis ... pensis **f** 550 positis **P**ω: inspectis **S**[2]**Q**[2]ς le[o]tum **P**[1] 551 *recte distinxit Sandstroemius 1878 p. 54* 552 longe[a] **Q**[1] ipse *ex* -a **f**[1] 553 mutae ω: musae **PSD**: mutae [ł mestae] **r** 555 tyri **P** non advena (*sed familiae adscitus*) **P**ω: nunc advena *Peyraredus* 556—687 *om.* **b** *lacuna non indicata* (*4×33v.*) 556 domos **C**μ 557 Adversatus **N**νς quin **P**: cui ω ame[a]nti **Q**[1] 558 Sualor **f** 559 egre[gi]us **P**[1] illi *ex* -a **Q**[1] 560 sinere[n]nt **P**[1] placebat **P**[1]: -bant *ex* -bunt **Q**[1] 562. 561 ν^1, *in ordinem redacti a* ν^2 562 primis ω: primisque **P** agmina ω: -ne **PC** 563 prensis *ex* prennis L^σ nunc prensis **rC** 564 a[g]it **f**[1] velave[a]rit **Q**[1] 566 nunc **P**ς: tunc ω: t[n]unc **Q**[2]

cingulaque et manicas, ne coniuge vilior iret,
presserat et mixtum cono crispaverat aurum.
talibus heu! fidens vocat ultro in proelia Graios.
ac primum in facilis grassatus cuspide turmas
arma refert sociis et in agmina fida peracta
caede redit. sic Hyrcana leo Caspius umbra
nudus adhuc nulloque iubae flaventis honore
terribilis magnique etiamnum sanguinis insons,
haut procul a stabulis captat custode remoto
segne pecus teneraque famem consumit in agna.
mox ignotum armis ac solo corpore mensus
Tydea non timuit, fragilique lacessere telo
saepius infrendentem aliis aliosque sequentem
ausus erat. tandem invalidos Aetolus ad ictus
forte refert oculos et formidabile ridens:
'iamdudum video, magnum cupis, inprobe, leti
nomen' ait; simul audacem non ense nec hasta
dignatus leviter digitis inbelle solutis
abiecit iaculum: latebras tamen inguinis alte
missile, ceu totis intortum viribus, hausit.
praeterit hau dubium fati et spoliare superbit
Oenides. 'neque enim has Marti aut tibi, bellica Pallas,
exuvias figemus' ait, 'procul arceat ipsum

---

570 Ac **P**ω: At **BQLf**ν: At (c *superscr.*) **r**: Ut μ primum ω: primam **P** (in) facili (es) **P**[1]: faciles ω grassatus (gras- (c) **B**[3]) ω: -tur **P** 571 peracta ω: coacta **P** 572 hircana *ex* -no **Q**[1] 573 iubae ω: iuvat **P** (E ∼ T) fa(l)ventis **f**[2] 575 Haud ω: Aut **PB** stabulis (-bi- **C**: *ex* -us **B**[1]) ω: stavilis **P** 576 famem *ex* famam **Q**[1] consumit in **D**: depascitur **N** (depascitur) 577 pondere **D** mensum (+sus) **r** 578 fragilique ω: flacilique **P**; *vix* facilique 580 aetolos *ex* -us **L**[1] in **Q** ictis (v) **L**[1] 582 improbe leti (o) **P**[1] 583 esse (n) **P**[1] asta **L**: asta **M**[1] 584 imbelle **P** 585 latenebras ν[2] alti μ 586 teu **f** 587 hau **f**: haud *ex* aut **B**[1]: aut **P**, *cf. 1, 285. 8, 78* dubius *ex* -um **L**[1] 589 fi[illegible]gemus **Q**: frigemus **L**$^{\sigma}$ arceat ω: habeat **P**, *quod natum videtur ex errore*

ferre pudor; vix, si bellum comitata relictis,
Deipyle thalamis, illi inludenda tulissem.'
sic ait, et belli maiora ad praemia mente
ducitur: innumeris veluti leo forte potitus
caedibus inbellis vitulos mollesque iuvencas
transmittit: magno furor est in sanguine mergi,
nec nisi regnantis cervice recumbere tauri.
at non semianimi clamore Menoecea lapsus
fallit Atys: praevertit equos curruque citato
desilit: instabat pubes Tegeaea iacenti,
nec prohibent Tyrii. 'pudeat, Cadmea iuventus,
terrigenas mentita patres! quo tenditis' inquit,
'degeneres? meliusne iacet pro sanguine nostro
hospes Atys? tantum hospes adhuc et coniugis ultor
infelix nondum iste suae; nos pignora tanta
prodimus?' insurgunt iusto firmata pudore
agmina, cuique suae rediere in pectora curae.
  interea thalami secreta in parte sorores,
par aliut morum miserique innoxia proles
Oedipodae, varias miscent sermone querellas.
nec mala quae iuxta, sed longa ab origine fati,
haec matris taedas, oculos ast illa paternos,
altera regnantem, profugum gemit altera fratrem,
bella ambae. gravis hinc miseri cunctatio voti:

ABCEAT. *nam quod viri docti coniecerunt, aut a lingua Stati aut a metrica alienum est* 591—632 *in* D *vix leguntur* 591 inludenda ω: inlaudanda P, *quod haud scio an defendi possit cl. adiectivis Apuleianis* incredendus, impoenitendus, *Valeriano* intemerandus, intolerandus *aliis* 592 maiora ω: -re P 593 innumeras (i *supra* a) f^1 forte ω: sorte P potitis N 594 imbelles P: inbellisque μ 596 si (ni *supra*) P^1 599 tegeaea B^3: teg(a)ea Pω 601 Terrigenas *ex* -gi- P^1 602 iacet ω: -es P; *an* iacens? 604 nos ω: non P 605 flammata *Schrader* 606 pectore μ 607 thalami ω: -mis P 611 Hec *ex* Nec Q^1 ast (est, ast *supra*, ν^2: atque B) ω: gemit P (*e v. 612*) 613 Bella (i *supra* a) P^1; *an voluit librarius intellegi* mala belli? miseri (-rae, i *supra*, r) Pω: misti ς *Barthius, vulgo*

nutat utroque timor, quemnam hoc certamine victum,
quem vicisse velint: tacite praeponderat exul.
sic Pandioniae repetunt ubi fida volucres
hospitia atque larem bruma pulsante relictum,
stantque super nidos veterisque exordia fati
adnarrant tectis et truncum ac flebile murmur
verba putant, voxque illa tamen non dissona verbis.
atque ibi post lacrimas et longa silentia rursus
inchoat Ismene: 'quisnam hic mortalibus error?
quae decepta fides? curam invigilare quieti
claraque per somnos animi simulacra reverti?
ecce ego, quae thalamos nec si pax alta maneret,
tractarem sensu — pudet heu! —, conubia vidi
nocte, soror; sponsum unde mihi sopor attulit amens
vix notum visu? semel his in sedibus illum,
dum mea nescio quo spondentur foedera pacto,
respexi non sponte, soror. turbata repente
omnia cernebam, subitusque intercidit ignis,
meque sequebatur rabido clamore reposcens
mater Atyn. quaenam haec dubiae praesagia cladis?

---

614 Nutat (-t‖at **Q**: -trit **g***μν***r**^{1}) *ω*: Mutat **P**: Nutat (*sic*) [ł Nutat] **L**$^{\sigma}$ utroque *ex* -amque **Q**^{1}: utramque *μν*: utrumque [i] **r** 616 Si **C** fulva [ł fida] **r**: vulva *μ*: plura **C** 617 brama [v] **M**^{1} 618 veterisque *ω*: -esque **P** exordine [a] **Q**^{1} 619 Adnarrant *Kohlmannus*: Adnarant **P**: Enarrant (*ex* Etn- **BLf**) *ω*: Et narrant (-ent [a] **Q**^{1}) **QC** et **P***ω*: it *Marklandus ad Silv. 5, 1, 245* flebile *ex* flev- **P**^{1} 623 curam *ω*: cur **P** 624 animi **P**: -is *ω* 625 pax *ω*: pars **P** thalamos — nec si pax alta maneret, tractarem — sensi (*hoc iam Barthius*) *coni. Garrodius perperam* 627 am‖ens *ex* ambes **B**^{1} 629 spondetur [n] **B**^{1}**r**: sponsetur *μ* 630 in [non] **f**^{2} turbare **NC** 631 Omnia **PNf***ν***ς**: Omina [i] **B**^{1}: Omina *ω*: Omnia [ł omina] **M**$^{\sigma}$**L**$^{\sigma}$: Omina [n] **Q**^{2} cernabam *μ* subiterque [ł tus] **L**$^{\sigma}$ 632 rabido *ω*: rapido **PNr***μν* 633 dubiae *ex* -o **Q**^{1}

nec timeo, dum tuta domus milesque superstes
Doricus et tumidos liceat conponere fratres.'
talia nectebant, subito cum pigra tumultu
expavit domus, et multo sudore receptus
fertur Atys, servans animam iam sanguine nullo,
cui manus in plaga, dependet languida cervix
exterior clipeo, crinesque a fronte supini.
prima videt caramque tremens Iocasta vocabat
Ismenen: namque hoc solum moribunda precatur
vox generi, solum hoc gelidis iam nomen inerrat
faucibus. exclamant famulae, tollebat in ora
virgo manus, tenuit saevos pudor; attamen ire
cogitur, indulget summum hoc Iocasta iacenti,
ostenditque offertque. quater iam morte sub ipsa
ad nomen visus defectaque fortiter ora
sustulit; illam unam neglecto lumine caeli
aspicit et vultu non exsatiatur amato.
tunc quia nec genetrix iuxta positusque beata
morte pater, sponsae munus miserabile tradunt
declinare genas; ibi demum teste remoto
fassa pios gemitus lacrimasque in lumina fudit.

---

651 *Serv.* Aen. 4, 681 posita exanimata. Statius: positusque beata morte pater

---

634 superstes **P**: recedat (-at [e] $\mathbf{L}^{\sigma}$: -et **g**$\boldsymbol{\mu}$: -it **N**) $\boldsymbol{\omega}$; *miles Doricus est Polynices* 635 et **P**$\boldsymbol{\omega}$ *recte*: ut *Garrodius* timidos [v] $\mathbf{M}^{\sigma}$ componere **P** reges [fratres] **D** 636 iactabant $\boldsymbol{\mu\nu}$ nigra **D** 637 sudore $\boldsymbol{\omega}$: sudere **P** 638—766 *in* **D** *paene extincti* 638 ser⁝vans **Q** 639 dependet $\boldsymbol{\omega}$: defendit **P** 641 caramque $\boldsymbol{\omega}$: cla- **P** tremens⁝ (-que) **f** 642 *et* 643 *sedem mutaverunt in* **P** 642 Ismenon [e] $\mathbf{B}^{1}$ 644 exclamat [n] $\mathbf{f}^{1}$ [sus] toll⁝ per ora (per *in ras., fuit* -n) $\mathbf{f}^{1}$ 646 iacasta [o] $\mathbf{Q}^{1}$ 647 Ostenditque **P**$\boldsymbol{\omega}$: os (*puto Atyos*) tenditque *Garrodius* 648 defectaque *Heinsius cl. 12, 325*: deiectaque **P**$\boldsymbol{\omega}$: del- **BMf**$\boldsymbol{\mu}$: dil- **L**: del- [i] $\mathbf{Q}^{2}$r 649 illam $\boldsymbol{\omega}$: illa **P** 652 miserabile $\boldsymbol{\omega}$: mirabile **P** 654 Fassa (Fe- **L**$\boldsymbol{\mu}$) $\boldsymbol{\omega}$: Passa **P** post **f** lumina **P**$\boldsymbol{\omega}$: vulnera ς fundit **BC** *Garrodius* in lacrimas *coniungit*

dumque ea per Thebas, aliis serpentibus ardens
et face mutata bellum integrabat Enyo.
arma volunt, primos veluti modo comminus ictus
sustulerint omnisque etiamnum luceat ensis.
eminet Oenides. quamvis et harundine certa
Parthenopaeus agat, morientumque ora furenti
Hippomedon proculcet equo, Capaneaque pinus
iam procul Aoniis volet agnoscenda catervis:
Tydeos illa dies, illum fugiuntque tremuntque
clamantem: 'quo terga datis? licet ecce peremptos
ulcisci socios maestamque rependere noctem.
ille ego inexpletis solus qui caedibus hausi
quinquaginta animas: totidem, totidem heia gregatim
ferte manus! nulline patres, nulline iacentum
unanimi fratres? quae tanta oblivio luctus?
quam pudet Inachias contentum abiisse Mycenas!
hinc super Thebis? haec robora regis? ubi autem
egregius dux ille mihi?' simul ordine laevo
ipsum exhortantem cuneos capitisque superbi
insignem fulgore videt; nec segnius ardens
occurrit, niveo quam flammiger ales olori
imminet et magna trepidum circumligat umbra.
tunc prior: 'Aoniae rex o iustissime gentis,

---

655 horrens *Schrader* 656 integrabat ω: iterabat P 657 vol[a]unt M[2] ic[v]tis B[1] 658 omnesque P luceat ω: lugeat P 660 Parthonopeus L furenti ω: -tis P 661 proculculcet P 662 vol[e]at M[σ]: volat f: velut C 663 Tydeos *ex* -eus P[1] fugiuntque (-que *om.* B) tremuntque ω: feriuntque premuntque P 666 ausi P 667 totidem totidem heia *Kohlmannus*: totidem heia P: totidem (*om.* f) totidemque ω gregatim Pf: -ti ω 668 patr[e]os L[σ] 669 oblivio PCν: -via ω 670 abisse P: ab[i]isse f[1] 671 theb[i]as M[2] 673 exhortantem (ex[h]ort- M[1]: exort- fμ) ω: exorantem P 674 signius P 675 Occurrit Pfν: Ac- ω ale[s] P[1] olori *ex* od- B[1]: odori μ 676 tr[e]ip[i]odum Q[1] 677 [ao]aeniae M[1]

imus in arma palam tandemque ostendimus enses,
an noctem et solitas placet exspectare tenebras?'
ille nihil contra, sed stridula cornus in hostem
it referens mandata ducis, quam providus heros
iamiam in fine viae percussam obliquat, et ipse
telum ingens avide et quanto non ante lacerto
inpulit: ibat atrox finem positura duello
lancea. convertere oculos utrimque faventis
Sidonii Graique dei; crudelis Erinys
obstat et infando differt Eteoclea fratri:
cuspis in armigerum Phlegyan peccavit. ibi ingens
pugna virum, stricto nam saevior inruit ense
Aetolus, retroque datum Thebana tegebant
arma ducem. sic densa lupum iam nocte sub atra
arcet ab adprenso pastorum turba iuvenco;
inprobus erigitur contra, nec cura vetantes
inpetere: illum, illum, semel in quem venerat, urguet.
non secus obiectas acies turbamque minorem
dissimulat transitque manu; tamen ora Thoantis,
pectora Deilochi, Clonii latus, ilia torvi
perforat Hippotadae; truncis sua membra remittit
interdum galeasque rotat per nubila plenas.
et iam corporibus sese spoliisque cadentum
clauserat; unum acies circum consumitur, unum
omnia tela vovent: summis haec ossibus haerent,
pars frustrata cadunt, partem Tritonia vellit,

---

679 In **C** 680 [s]tridula **P**[1] 681 It *ex* Et **f**[1] horos **L** 685 faventes **P** 687 ⊢teocla **M**[1] 689 *ante* 688 **P** 688 armigerum *ω*: -ferum **P** plegian **Q**: phlegiam (phe- *μ*) **b** *μ*: -an≣ **f** 689 iam **r** 690 rectoque (tro *supra*) **M**[1] 691 ducem *ex* -es **b**[1] nocte sub atra **P**[r] *in ras.* 692 iuvenco *ex* -cum **P**[r] 693 Improbus **P** 694 urget **P** 696 manus *Peyraredus* 697 deilocli **C** clonii (-mi **C**: donii **f**) *ω*: chlonii **BLQMb**: cthonii **P**, *sed Cthonius mortuus est cf. 3, 170* 698 hippotedae **f**: -datae **P**: -danae *μ* 702 vovent (ł m *supra*) **Q**[2]: movent **L**[1] *μ*: vocant **L**[1] *mg.* **C**: vovent (ł lant *supra*) *ν*[2] 703 cadit *μ* pellit ς *Barthius*

multa rigent clipeo. densis iam consitus hastis
ferratum quatit umbo nemus, tergoque fatiscit
atque umeris gentilis aper; nusquam ardua coni
gloria, quique apicem torvae Gradivus habebat
cassidis, haut laetum domino ruit omen: inusta
temporibus nuda aera sedent, circumque sonori
vertice percusso volvuntur in arma molares.
iam cruor in galea, iam saucia proluit ater
pectora permixtus sudore et sanguine torrens.
respicit hortantes socios et Pallada fidam,
longius opposita celantem lumina parma:
ibat enim magnum lacrimis inflectere patrem.
  ecce secat zephyros ingentem fraxinus iram
fortunamque ferens, teli non eminet auctor:
Astacides Melanippus erat, nec prodidit ipse,
et vellet latuisse manum, sed gaudia turmae
monstrabant trepidum; nam flexus in ilia Tydeus
submissum latus et clipei laxaverat orbem.
clamorem Aonii miscent gemitumque Pelasgi,
obiectantque manus indignantemque tuentur.
ille per oppositos longe rimatus amarum
Astaciden, totis animae se cogit in ictum
relliquiis telumque iacit, quod proximus Hopleus
praebuerat: perit expressus conamine sanguis.
tunc tristes socii cupidum bellare — quis ardor! —

---

704 consitus (-sti- μ) ω: constitit P: consitit [situs] L[1] 705 Ferrarum μ fatescit [i] f[1] 707 quique P: quippe ω habebit [a] L[1] 708 inusta (in-usta f) ω: inulta P: inusta *ex* -lta Q[2]; L[1] *scripturus erat* -lta, *sed corr. inter scribendum* -sta 709 sedent Pω: ardent *coni. Garrodius* 711 //proluit /saucia P[1] 713 pallida [a] f[2]: pallida C fiam [d] B[1] 714 obposita f 715 magnum *etiam* P 716 fraximus f 717 actor [u] b[2] 718 Melanippus *Menkius*: menalippus Pω, *cf. 740. 9, 8* 719 sed ω: et P 720 nam [iam] r 721 Summissum P 722 aonii ω: -ni P 724 *ante* 723 P 724 obpositos f 726 Reliquiis P ophleus P: oppleus S: hopleus illi b 728 tristes *ex* tres- M[1]

et poscentem hastas mediaque in morte negantem
exspirare trahunt, summique in margine campi
effultum gemina latera inclinantia parma
ponunt, ac saevi rediturum ad proelia Martis
promittunt flentes. sed et ipse recedere caelum
ingentesque animos extremo frigore labi
sensit, et innixus terrae 'miserescite' clamat,
'Inachidae: non ossa precor referantur ut Argos
Aetolumve larem; nec enim mihi cura supremi
funeris: odi artus fragilemque hunc corporis usum,
desertorem animi. caput, o caput, o mihi si quis
adportet, Melanippe, tuum! nam volveris arvis,
fido equidem, nec me virtus suprema fefellit.
i, precor, Atrei si quid tibi sanguinis umquam,
Hippomedon, vade, o primis puer inclyte bellis
Arcas, et Argolicae Capaneu iam maxime turmae.'
moti omnes, sed primus abit primusque repertum
Astaciden medio Capaneus e pulvere tollit
spirantem laevaque super cervice reportat,
terga cruentantem concussi vulneris unda:

---

738 *Claud. Mam.* de statu an. 1, 20 non poetice, sed philosophice Papinius ait: odi ... animi. *Myth.* Vatic. 3, 6, 27 neque enim verum est animam deserere corpus, cum potius corpus animam deserat. hinc et Simonides poeta et Statius itidem in octavo Thebaidos: odi ... animi 743 *Prisc.* GL II 301, 11 (*propter vocativum* Capaneu) Statius in VIII Thebaidos: vade o .. turmae

---

730 thraunt **b** 731 indignantia (ł clina) $\boldsymbol{\nu}^2$ palma (r) **P**[1] 732 saevi (seni $\boldsymbol{\mu}$) $\boldsymbol{\omega}$: safui **P** (F ∼ E) 733 et *om.* **S** ipse $\boldsymbol{\omega}$: ipsum **P** 737 -ve▒ larem (-l) **f** suprema ł i **f**[1] 738 Fureres $\boldsymbol{\mu}$ 740 Melanippe *Menkius*: menalippe **P**$\boldsymbol{\omega}$: melippe **b**, *cf. 718* 741 supprema **BQ** fefellit $\boldsymbol{\omega}$: repellit **P** (F ∼ R ∼ P): (fe) ▒fellit **L**$^{\sigma}$ 742 atrei **PB**[2]$\boldsymbol{\omega\Sigma}$: arcadii **B**[1]**Q**: arcadii (atrei) **f**[1]: argivi **M**: Argei *Schrader forma non Statiana, cf. O. Müller, Woch. f. Phil. 20 (1903) p. 196* 743 vade $\boldsymbol{\omega}$: vale **P** 744 capaneu $\boldsymbol{\omega}$ *Prisc.*: -neus **P** 745 Moti *ex* Motae **M**$^{\sigma}$ abit $\boldsymbol{\omega}$: -iit **P** 748 cruentantatem **L**$^{\sigma}$

qualis ab Arcadio rediit Tirynthius antro
captivomque suem clamantibus intulit Argis.
  erigitur Tydeus voltuque occurrit et amens
laetitiaque iraque, ut singultantia vidit
ora trahique oculos seseque adgnovit in illo,
imperat abscisum porgi, laevaque receptum
spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis
lumina torva videns et adhuc dubitantia figi.
infelix contentus erat: plus exigit ultrix
Tisiphone; iamque inflexo Tritonia patre
venerat et misero decus inmortale ferebat,
atque illum effracti perfusum tabe cerebri
aspicit et vivo scelerantem sanguine fauces —
nec comites auferre valent —: stetit aspera Gorgon
crinibus emissis rectique ante ora cerastae
velavere deam; fugit aversata iacentem,
nec prius astra subit, quam mystica lampas et insons
Elisos multa purgavit lumina lympha.

---

750 *Sulp. Sev.* dial. 2 (3), 10, 4 nimirum ut dixit poeta nescio quis — utimur enim versu scholastico, quia inter scholasticos fabulamur — captivumque suem mirantibus intulit Argis

---

i
749 redit **BM**: redit **Q**^{1}**f**^{1} 750 Captivomque **B**: -vumque **P**: -vamque **C** clamantibus **P**$\omega\Sigma$: mirantibus *Sulp. Sev. qui videtur auctorem scholasticum habuisse commentario instructum, cf.* Σ cum admiratione faventibus argis *ex* armis **B**^{2}
v
751 voltuque **B**^{1}: vultuque **P**: vultu[illegible]que **b** 752 Laetiaque **f**:
ci
Laetiaque **M**^{2} ut *s. l.* **B**^{2} 753 trahique (traique **L**) ω: trahitque **P**: tratque **S** agnovit **P** 754 Inperat **b** abcisum **f**^{1} *in ras.*: abscissum ν porgi ω: -ci **P** laevaque ω: saevumque **P** 755 capud **b** 757 adtentus **b** erit? *coni.*
o
Menkius 758 Tesi- **QMC** 762 gorgen **Q**^{2} 763 erecti-
i
que **N**ς: rectoque **B**^{3} cerastae *ex* cel- **b**^{1} 764 fugit *ex* fuit **L**$^\sigma$
765 subiit **Bf** 766 Elisios **r**μ: Ilissos *Gronovius post* 766 STATII · POETAE · LIBER · VIII · EXPLICIT · | INCIPIT EIUSDEM · LIBER · VIIII · **P**

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER IX.

Asperat Aonios rabies audita cruenti
Tydeos; ipsi etiam minus ingemuere iacentem
Inachidae, culpantque virum et rupisse queruntur
fas odii; quin te, divum inplacidissime, quamquam
praecipuum tunc caedis opus, Gradive, furebas,
offensum virtute ferunt, nec comminus ipsum
ora, sed et trepidos alio torsisse iugales.
ergo profanatum Melanippi funus acerbo
volnere non aliis ultum Cadmeia pubes
insurgunt stimulis, quam si turbata sepulcris
ossa patrum monstrisque datae crudelibus urnae.
accendit rex ipse super: 'quisquamne Pelasgis

---

d
9, 1 AONIOS *ex* US P^1: aonias μ: -ias f^1 2 Tydeos ω: Tidaeus P 3 rup▒isse f 4 inplacidissim (e *superscr.*) P^1 quanquam *ex* quen- Q^2 5 furebas ω: fer- Pμ: fer- (u *superscr.*) ν^2 6 offensa *coni. Garrodius* virtute Pω (*cf. Val. Flacc. 2, 647*): feritate *Müller* ipsum Pω: isse *Kochius 1865 p. 10* 7 trepidus *ex* -os f alio ς: alia P: retro ω: retro (al alio *superscr.*) g^2: ▒ retro B: ~~alia~~ (retro *superscr.*) Q^1 8 Melanippi *Menkius*: menalippi Pω: melappi (li *superscr.*) μ^1, *cf. 8, 718* 9 Volnere (v *superscr.*) B^1: Vulnere P pubes ω: proles P: proles (pubes *superscr.*) D 10 sepulchris P 11 datae ω: -tum P 12 Accendit *ex* Asc- b^1 Pelasgum *Imhofius*: Pelasgus *Owenus falso*

mitis adhuc hominemque gerit? iam morsibus uncis —
pro furor! usque adeo tela exsatiavimus! — artus
dilacerant. nonne Hyrcanis bellare putatis
tigribus, aut saevos Libyae contra ire leones?
et nunc ille iacet — pulchra o solacia leti! —
ore tenens hostile caput, dulcique nefandus
inmoritur tabo; nos ferrum inmite facesque,
illis nuda odia, et feritas iam non eget armis.
sic pergant rabidi claraque hac laude fruantur,
dum videas haec, summe pater. sed enim hiscere campos
conquesti terraeque fugam mirantur; an istos
vel sua portet humus?' magno sic fatus agebat
procursu fremituque viros, furor omnibus idem
Tydeos invisi spoliis raptoque potiri
corpore. non aliter subtexunt astra catervae
incestarum avium, longe quibus aura nocentem
aera desertasque tulit sine funere mortes;
illo avidae cum voce ruunt, sonat arduus aether
plausibus, et caelo volucres cessere minores.

---

15 Dilacerant *ex* De- **P**^{1} non me (ł nonne) **r** 17 pulchra (-ri **f**Σ) o ω: ultra pulchro **P**^{1}: ultra pulchra) (o **S** salatia (o) **Q**^{1} 18 capud **b** nefandis (u) **f**^{1} 19 inmite **P**: mite ω; *intellego: nos ferrum facesque crudelia putamus; post v. 19 aliquid excidisse statuit Imhofius.* nunc ferrum mite facesque *Peyraredus*: non ferrum mite facesque? *Koestlinius*: non ferrum inmite facesque *Helmius, de P. Papinii Statii Thebaide 1892 diss. Thes. II* faciesque **L**$^\sigma$ 20 Illis sunt nuda odia **r**ν Illi *Bernartius* cruda ς *Barthius* 21 pergant **P**: peragant ω: -gunt **Ngr**$\mu\nu$: -gant *ex* -gunt **b**^{1}: -gunt (ł ant) **M**^{1} rabidi ω: rapidi **PSf**: rabidi *ex* rap- **L**$^1\mu^1$ clarique ς *Barthius* laude **P**ς: luce ω fruuntur **N**μ 22 hiscire **P** campus **P**: -pis (o) **Q**^{1} 23 terraene *Garrodius mutata distinctione inutiliter* mirantur **Pr**ς: miserantur ω: mirantur (se) **D**: miramur *Bentleius* humos (v) **B**^{1} 26 Tydeos *ex* -eus **P**^{1} 28 Incertarum **r** nocentem *ex* -tum **Q**^{1} 29 mortes (i) **M**^{1} 30. 31 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**$^\sigma$ *mg.*

fama per Aonium rapido vaga murmure campum
spargitur in turmas, solito pernicior index
cum lugenda refert, donec, cui maxima fando
damna vehit, trepidas lapsa est Polynicis ad aures.
deriguit iuvenis lacrimaeque haesere paratae,
et cunctata fides; nimium nam cognita virtus
Oenidae credi letum suadetque vetatque.
sed postquam haud dubio clades auctore reperta est,
nox oculos mentemque rapit; tum sanguine fixo
membra simul, simul arma ruunt: madet ardua fletu
iam galea atque ocreae clipeum excepere cadentem.
it maestus genua aegra trahens hastamque sequentem,
vulneribus ceu mille gravis totosque per artus
saucius, absistunt socii monstrantque gementes.
tandem ille abiectis, vix quae portaverat, armis
nudus in egregii vacuum iam corpus amici
procidit et tali lacrimas cum voce profudit:
'hasne tibi, armorum spes o suprema meorum,
Oenide, grates, haec praemia digna rependi,
nudus ut invisa Cadmi tellure iaceres
sospite me? nunc exul ego aeternumque fugatus,
quando alius misero ac melior mihi frater ademptus.

---

33 turmas ω: -ma **P** pernici▒or **B** 35 polycinis **P**ν: polincis μ 36 Deriguit ω: Di- **P**μ: De- *ex* Di- **Q**^{1} haesere *ex* hausere **Q**^{1} 37 vir^{t}ius **P**^{1} 39 haut **P**: haud *ex* aut **B** cladis **P** 40 tum **P**: tunc ω: ^{t}nunc **b**^{1} 41 madet omnia^{aurea} **b**^{1} 43 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**$^{\sigma}$ *mg.* Et **Cf** mestis **C** thraens **B** hastamque ▒▒▒▒ *om.* 44. 45 ν^1, sequentem .... gementes *add.* ν^2 *mg.* 45 absistunt **P**ω: ads- **f**^{2}ς: ^{ob}abs- **D** monstrantque ω: -atque **P** 46 vix quae *ex* vixque **f**^{1}: quae vix **r** 47 vacuum **P**ω: saevum **b** 48 tales *ex* -is **b**^{1} profundit μ 49 supprema **BQ** 49—55 *in* **f** *neumis instructi* 51 Nudus **P**ω: mutus *Imhofius* invisa *ex* -si **Q**^{1} 52 nunc ω: tunc **P** exul ego ω: exule **P** fugatus ω: -ris **P** 53 *om.* **BM**^{1} **LQ**^{1} (*add.* **Q**^{2} *mg.*) **Cfr**μ^1: *add.* **M**^{2} *mg.* Quandoquidem alius ac maior in frater ademptus: *add.* μ^2 *mg.* Non alius misero ac melior mihi frater ademptus est

nec iam sortitus veteres regnique nocentis
periurum diadema peto: quo gaudia tanti
empta mihi aut sceptrum, quod non tua dextera tradet?
ite, viri, solumque fero me linquite fratri:
nil opus arma ultra temptare et pergere mortes;
ite, precor; quid iam dabitis mihi denique maius?
Tydea consumpsi! quanam hoc ego morte piabo?
o socer, o Argi! et primae bona iurgia noctis,
alternaeque manus et longi pignus amoris
ira brevis; non me ense tuo tunc, maxime Tydeu, —
et poteras — nostri mactatum in limine Adrasti!
quin etiam Thebas me propter et inpia fratris
tecta libens, unde haud alius remeasset, adisti,
ceu tibimet sceptra et proprios laturus honores.
iam Telamona pium, iam Thesea fama tacebat.
qualis et ecce iaces! quae primum vulnera mirer?
quis tuus hic, quis ab hoste cruor? quae te agmina quive
innumeri stravere globi? num fallor, et ipse

TESTIMONIA 67 *Prisc.* GL II 591, 3 tibimet: Statius in VIIII Thebaidos: ceu tibimet . . . honores

---

54 Periurum Neciam **ν** sortitus (sorittus **C**) **ω**: -tos **P** nocentis **ω**: -tes **P** 55 Diadema **ν** quo *add.* **B**^{1} *mg.* 56 Dempta **D**: Dempta (empta *supra*) **ν** 57 solumque **ω**: totumque **P** linquate **L** 58 pergere **P**: perdere **ω** 59 magis (ius *supra*) **r** 60 hoc (*s. l.* **M**^{1}) **Pω** (*scil.* τὸ τὸν Τυδέα ἀποκτεῖναι): hunc **ς** *Barthius e coni.* 61 o (que *supra*) **Q**^{2}: oque **rς** 62 Alternaeque (*ex* -naque **Q**^{2}**M**^{2}**f**^{2}) **ω**: -naque **PBSLr** 63 tunc **ω**: tum **PS** 64 mactatum (ł mactasti *supra*) **Q**^{2}: mactasti *ex* -tatu *inter scribendum* **L**^{1}: mactare (-re *in ras.*) **f**^{2}: mactasti (-ct- *in ras.* **μ**, *fuitne* -cul?) **Dbμνς** limine **ω**: -te (*ex* -ne **D**^{1}) **PSD** 65 impia **P** 66 haud *ex* haut **P**^{c}: *ex* aut **B**^{1} remearet **C** 68. 69 *om.* **ν**^{1}, *add.* **ν**^{2} *mg.* 68 tacebat (i *supra*) **f**^{1} 69 Qualis (ł Quantus *supra*) **M**^{2} qualis! at ecce iaces **ς** *Barthius* mirer **Pω**: rimer *Schrader* 70 oste (h *supra*) **L**$^\sigma$ 71 Innumere (i *supra*) **f**^{1} num **Pω**: ni▒ **f**: ni **Dμ**: ni▒ (l) **ν** fallor et **Pω**: fallor an *Bentleius*: Pallas et *Garrodius.* et ipse *intellego* ipse quoque

invidit pater et tota Mars inpulit hasta?'
sic ait, et maerens etiamnum lubrica tabo
ora viri terget lacrimis dextraque reponit.
'tune meos hostes hucusque exosus, et ultra
sospes ego?' exuerat vagina turbidus ensem
aptabatque neci: comites tenuere, socerque
castigat bellique vices ac fata revolvens
solatur tumidum, longeque a corpore caro
paulatim, unde dolor letique animosa voluntas,
amovet ac tacite ferrum inter verba reponit.
ducitur amisso qualis consorte laborum
deserit inceptum media inter iugera sulcum
taurus iners colloque iugum deforme remisso
parte trahit, partem lacrimans sustentat arator.
    ecce autem hortatus Eteoclis et arma secuti,
lecta manus, iuvenes, quos nec Tritonia bello,
nec prope conlata sprevisset cuspide Mavors,
adventant; contra conlecta ut pectora parmae
fixerat atque hastam longe protenderat, haeret
arduus Hippomedon: ceu fluctibus obvia rupes,
cui neque de caelo metus et fracta aequora cedunt,

---

72 impulit **P**   73 etiamnūnç **Q**^{1} 74 terget *ω*: tergit **P**, *cf. Silv. 3, 1, 58. 5, 1, 163*; *etiam 3, 3, 7* tergē, *non* tergĕ dextraque **PS**: -amque *ω*   75 hostes: -e- *adras. in* **P**, *voluitne* hostis? lu^{t}cusque **b**^{2} exħosus **B**^{1} 76 vagina turbidus *et* 77 tenuiore *in spatio ampliore supplevit* **P**^{c} 79 Solat^{v}or **L**^{1} t^{u}imidum **b**^{2} 80 volun^{p}tas **Q**^{2}: -ptas **Cfr**ς   81 et tacite **Q**   82 ami^{s}so **f**^{1} 83 incoept^{v}om **L**^{1} 86 ≡etheoclis (h-) **b**   87 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**^{1} *mg.* nec **P***ω*: te *μ*   88 conlato *ex* -ta **P**^{1}: conlato **S**: collecta **f**   89 Adven^{it}ẹṛạṭ **f**^{2}: Adven^{tant}ẹṛạṭ **M**^{1} collecta **P***ω*: coniecta (conlata **B**^{1} *mg.*) **B**: coll^{ata}ẹc̣ṭạ **f**^{1}: collecta$^{ł collata}$ **M**^{1} conlecta^{coniecta} **D**: coniecta$^{ł n}$ **b**^{1} parma (-a *in ras.* **B**^{3}) **BLC**ς   90 hastam *ex* hostem **B**^{1} 91 flue^{c}ṇtibus *ν*^{2} 92 et fracta *ω*: effracta **PS**

stat cunctis inmota minis, fugit ipse rigentem
pontus et ex alto miserae novere carinae.
tunc prior Aonides — validam simul eligit hastam —:
'non pudet hos manes, haec infirmantia bellum
funera dis coram et caelo inspectante tueri?
scilicet egregius sudor memorandaque virtus
hanc tumulare feram? ne non maerentibus Argos
exequiis lacrimandus eat mollique feretro
infandam eiectans saniem! dimittite curam.
nullae illum volucres, nulla inpia monstra nec ipse,
si demus, pius ignis edat.' nec plura, sed ingens
intorquet iaculum, duro quod in aere moratum
transmissumque tamen clipei stetit orbe secundo.
inde Pheres acerque Lycus; sed cassa Pheretis
hasta redit, Lycus excelso terrore comantem
perstringit galeam: convulsae cuspide longe
diffugere iubae patuitque ingloria cassis.
ipse nec ire retro, nec in obvia concitus arma
exsilit, inque eadem sese vestigia semper
obversus cunctis profert recipitque, nec umquam
longius indulget dextrae motusque per omnes
corpus amat, corpus servans circumque supraque
vertitur. inbellem non sic amplexa iuvencum

115 **Σ** 10, 414 simili comparatione usus est etiam in animositate Hippomedontis, dum Tydei cadaver ab hostibus defensaret: inbellem ... tum primum .. mater

---

93 immota **P** mi(n)ṭis (timet) ẹṭ **L**[1] fugit **PS**: timet **ω** rigentem *ex* re- **f**[1] 94 ex **Pω**: illum **r** 95 eligit *Heinsius*: elicit **Pω**: eicit *Bernartius parum apte* 96 manus (e) **L**[1] 97 inspectante **ω**: insect- **P** 98 egreius **f** 99 nec non **μ** haerentibus (*i. integris*, *non dilaceratis*) .. reliquiis *Garrodius*, *quod vereor ne latinum non sit* argos **ω**: argis **P** 100 eṛat **b**[1] 101 eiectat **μ** dimittite *ex* -tere **C**[1] 102 impia **P** 103 pius **Pω**: inpius **b**: non pius **r** edet *ex* -at **b**[2] 106 pheret[erasure]is (*ex* pharetris **B**[1]) **BQ** 107 co[erasure](m)antem (n) **B**[1] 108 Perstringit **PDς**: Perstrinxit (Prestrincxit **B**: Pertrinxit **b**) **ω** longạe **P**: longae **Bfb** 112 cunctis **Pω**: cuneis *Heinsius* 115 imbellem **P**

infestante lupo tunc primum feta tuetur
mater et ancipiti circumfert cornua gyro;
ipsa nihil metuens sexusque oblita minoris
spumat et ingentesque imitatur femina tauros.
tandem intermissa iaculantum nube potestas
reddere tela fuit; iamque et Sicyonius Alcon
venerat auxilio, Pisaeaque praepetis Idae
turma subit cuneumque replent. his laetus in hostes
Lernaeam iacit ipse trabem, volat illa sagittis
aequa fuga mediumque nihil cunctata Politen
transabit et iuncti clipeum cavat improba Mopsi.
Phocea tum Cydona Tanagraeumque Phalanthum
atque Erycem, hunc retro conversum et tela petentem,
dum spes nulla necis, crinito a vertice figit;
faucibus ille cavis hastam non ore receptam
miratur moriens, pariterque et murmure plenus
sanguis et expulsi salierunt cuspide dentes.
ausus erat furto dextram eiectare Leonteus,
pone viros atque arma latens, positumque trahebat
prenso crine caput: vidit, quamquam undique crebrae,

---

124 *Serv.* Aen. 7, 817 myrtum, non hastam myrteam, sed ipsam myrtum. Statius: Lernaeam iacit ille trabem 132 *Prisc.* GL II 541, 3 (*propter perfectum* salii) Statius tamen in VIIII Thebaidos: excussi . . dentes

---

116 tunc **P**: tum *ω*: cum **SL**$^{\sigma}$**N**$\mu\nu\varsigma$ tue▒tur **Q** (n) 121 ▒iamque (iam *eras.*) **P**: namque *ω* sicạonius **L**[1] 122 pisaeaque *ω*: pisaeque et **P**ς: pisaeque et **D** (pisaeaque *supra*) 123 Turma *ω*: Turba **PSDfb**: Turba **M**[1] (ɫma *supra*): Turma ν^2 (ɫb *supra*) replet **QC** his *ω*: ▒is (h) **P** laetus **P**: fretus *ω* hostem **Q** 124 iacit *ω*: iacet **P** 125 fuga▒ (-m) **P** 126 Transabịit **P**[1]: Transhabi▒ (-it) **N** mobsi **PBQMfCb** 127 tum **PD**: tunc (tẹạm r, u *supra*) *ω* phalantum **P**: -tem ν 128 ercem b conversạm (u *supra*) **f**[1] 129 ducis (ne *supra*) **Q**[1] cri~~men~~nito **b**[1] 132 excussi *Prisc.* ς, *cf. Hermes 40 (1905) p. 343 adn. 2* 133 eiectare (*sc. e latebris*) **PN**: iniectare (iniac- **L**) *ω*

Hippomedon, ante ora minae, saevoque protervam
abstulit ense manum; simul increpat: 'hanc tibi Tydeus,
Tydeus ipse rapit; post et confecta virorum
fata time magnosque miser fuge tangere manes!'
ter Cadmea phalanx torvum abduxere cadaver,
ter retrahunt Danai: Siculi velut anxia puppis
seditione maris nequiquam obstante magistro
errat et averso redit in vestigia velo.
non ibi Sidoniae valuissent pellere coepto
Hippomedonta manus, non illum inpacta moverent
tormenta oppositum, formidatique superbis
turribus inpulsus temptato umbone redissent.
sed memor Elysii regis noxasque recensens
Tydeos in medios astu subit inpia campos
Tisiphone: sensere acies subitusque cucurrit
sudor equis sudorque viris, quamquam ore remisso
Inachium fingebat Halyn, nusquam inpius ignis
verberaque, et iussi tenuere silentia crines.
arma gerit iuxtaque feri latus Hippomedontis
blanda genas vocemque venit, tamen ille loquentis
extimuit vultus admiraturque timorem.

---

142 *Pomp.* GL V 306, 13 Statius demens dixit: seditione[m rogi] maris (rogi *om. cod. Paris. Sang. 1179 m.*[1])

---

137 incr^{e}pat (p *ex* b) f² ≡deus **L** 140 adduxere **Cf** to^{u}rum f² 141 retrahunt (-r- *ex* -h- **Q**¹) **Q**: retraunt **L**: rethraunt b puppis *ex* -es **Q**¹ 142 nequaquam **N** (a ∼ ic) maistro **L** 143 Errat *ex* -et **Q**¹ ^{d}averso ν^2: adverso **C**ς velo ω: telo **P** 144 pelle re cepto **M**¹ 145 Hippomedont^{a}e **P**ᶜ inpacta ω: intacta **P** 146 Torment^{a}≡ **Q**¹: -ta *ex* -to f² obpositum f 147 impulsus **P**: -is μ 148 *versus in* **P** *primus folii 39*ᵇ *vix perspicitur* retexens *Heinsius* 149. 150 *in* **M**¹ *spatio unius versus scripti* 149 impia **P** camp^{o}is **B**¹ 150 Tesi- **QC** ^{cu}incurrit ν^2 152 fi^{n}≡gebat f¹: simulabat **N**ς halym **M**: halim f: alyn **Q**: alin r impius **P** 155 Planda f

illa autem lacrimans 'tu nunc' ait, 'inclyte, frustra
exanimes socios inhumataque corpora Graium —
scilicet is nobis metus, aut iam cura sepulcri? —
protegis; ipse manu Tyria tibi captus Adrastus
raptatur, teque ante alios, te voce manuque
invocat; heu qualem lapsare in sanguine vidi,
exutum canos lacero diademate crines!
nec procul hinc, adverte oculos: ubi plurimus ille
pulvis, ubi ille globus.' paulum stetit anxius heros
librabatque metus; premit aspera virgo: 'quid haeres?
imus? an hi retinent manes, et vilior ille
qui superest?' miserum sociis opus et sua mandat
proelia et unanimi vadit desertor amici,
respiciens tamen et revocent si forte paratus.
inde legens turbata trucis vestigia divae
huc illuc frustra ruit avius, impia donec
Eumenis ex oculis reiecta caerula parma
fugit et innumeri galeam rupere cerastae.
aspicit infelix discussa nube quietos
Inachidas currumque nihil metuentis Adrasti.
    et Tyrii iam corpus habent, iam gaudia magnae
testantur voces, victorque ululatus aderrat
auribus occultoque ferit praecordia luctu.
ducitur hostili — pro dura potentia fati! —
Tydeus ille solo, modo cui Thebana sequenti

---

157 tu nunc Pω: $\overset{nunc}{nunc}$ μ^2 159 is ω: his **PB** (*quod non recte defendit Imhofius*): ⁞is b sepulchri **P** 160 tibi captus **P**: captus (iam *s. l. add.* B^1) **BQLN**: iam captus ω: $\overset{iam}{\underline{tibi}}$ c. ν^2: $\overset{iam\ captus}{captatus}$ **D**: captatus **C** 161 Raptatur (ur *in ras.*) f^2 164 hinc ω: hic **P** advertere L^1 ubi proximus ille μ: est ille ubi primus r 168 $\overset{a}{mandet}$ Q^1: mandat *ex* mu- L^1 169 $\overset{r}{deserto}$ P^1 170 paratus (a *altera aperta*) **P** 171 trucis *ex* -es P^1 173 reiecta⁞ **P** 174 $\overset{n}{inumeri}$ Q^2 176 Inachides f 178 hululatus **B** aderrat ω: aberrat **P**: $\overset{ob}{aberrat}$ **D**: ob- ς *vulgo* 180 dura fati B^1

agmina, sive gradus seu frena effunderet, ingens
limes utrimque datus; numquam arma manusque quiescunt,
nulla viri feritas: iuvat ora rigentia leto
et formidatos inpune lacessere vultus.
hic amor, hoc una timidi fortesque secuntur
nobilitare manus, infectaque sanguine tela
coniugibus servant parvisque ostendere natis.
sic ubi Maura diu populatum rura leonem,
quem propter clausique greges vigilantque magistri,
pastorum lassae debellavere cohortes:
gaudet ager, magno subeunt clamore coloni,
praecerpuntque iubas inmaniaque ora recludunt
damnaque commemorant, seu iam sub culmine fixus
excubat, antiquo seu pendet gloria luco.
  at ferus Hippomedon quamquam iam sentit inane
auxilium et seram rapto pro corpore pugnam,
it tamen et caecum rotat inrevocabilis ensem,
vix socios hostesque, nihil dum tardet euntem,
secernens; sed caede nova iam lubrica tellus
armaque seminecesque viri currusque soluti
impediunt laevumque femur, quod cuspide fixum
regis Echionii, sed dissimulaverat ardens,

---

182 gradus seu **Prb***μ*: graduseu **B**: gradu^s^seu Q^2: gradu seu *ω*: gradum seu **LD***ν* frena *ex* fratena B^1 183 utri^m^que (-i^n^que Q^2B^3: -ique b^1) *ω*: uterque *ex* utrumque P^r: utrumque *ν* numquam **P**: nusquam *ω*: numquam (nusqm *supra*) **D** arma *om.* **r** quiescit **C** 184 ora⁞ (l) P^1 185 lacescere **b** 186 huc **C** uni (a *supra*) Q^1 187 *om.* $BS^1QM^1f\mu^1$ (*add.* $S^2M^2\mu^2$) Nobilitare (de *supra*) **D**: Debilitare (-te *μ*) **N***μς*: Debilitare (No *supra*) S^2: Mobilitare **L** infestaque *μ* 188 *om.* L^1, *add.* L^1 *mg.* 189 leonem *ex* -um Q^2 191 debellavere *ex* -ab- P^1: larere (ve *supra*) B^1 193 imaniaque (n *supra*) b^2 196 quamquam *om.* **P** *sine lac.* sensit **D** 198 caecum **P***ω*: totum *μ* inrevocabilis (in- *in ras.*) **C** 199 hostemque **Lf** 201 soluti *ω*: secuti **P** 202 quod **P***ω*: pro **r** 203 sed PS^1: seu *ω*

sive ibi nescierat. maestum videt Hoplea tandem;
Tydeos hic magni fidus comes et modo frustra
armiger alipedem prona cervice tenebat
fatorum ignarum domini solumque frementem,
quod vacet inque acies audentior ille pedestres.
hunc aspernantem tumido nova pondera tergo —
unam quippe manum domitis expertus ab annis —
corripit adfaturque: 'quid o nova fata recusas,
infelix sonipes? numquam tibi dulce superbi
regis onus; non iam Aetolo satiabere campo
gaudentemque iubam per stagna Acheloia solves.
quod superest, caros, i, saltem ulciscere manes
aut sequere, extorrem ne tu quoque laeseris umbram
captivus tumidumque equitem pos Tydea portes.'
audisse accensumque putes: hoc fulmine raptum
abstulit et similes minus indignatur habenas.
semifer aeria talis Centaurus ab Ossa
desilit in valles, ipsum nemora alta tremiscunt,
campus equum. trepidi cursu glomerantur anhelo
Labdacidae, premit ille super, necopinaque ferro
colla metens linquit truncos pos terga cadentes.
    ventum erat ad fluvium; solito tunc plenior alveo —
signa mali — magna se mole Ismenos agebat.

---

204 Seu (*ex* Sive **L**$^{\sigma}$) **LNr**ς   206 alipeden **Q**   207 fre-^{m}quentem **Q**^{1} 208 vacet *ex* iac- **Q**^{1} aud≡entior **f**   209 t^{v}imido **B**^{1}**Q**^{1}**g**^{2}: timido **Cbf**ν   210 ar^{nnis}mis **M**^{1} 211 affaturque **P**   -que *om.* **N**   fata **P**ς: iussa ω   212 *om.* **f**, *add.* **f**^{1} *mg.*   numquam **P**: nus- ω ^{t}ubi **P**^{1} 213 aetholo non iam **C**   satiabere *ex* -ve- **P**^{1}: spatiabere *Bentleius*   214 aceloia **P**   215 i *add.* **B**^{3}: *om.* **b**   216 Aut *ex* Aux **P**^{1} ne **g**^{1} *Koestlinius*: ^{ne}neu **D**: neu **P**ω   umbram (*sc. Tydeos*) ω: umbras **P**   217 tumid^{u}emque **Q**: timidumque ς, *sed cf. Vollmer 1896 p. 34*   post tydea **P**   220 Semivir (-vir *in ras.*) **fg**^{1} *mg.*   aera^{ria} **B**^{1} centaurus talis **D**   221 val^{l}es **L**^{1} 223 Lapdaci^{d}ae **f**^{2} necopina^{que} **P**^{1} 224 ^{l}inquit **P**^{1} 226 ismenos ω: -nus **P**

illa brevis requies, illo timida agmina lassam
de campis egere fugam; stupet hospita belli
unda viros claraque armorum incenditur umbra.
insiluere vadis, magnoque fragore solutus
agger et adversae latuerunt pulvere ripae.
ille quoque hostiles saltu maiore per undas
inruit attonitis — longum dimittere habenas —,
sicut erat, tantum viridi defixa parumper
caespite populeo conmendat spicula trunco.
tunc vero exanimes tradunt rapientibus ultro
arma vadis: alii demissa casside, quantum
tendere conatus animae valuere sub undis,
turpe latent; multi fluvium transmittere nando
adgressi, sed vincla tenent laterique repugnat
balteus et madidus deducit pectora thorax.
qualis caeruleis tumido sub gurgite terror
piscibus, arcani quotiens devexa profundi
scrutantem delphina vident; fugit omnis in imos
turba lacus viridisque metu stipantur in algas;
nec prius emersi, quam summa per aequora flexus
emicet et visis malit certare carinis:
talis agit sparsos mediisque in fluctibus heros
frena manu pariter, pariter regit arma, pedumque

230 *Prisc.* GL II 541, 5 (*agitur de perfecti forma* salui *et* salii) in eodem: insiliere ... agger (*cf. ad v. 132*)

227 lassum (a *supra* u) f²: lapsam **N** 228 stupet *ω*: stat et **P** 229 claroque ... auro *Kochius 1865 p. 10* 230 Insiliere *Prisc.* ς, *cf. ad 9, 132* 231 latuerunt *ex* pa- **Q**¹ 235 commendat **P**: -dit (a *supra* i) f¹ (it *supra*) 237 demissa **PNC**ς: di- *ω* 238 Tende *frg. Werd.* 240 uncla (i *supra* u; i *et* cl *in ras.* **B**³) **B**: iunda (vincla *supra*) *ν*² repugna≡t (n) **P**: repugnant f¹ 241 deducitnt **L**¹ 242 timido (v *supra*) **P**¹ 243 archano *ex* -ni **P**ᶜ profundi *ω*: -do **P** 244 delfina **P** fugit ... imos *add.* **P**ᶜ 245 viridesque **P**: viridisque (-r- *ex* -d- **Q**¹) **Q** meu (t *supra*) **P**¹ stipatur **C**r*ν* 247 carnis (i *supra*) **B**³ 248 agit *ex* -at **C**¹ 249 gerit **C**
pedumque .. equus **P***ω*: pedum se (quem *Housmanus*)

remigio sustentat equum; consuetaque campo
fluctuat et mersas levis ungula quaerit harenas.
sternit Iona Chromis, Chromin Antiphos, Antiphon Hypseus,
Hypseus Astyagen evasurumque relicto
amne Linum, ni fata vetent et stamine primo
ablatum tellure mori. premit agmina Thebes
Hippomedon, turbat Danaos Asopius Hypseus:
amnis utrimque timet, crasso vada mutat uterque
sanguine, et e fluvio neutri fatale reverti.
iam laceri pronis volvuntur cursibus artus
oraque et abscisae redeunt in pectora dextrae,
spicula iam clipeosque leves arcusque remissos
unda vehit, galeasque vetant descendere cristae:
summa vagis late sternuntur flumina telis,
ima viris; illic luctantur corpora leto,
efflantisque animas retro premit obvius amnis.
   flumineam rapiente vado puer Argipus ulmum
prenderat, insignis umeros ferus ense Menoeceus
amputat; ille cadens, nondum conamine adempto,

. . equus *Jortinus contra sensum non minus quam contra metricam Stati* 251 habenas **C** *frg. Werd.*: harenas *ex* hab- M^1 252 crhomin (o *s. l.*) **B**: cromin **fb**: crimin M^1 antyphus *ex* -as *vel* -os P^c antiphon *add.* M^1 *s. l.* 253 astyacen **P**: astragen **Lf**: astiager *frg. Werd.* 254 limum **r** ni *in ras.* f^2 fata *s. l.* b^2 et **PD**: e *ω* 255 thebes (*ex* -as *frg. Werd.*) *ω*: -is **P** 257 utrimque **P**: -umque *ω* 258 et e **PDCf**: et *ω*: et a *μ*: de *ν*: et est **r**: sed **N** neutri *ω*: neutris **P** 259 //volvuntur /pronis P^1 ł curribus *frg. Werd. mg.* 260 abcisae **Qf** pectare (ora *s. l.*) **r** dextras (e *s. l.*) P^1 261 *prius* -que *om.* **f** 262 descendere *ex* disc- P^c 263 sternuntur *ω*: sper- **P** flumina *ω*: fulmina **P** 264 Ima *ω*: Arma **P** illic (-uc **b**) luctantur (-atur, n *s. l.*, Q^1) *ω*: illi cunctantur **P** 265 Efflantesque **P**: efflandosque *Imhofius* 266 Fulmineam **Cb** rapient (e *s. l.*) P^1 Argipus *Kohlmannus*: argypus **P**: argypus L^1: argiphus (*vel* -gy-) *ω*: aryphus **f** 267 insignes **P** armos *Schrader* menoechus **B**: -nechus (e *s. l.*) Q^1f^1

truncus in excelsis spectat sua bracchia ramis.
Hypseos hasta Tagen ingenti vulnere mersit,
ille manet fundo, rediit pro corpore sanguis.
desiluit ripis fratrem rapturus Agenor
heu! miser et tenuit, sed saucius ille levantem
degravat amplexu: poterat resolutus Agenor
emersisse vadis, piguit sine fratre reverti.
surgentem dextra Capetum vulnusque minantem
sorbebat rapidus nodato gurgite vertex;
iam voltu, iam crine latet, iam dextera nusquam,
ultimus abreptas ensis descendit in undas.
mille modis leti miseros mors una fatigat.
induit a tergo Mycalesia cuspis Agyrten;
respexit: nusquam auctor erat, sed concita tractu
gurgitis effugiens invenerat hasta cruorem.
  figitur et validos sonipes Aetolus in armos,
exiluitque alte vi mortis et aera pendens
verberat; hau tamen est turbatus flumine ductor,

---

269 brachia **P** 270 Hypseus **P** tagen **P**ς: sagen ω merit (s ssc.) f[r] 272 *in* **K** *post 274* Desiluit *ex* Disi- f[1]: Dissi- **M** 273. 274 *om.* f[1], *add.* f[2] *mg.* 275 Emessisse (-e- *ex* -i- **B**[1]) **B** piguit **P**: puduit ω 276 capetum **P**: caletum (*vel* cha- *vel* -th-) ω: caplethum (p *del.* **B**[3]) **B**b: ca⁝letum *frg. Werd.* 277 rapidis **C** nodato (*ex* not- **Q**[1]ν[2]) **QN**ν: nudato **P**Σ[1] *frg. Werd. mg.*: notato ω: notato (montano) **K**[2]: notato (nudato) f[2]: notato (d) b[1]r[1]: modato (ut) **D**: motato **C**: vadato *ex* natatu (ł undanti *sscr.* **S**[2]) **S**[2] vortex (*ex* ve- **P**[r]**M**[1]**Q**[2]ν[2]) **PM QN**[2]μν: vertex *ex* vi- **Q**[1] 278 *om.* b[1], *add.* b[1] mg. voltu (v) **B**[1]: vultu **P** 279 abreptas (quia dexteras *sscr.* **P**[r]) **P**: -rup- (-b- f) ω ensi **P** in undas ω: ad umbras **P**: ad (in) undas **D** 280 misero leti r 281 at ergo **B**f milesia f agyrtem b[1] (-rt- *an* -st- *dubium*) 282 actor b 284 sonipes validos **D** etnalidos (v) **M**[1]: et validis f aetholus **P**[1] armis **M**[1]: armis (o) f 285 aera *ex* -re b[1] 286 Verberat *ex* Verv- **P**[1] hau[d] **P**[r]: haud ω flumine ω: fulmine **P**: fulmine (ł flu) **M**[1]: fu⁝mine (l) f[1] doctor r

sed miseratur equum, magnoque ex volnere telum
exuit ipse gemens et sponte remisit habenas.
inde pedes repetit pugnas gressuque manuque
certior, et segnem Nomium fortemque Mimanta
Thisbaeumque Lichan Anthedoniumque Lycetum
continuat ferro geminisque e fratribus unum
Thespiaden; eadem poscenti fata Panemo:
'vive superstes' ait, 'diraeque ad moenia Thebes
solus abi, miseros non decepture parentes.
di bene, quod pugnas rapidum deiecit in amnem
sanguinea Bellona manu: trahit unda timentes
gurgite gentili, nuda nec flebilis umbra
stridebit vestros Tydeus inhumatus ad ignes;
ibitis aequoreis crudelia pabula monstris,
illum terra vehit suaque in primordia solvet.'
sic premit adversos et acerbat vulnera dictis
ac nunc ense furit, nunc tela natantia captans

---

294 *Prisc.* GL II 176, 19 (*de singulari* Thebe) Statius in VIIII (*var.* VIII) Thebaidos: vire . . solus abi 299 *Prisc.* GL II 521, 15 (*de verbo* stridēre) idem in VIIII: stridebit . . ignes

---

287 miseratus r ex **PD**: e *ω* vulnere *ex* vo- **P**^{c}: vo^{v}lnere **M**^{1} telum *in ras.* f^1 (ductor?) 289 gressu⁞que **f**: -usque **C** 290 mimanta **BD**: mi^{v}na^{n}ta (^{v} *scr.* **P**^{c}) **P**: minanta (*ex* -tem *frg. Werd.*: -tem b) *ω* 291 Thisbaeumque ς *Gronovius*: Thebaeumque *ω*: Thebanumque *ex* -baeumque **P**^{c}: Phebeumque **M**$^\sigma$ (ł the): Phebe^{i}umque **f** lycheum *ex* lychetum **P**^{c}: liceum **Cf** 292 Continuat *ω*: Consinuat **P**, *cf. 12, 745* -que *s. l.* **f**^{1} 293 panhemo *vel* panhaemo **P***ω*, *sed Boeotio nomen Πάνημος aptius* 295 miser⁞os **P** 297. 296 *ν*^{1}, *invertit ν*^{2} 296 deiecit *ω*: delegit **P**: delegit (proiecit) **D** 298 unda (umbra) **N**: unda umbra b^1 299 nechumatus (in) **M**^{1}: nechumatus **f** 300 aequoreis *ex* -os **B**^{1} mo^{n}stris **L**^{1} 301 solvet **PD**: -it *ω* 302 et a⁞ce^{r}bat **B**^{1}: et ace^{r}bat **Q**^{1}: et arcebat (acerbat) **M**^{1}: arcebat **f** 303 Ac *ω*: At **PLN**ς: Et *ex* At b^2 furit *ex* fruit b^2: fe^{v}rit **M**^{1}: ferit **L** captans **P**ς: raptans (*ex* ca- **B**^{1}) *ω*

ingerit: innuptae comitem Therona Dianae,
ruricolamque Gyen cum fluctivago Ergino,
intonsumque Hersen contemptoremque profundi
Crethea, nimbosam qui saepe Caphereos arcem
Euboicasque hiemes parva transfugerat alno.
quid non fata queant? trasiectus pectora ferro
volvitur in fluctus, heu cuius naufragus undae!
te quoque sublimi tranantem flumina curru,
dum socios, Pharsale, petis, resupinat ademptis
Dorica cuspis equis; illos violentia saevi
gurgitis infelixque iugi concordia mergit.
 nunc age, quis tumidis magnum inclinaverit undis
Hippomedonta labor, cur ipse excitus in arma
Ismenos, doctae nosse indulgete sorores:
vestrum opus ire retro et senium depellere famae.
gaudebat Fauno Nymphaque Ismenide natus
maternis bellare tener Crenaeus in undis,
Crenaeus, cui prima dies in gurgite fido
et natale vadum et virides cunabula ripae.
ergo ratus nihil Elysias ibi posse Sorores,

---

304 Ingemit *ex* Ingerit **P**^{c} therona (in th- **C**: thorana **Q**) ω: herona **P**: pherona **S** 305 gyen **P**: gyan (gigan μ) ω tum **C** ergino **B**^{1}**LN**: hergyno **P**: hergino **Mf**: engino **KS**: erigino **B**^{3}**C**μν: -que erigino **rb**: herigino **D**: erino **Q**: Eriguno *Bentleius* 306 hersem **f** 307 Crethea (-a *videtur additum a* **P**^{c}) **P** 308 Eub^{o}icasque **B**^{1}: -boeas- **C** pr^{ar}ava **L**$^{\sigma}$ tranfugerat **b** 310. 309 **b**, *sed ordo restitutus a* **b**^{1} 309 trasiectus **P**: traiectus ω 311 sublim^{mi}▒ **Q**^{1} tranantem **P**: transnω: tra▒n- μ 312 s^{oci}evos **Q**^{1} 315 t^{v}imidis **L**^{1} inclinaverit undis ς *Klotzius*: inclinavit in undis (-avit in undis *add.* **P**^{r}) **P**: expugnaverit (-at **KN**: -a^{i}t **f**) undis ω: inclinarit in u. *Baehrens*, *sed tunc scribendum erat* tumidas . . . in undas 316 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**$^{\sigma}$ *mg.* excitus ω: exiti▒s **P** 317 indulgete ω: -e^{t}re **P**^{r}: -ere **S**μ 318 depellere **PBCb**ς: defendere ω: depellere^{defendere} **D**: def<u>endere</u>^{pellere} **f**^{1} 322 E^{t} **f**^{r} virid^{e}is **M**^{1} c^{v}onabula **P**^{c}

laetus adulantem nunc hoc, nunc margine ab illo
transit avum, levat unda gradus, seu defluus ille,
sive oblicus eat; nec cum subit obvius, ullas
stagna dedere moras pariterque revertitur amnis.
non Anthedonii tegit hospitis inguina pontus
blandior, aestivo nec se magis aequore Triton
exerit, aut carae festinus ad oscula matris
cum remeat tardumque ferit delphina Palaemon.
arma decent umeros, clipeusque insignis et auro
lucidus Aoniae caelatur origine gentis.
Sidonis hic blandi per candida terga iuvenci,
iam secura maris, teneris iam cornua palmis
non tenet, extremis adludunt aequora plantis;
ire putes clipeo fluctusque secare iuvencum.
adiuvat unda fidem pelago nec discolor amnis.
tunc audax pariter telis et voce proterva
Hippomedonta petit: 'non haec fecunda veneno
Lerna, nec Herculeis haustae serpentibus undae:
sacrum amnem, sacrum — et miser experiere! — deumque
altrices inrumpis aquas.' nihil ille, sed ibat
comminus; opposuit cumulo se densior amnis
tardavitque manum, vulnus tamen illa retentum

324 adhulantem B 326 oblicuus P 327 Stanga (n *supra*) f^1 (the *supra*) amnis *ex* -es M^1 328 antethedonii (·s· glauci *supra*) P^r (*natum ex* anted-) hospitis (glauci *sscr. et eras.* P^r) P 330 *om.* b^1, *add.* b^1 *mg.* festivus f: festinat *Imhofius inutiliter* 332 umeros (·s· cren *supra*) P^r cli[illegible]peumque (p) f 334 Sidoniis P^r blandi (-i *in ras.*) C: blandi[illegible] (s) L terga Pω: colla D 335 palmis (ł plantis *supra*) L$^\sigma$ 336 tenet (r *supra*) Q^1: timet (-im- *in ras.*) μ^1 extremi[illegible]s Q 337 puteo (clipeo *supra*) b^2 338 Adiuva (t *supra*) B^1 nec Pω: non NΣ 340 Hippomedonte (a *supra*) M^1 341 hastae C 342 et Pω: o *in ras.* μ (*fuit* et) 343 irrumpi[illegible] Q^1: inrumpit *ex* -is L^1: inrupis *ex* -it M^2: irrūpūit f^1: inrupit N r b ν 344 obposuit f: exp- b sed Nμ: set (e *supra*) ν^2 densior *ex* dempsior b 345 ille *ex* -a f^2 re[illegible]entum (t *supra*) (c) Q^1: cruentum C

pertulit atque animae tota in penetralia sedit.
horruit unda nefas, silvae flevistis utraeque,
et graviora cavae sonuerunt murmura ripae.
ultimus ille sonus moribundo emersit ab ore:
'mater!' in hanc miseri ciciderunt flumina vocem.
at genetrix coetu glaucarum cincta sororum
protinus icta malo vitrea de valle solutis
exiluit furibunda comis, ac verbere crebro
oraque pectoraque et viridem scidit horrida vestem.
utque erupit aquis iterumque iterumque trementi
ingeminat 'Crenaee' sono: nusquam ille, sed index
desuper, a miserae nimium noscenda parenti,
parma natat; iacet ipse procul, qua mixta supremum
Ismenon primi mutant confinia ponti.
fluctivagam sic saepe domum madidosque penates
Alcyone deserta gemit, cum pignora saevus
Auster et algentis rapuit Thetis invida nidos.
mergitur orba iterum, penitusque occulta sub undis
limite non uno, liquidum qua subter eunti
lucet iter, miseri nequaquam funera nati
vestigat, plangitque tamen; saepe horridus amnis
obstat, et obducto caligant sanguine visus.

---

354 *Prisc.* GL II 516, 20 (*propter perfectum* scidit) Statius in VIIII (*var.* VIII *et* VII) Thebaidos: oraque . . vestem

---

347 illa (unda *sscr.*) **b**[1] ut▒que (tre *sscr.*) **P**[r] 348 cavae **f**[1] *in ras.* 350 flumina *ex* fla- **P**[c] 351 claucarum **f** c▒incta **f** 352 igta **N** vitrea▒ **P** solutus **b** 355 [e]rupit **P**[1]: erūpit (¯ *add.* **v**[2]) **v** aquas **Q** iterum iterumque **N** 357 *om.* **b**[1], *add.* **b**[1] *mg.* Desuperha (-h- *add.* **P**[r]) **P** mmium (ni *sscr.*) miserae **Q**[2] 358 mixtra **Q**: *om.* **f**[1]: parte *sscr.* **f**[1] suppremum **B** 359 Ismenum (-menum *in ras.*) **f**[1] 360 validosque **b** 361 saevis (v *sscr.*) **L**[1] 362 A▒ster (u) **Q** algentes **P** 365 nequaquam (i *sscr.*) **b**[2] *post* 365 *initia versus cuiusdam erasa in* **B** 366 hordus (i *sscr.*) **f**[1] 367 obdocto (v *sscr.*) **P**[c]

illa tamen praeceps in tela offendit et enses
scrutaturque manu galeas et prona reclinat
corpora; nec ponto submota intrarat amaram
Dorida, possessum donec iam fluctibus altis
Nereidum miserata cohors ad pectora matris
inpulit. illa manu ceu vivum amplexa reportat
insternitque toris riparum atque umida siccat
mollibus ora comis, atque haec ululatibus addit:
'hoc tibi semidei munus tribuere parentes
nec mortalis avus? sic nostro in gurgite regnas?
mitior haec misero discors alienaque tellus,
mitior unda maris, quae iuxta flumina corpus
rettulit et miseram visa expectasse parentem.
hinc mei vultus? haec torvi lumina patris?
hi crines undantis avi? tu nobile quondam
undarum nemorumque decus, quo sospite maior
diva et Nympharum longe regina ferebar.
heu ubinam ille frequens modo circa limina matris
ambitus orantesque tibi servire Napaeae?
cur nunc te, melius saevo mansura profundo,
amplexu misero tumulis, Crenaee, reporto
non mihi? nec tantae pudet heu miseretque ruinae,
dure parens? quae te alta et ineluctabilis imo

---

369 reclinat (n *superscr.*) (-li- *non satis perspicue*) $\mathbf{P}^1$: reclinat *sscr.* $\mathbf{P}^r$ 370 summota **P** intrarat amaram *Klotzius*: intrabat amaram **ω**: intraverat arma **P** 371 posse(s)sum $\mathbf{f}^r$: posessum **μ**: possesum **ν** 372 (o)chors $\mathbf{f}^1$ 375 *om.* $\mathbf{L}^1$, *add.* $\mathbf{L}^1$ *mg.* atque **Pω**: tunc atque $\mathbf{M}^1$ ululatibus **ω**: -antibus **P** 377 Ne^c $\mathbf{P}^1$ sic **ω**: si **P** 378 *om.* **ω** (*add.* $\mathbf{S}^2\boldsymbol{\nu}^2$), *habent* **PDN**; $\mathbf{b}^1$ *mg. add.* Mitior unda maris discors alternaque tellus 380 Retulit **P** Retulit *ex* Praetulit $\boldsymbol{\nu}^2$ expectare **C** 381 patria(s)e $\mathbf{P}^1$ 383 quos hospite $\mathbf{P}^1$: quo sospite *ex* quos ho- $\mathbf{f}^2$ 384 ferebar *ex* -am $\mathbf{B}^3$ 385 Heu **PLSKNrμ**: Heus (*ex* Heu $\boldsymbol{\nu}^2$) **ω** limina *ex* lu- $\mathbf{Q}^1\mathbf{C}^2$ matris **ω**: fratris **P** 386 servare **C** napa(e)e $\mathbf{f}^1$: nep(a)aeae $\mathbf{b}^1$ 387 mansura **Pω** (*i. quae melius mansissem*): mansure *Baehrens* (*i. qui melius mansisses*) *fortasse recte* 388 tumul[illegible]is **f**

condidit amne palus, quo nec iam cruda nepotis
funera, nec nostri valeant perrumpere planctus?
ecce furit iactatque tuo se in gurgite maior
Hippomedon, illum ripaeque undaeque tremiscunt,
illius inpulsu nostrum bibit unda cruorem:
tu piger et trucibus facilis servire Pelasgis.
ad cineres saltem supremaque iusta tuorum,
saeve, veni, non hic solum accensure nepotem.'
his miscet planctus multumque indigna cruentat
pectora, caeruleae referunt lamenta sorores:
qualiter Isthmiaco nondum Nereida portu
Leucothean planxisse ferunt, dum pectore anhelo
frigidus in matrem saevum mare respuit infans.
  at pater arcano residens Ismenos in antro,
unde aurae nubesque bibunt atque imbrifer arcus
pascitur et Tyrios melior venit annus in agros,
ut lamenta procul, quamquam obstrepit ipse, novosque
accepit natae gemitus, levat aspera musco
colla gravemque gelu crinem, ceciditque soluta
pinus adulta manu dimissaque volvitur urna.
illum per ripas annoso scrupea limo

---

391 nec iam **D**ς: nec tam **P**: iam nec ω *fortasse recte* 393 $\overset{t}{\text{ṣuo}}$ **b**^{2} $\overset{in}{\text{gurgite}}$ **B**^{1}**L**$^{\sigma}$: gurgite **b** 394 tremiscunt *ex* -escunt **P**^{1} 397 saltem *ex* -im **B**^{1}: -im **C** suppremaque **Bfb** $\overset{ł\,busta}{\text{iusta}}$ **r**: $\overset{iusta}{\text{busta}}$ **f**^{2}: busta **LDCb** 398 Sepe **C** $\overset{v}{\text{accensere}}$ **L**$^{\sigma}$: $\overset{ł\,ers}{\text{accensure}}$ **r**: ac tensure **b** 399 $\overset{i}{\text{mescet}}$ ν^{2} cruentat ω: -tant **P** 401 nondum *s. l.* μ^{2} $\overset{h}{\text{istmiaco}}$ **B**^{1} nereida ω: nereia (-egia **L**) **PLr**μν 402 Leucothoan *ex* -thean **P**^{r}: $\overset{o}{\text{Leucathean}}$ **f**^{1}: Leucotheam **LCr** planǿxisse **P**^{1} 405 $\overset{m}{\text{inbrifer}}$ **Q**^{1}: inbrifer **L** 406 ·/·venit ·/·melior ·/·annus **P**^{1} 407 quanquam **P** obstrepit ω: strepit **P**; *illud ex Stati usu est, cf. Theb. 11, 247. 383 Silv. 2,2,199. 3,2,4; aliter Theb. 1, 516. 4,95. 7,51 Silv. 1,1,63* 408 natoae **P**^{1} gemitus natae **b** $\overset{v}{\text{lebat}}$ **P**^{1} $\overset{v}{\text{mosco}}$ **L**$^{\sigma}$ 409 gelu *om.* **f**^{1} *sine lac.*, unda *s. l.* **f**^{r} ceciditque ω: occi- **P**: ^{ce}ci- ν^{1} 411 annoso ω: -sa **P** $\overset{v}{\text{scripea}}$ **L**$^{\sigma}$

ora exertantem silvae fluviique minores
mirantur: tantus tumido de gurgite surgit,
spumosum attollens apicem lapsuque sonoro
pectora caeruleae rivis manantia barbae.
obvia cognatos gemitus casumque nepotis
Nympharum docet una patrem monstratque cruentum
auctorem dextramque premit: stetit arduus alto
amne, manuque genas et nexa virentibus ulvis
cornua concutiens sic turbidus ore profundo
incipit: 'huncne mihi, superum regnator, honorem,
quod totiens hospesque tuis et conscius actis —
nec memorare timor — falsa nunc inproba fronte
cornua, nunc vetitam currus deiungere Phoeben,
dotalesque rogos deceptaque fulmina vidi
praecipuosque alui natorum? an vilis et illis
gratia? ad hunc certe repsit Tirynthius amnem,
hac tibi flagrantem Bromium restinximus unda.
aspice, quas fluvio caedes, quae funera portem,
continuus telis alioque adopertus acervo.
omne vadum belli series tenet, omnis anhelat
unda nefas, subterque animae supraque recentes
errant et geminas iungunt caligine ripas.
ille ego clamatus sacris ululatibus amnis,
qui molles thyrsos Baccheaque cornua puro

412 fluv^{i}ique f^{r} 413 *post* 414 **P** 413 tantus ω: -um **P** tumulo **L** 415 m^{a}inantia **L**$^{\sigma}$ 416 cas|umque (s) f 418 dextramque^{dextra} **D** 419 ulvis *ex* ulnis **P**^{1}: ulm^{i}s **B**^{1}: ulmis ω manumque levans *Imhofius* 420 *in* **M** *suo loco omissus in fine paginae post v. 443 legitur* 422 tuis *ex* tuus **N b** 423 flasa **L**: falso *ex* -a **B**^{3} improbe **C** 424 vetit^{v}am **L**$^{\sigma}$ deiungere phoeben (propter herculem *sscr.* **P**^{r}) **P**: dis- (-bem **B b**) ω 425 Dotales^{que} **M**^{2} decentaque$^{pro\ decentia}$ **L**$^{\sigma}$ flumina (lu *in ras.*) f^{2}: flumina^{ful} **M**$^{\sigma}$ 427 ty^{h}rintius **P**^{1} 428 restrinximus **L b ν** 429 portem^{o} **D**: porto **C r** 430 alioque **P**: altoque ω 432 superque^{bt} **P**^{r} 434 ego ego f 435 bacchi qui *ex* bracchiaque **P**^{c}: braccheaque **Q**^{1}

fonte lavare feror, stipatus caedibus artas
in freta quaero vias; non Strymonos inpia tanto
stagna cruore natant, non spumifer altius Hebrus
Gradivo bellante rubet. nec te admonet altrix
unda tuasque manus, iam pridem oblite parentum
Liber? an Eous melius pacatur Hydaspes?
at tu, qui tumidus spoliis et sanguine gaudes
insontis pueri, non hoc ex amne potentem
Inachon aut saevas victor revehere Mycenas,
ni mortalis ego et tibi ductus ab aethere sanguis.'
sic ait infrendens et sponte furentibus undis
signa dedit: mittit gelidus montana Cithaeron
auxilia antiquasque nives et pabula brumae
ire iubet; frater tacitas Asopos eunti
conciliat vires et hiulcis flumina venis
suggerit. ipse cavae scrutatur viscera terrae
stagnaque torpentisque lacus pigrasque paludes
excutit, atque avidos tollens ad sidera voltus
umentis nebulas exhaurit et aera siccat.
iamque super ripas utroque exstantior ibat
aggere, iam medium modo qui superaverat amnem
Hippomedon intactus aquis umerosque manusque,
miratur crevisse vadum seseque minorem.
hinc atque hinc tumidi fluctus animosaque surgit

---

436 lavare **ω**: lebare (v *s. l.*) **P**^c (*unde* la- **P**^r): levare **μν** stipatus *ex* -as **Q**[1] 437 impia **P** 431 Stangna **f**[1] 439 belante (l *s. l.*) **L**^σ 441 an eo (us *s. l.*) **B**[1]: aoneus **f** pac[illegible]atur **B**: paccatur **f**[1]: bacchatur *coni. Garrodius male, cf. 4, 387. 7, 181. 565* 442 qui *ex* quam **b**[1]: *om.* **N**[1], *add. s. l.* **N**[2] 443 potentem *ex* petentem **P**^c 446. 445 **Q**, *praescriptis* b a *ordo restitutus* 445 Ni (N *in ras.*) **C** 447 non tanta (montana *s. l.*) **Q**[1] 449 Iret **P**^c asopos **ω**: -us **Pμ**: -us *ex* -os **L**^σ 451 ipse **ω**: ipsa **P** 452 Stangnaque **f** torpentesque **P** 453 voltus (v *s. l.*) **B**[2]: vultus **P**: vultus (ł fluctus) **M**^σ: vultus (ł fructus) **L**^σ: fluctus **DNrμ** 454—903 *desunt in* **K** 454 Umentes **P** exaurit **b** aethera **Q** 455 utroque **ω**: ultro (que *s. l.*) **P**^c 459 timidi (v *s. l.*) **L**[1]: timidi **r**

tempestas instar pelagi, cum Pliadas haurit
aut nigrum trepidis inpingit Oriona nautis.
non secus aequoreo iactat Teumesius ignis
Hippomedonta salo, semperque umbone sinistro
tollitur et clipeum nigrante supervenit aestu
spumeus adsultans, fractaque refunditur unda
et cumulo maiore redit; nec mole liquenti
contentus carpit putres servantia ripas
arbusta annosasque trabes eiectaque fundo
saxa rotat. stat pugna inpar amnisque virique,
indignante deo; nec enim dat terga nec ullis
frangitur ille minis, venientesque obvius undas
intrat et obiecta dispellit flumina parma.
stant terra fugiente gradus, et poplite tenso
lubrica saxa tenet, genibusque obnixus et haerens
subruta fallaci servat vestigia limo,
sic etiam increpitans: 'unde haec, Ismene, repente
ira tibi? quove has traxisti gurgite vires,
inbelli famulate deo solumque cruorem
femineis experte choris, cum Bacchica mugit
buxus et insanae maculant trieterida matres?'

---

460 pliadas (-das (e superscr.) M[1]: -des Lf) ω: pleiadas PQ 461 inpigit (n superscr.) f[1] nauis (·t superscr.) Q[1] 462 teusemius (m s superscr.) Q[1] ignis P (*quod explicat Vollmer 1896 p. 31, cf. 10, 685*): amnis ω 464—559 *desunt in* b (3 × 32) 465 exultans N 466 cumolo (v superscr.) M[1]: tumulo *ex* cu- L[1] red[illegible]it B 468 Ambusta (r superscr.) P[1] 469 impar P 470 ullis ω: illis P 472 dispelit (l superscr.) L[σ] 473 Stant ω: Stat P fu[illegible]gente (i superscr.) (l) f poblite f 474 tenet PQ: tenent BSf: tegent (natant superscr.) M[2]: natant (*in ras.* L[1]) ω genibus (que superscr.) B[3] 475 fallaci . . . limo *in ras.* L[1] sevat (r superscr.) f[1] 476 hismene B 477 que B[1]: quove B[3] *mg.* quo vehas C 478 famulante M: -arte L[σ] deo (·s· baco superscr.) P[r] 479 bacchia MLfrμν 480 trieterida (*ex* triat- B[3]) Pω: triaterida (-ida (ca superscr.) r) Qr: trieterica (triat- Cν[2]) SDNCν[1]

dixerat; atque illi sese deus obtulit ultro
turbidus imbre genas et nube natantis harenae,
nec saevit dictis, trunca sed pectora quercu
ter quater oppositi, quantum ira deusque valebat,
inpulit adsurgens: tandem vestigia flexit
excussumque manu tegimen, conversaque lente
terga refert. instant undae sequiturque labantem
amnis ovans; nec non saxis et grandine ferri
desuper infestant Tyrii geminoque repellunt
aggere. quid faciat bellis obsessus et undis?
nec fuga iam misero, nec magnae copia mortis.
  stabat gramineae producta crepidine ripae
undarum ac terrae dubio, sed amicior undis,
fraxinus ingentique vadum possederat umbra.
huius opem — nam qua terras invaderet? — unca
arripuit dextra: nec pertulit illa trahentem;
sed maiore super, quam stabat, pondere victa
solvitur, et qua stagna subit radice quibusque
arentem mordebat humum, demissa superne
iniecit sese trepido ripamque, nec ultra
passa virum subitae vallavit ponte ruinae.

---

482 nube **PB**[1] *mg.* **N**: mole *ω*: nube (ł mole) **Dr**: mole (ł nube) **M**[1]   483 trunca **PD**: trunca▒ **N**: -as *ω*   in (ł sed) **M**[1]**L**[σ]: in (que) **f**[1]: -que *μ*[2] *in ras.*   quercus̲ **B**[3]: -cu▒ **N**: -us **QLMf***μ*   484 obpositi **L**: oppositi (-ti *in ras.* **B**[3]) **B**: -tas (i) **Q**[2]: -taṣ **f**[1]: -tas **C**   -que *add.* **N**[2]   valebat **P**: -bant *ω*   485 Impulit **P**   486 Excusitque *ν*   487 refret **L**   488 sa▒x▒is (sanguis?) **B**[1]   492 Staba[t] **P**[1]   493 amiçitior (o) **Q**[1]   494 pẹssịderat (o, e) *ν*[2]: possiderat **r**   497 quam (-a- *in ras.*) **B**[1]: qua \\\ **L**   498 stanga (n) **f**[1]   quibusque (ł superne) **f**[2]   499 *om.* **f**   demissa *ω*: dimissa **PL**[1] (*sed* **L**[σ] *sscr.* deorsum): di- *ex* demissa **Q**   500 sese trepido **PD**: trepido sese *ω*   ultra *ex* -ro **Q**[1]   ultro cessurum *Imhofius*   501 Passa virum ς *Barthius*: Passurum **P***ω*: Pensurum (ł passurum) **M**[1]: Pensurum **f**: passa salum *Postgatius*   ponte **P***ω*: poena **N**: monte *Baehrens*; *cf. Hom.* Φ 245 *γεφύρωσεν δέ μιν αὐτόν*

huc undae coeunt, et ineluctabile caeno
verticibusque cavis sidit crescitque barathrum.
iamque umeros, iam colla ducis sinuosa vorago
circumit: hic demum victus suprema fateri
exclamat: 'fluvione — pudet! —, Mars inclyte, merges
hanc animam, segnesque lacus et stagna subibo
ceu pecoris custos, subiti torrentis iniquis
interceptus aquis? adeone occumbere ferro
non merui?' tandem precibus commota Tonantem
Iuno subit: 'quonam miseros, sator inclyte divum,
Inachidas, quonam usque premes? iam Pallas et odit
Tydea, iam rapto tacuerunt augure Delphi:
en meus Hippomedon, cui gentis origo Mycenae
Argolicique lares numenque ante omnia Iuno —
sic ego fida meis? —, pelagi crudelibus ibit
praeda feris? certe tumulos supremaque victis
iusta dabas; ubi Cecropiae post proelia flammae,
Theseos ignis ubi est?' non spernit coniugis aequas
ille preces, leviterque oculos ad moenia Cadmi
rettulit, et viso sederunt flumina nutu.
illius exangues umeri et perfossa patescunt
pectora: ceu ventis alte cum elata resedit
tempestas, surgunt scopuli quaesitaque nautis
terra, et ab infestis descendunt aequora saxis.
quid ripas tenuisse iuvat? premit undique nimbo

---

502 (in)eluctabile f[1] caeno **P**: caenum ω 503 V(o)erticibus **M**[1]**Q**[1] ca(v)nis **M**[1] sidit **P**: sedit ω 504 du≡cis (l) f hic (hunc) **D** sup̣prema f[1] 505 hic (hunc) **D** merges (*ex* ma- **B**[1]) ω: mergis **P** 507—511 *om.* f[1], *add.* f[2] *mg.* 507 subiṭo (b) **P**[c] 509 campo ł ferro f[r] 512 premes *om.* f *sine lac.* 513 iam rapṭa (o) **P**[c]: raptato **C** 515 patres **Q** 517 supraque (-ma) **P**[c] 518 iusta *Heinsius*: Busta **P**ω, *cf. 397* cecopriae (r) **P**[1]: cẹcropeae (i) **Q**[1] 519 Theseos ω: -eus **PN** ⁚ubi ⁚ignis f conugis (i) f[1] 520 leniterque **C** 521 Retulit **P** 523 elata **P**ς: flata (*ex* -te **L**[1]) ω 526 Quid (i *in ras.*) f[r]

telorum Phoenissa cohors, nec tegmina membris
ulla, omnisque patet leto; tunc vulnera manant,
quique sub amne diu stupuit cruor, aere nudo
solvitur et tenues venarum laxat hiatus,
incertique labant undarum e frigore gressus.
procumbit, Getico qualis procumbit in Haemo
seu Boreae furiis putri seu robore quercus
caelo mixta comas, ingentemque aera laxat:
illam nutantem nemus et mons ipse tremiscit,
qua tellure cadat, quas obruat ordine silvas.
non tamen aut ensem galeamve audacia cuiquam
tangere; vix credunt oculis ingentiaque horrent
funera, et adstrictis accedunt comminus armis.
tandem adiit Hypseus capulumque in morte tenenti
extrahit et torvos laxavit casside vultus;
itque per Aonios alte mucrone corusco
suspensam ostentans galeam et clamore superbit:
'hic ferus Hippomedon, hic formidabilis ultor
Tydeos infandi debellatorque cruenti
gurgitis!' agnovit longe pressitque dolorem
magnanimus Capaneus, telumque inmane lacerto
hortatur librans: 'ades o mihi, dextera, tantum
tu praesens bellis et inevitabile numen,

---

529 Quippe [que] **M**^{1} stipuit [v] **B**^{1}: stipuit **L** 530 tenues ω: teneros **P** 531 e frigore *Postgatius*: et frigore **P**: frigore ω 532 ietico **N** haemoṇ **P**^{1} 535 n[illegible]utantem (mu-) **B** tremescit **P** 536 obruat *ex* obluat **f**^{1} 540 adiit hypseus **SDN**ς: adit hypseus ω: hypseus adit **P** capulumque ω: caelumque **P**: telumque *Garrodius male* 541 casside [cuspide] **D**: cuspide **v**^{1}: vel casside **v**^{2} *mg.*: cupide [ł casside] **L**^{2}: Cuspide **L**^{1} *mg.* 542 aoniạs [o] **Q**^{1} 543 Suspenostentẹns [sam, a] **Q**^{1} superbo **Q** 544 hic ω: sic **P**, *quod defendi potest* 546 alonge agnovit **v** 547 lacerto ω: receptum *ex* -to **P**^{r}: lacertum *Kohlmannus.* recepto **P**^{1} *natum videtur ex errore* lacepto. *errat autem Vollmer 1896 p. 29, cum* receptum *defendere conatur, profectus a correctura nullius pretii* 548 Hortator [v] **f**^{1} dextraL 549 numen ω: lumen [ł numen] **P**^{r}

te voco, te solam superum contemptor adoro.'
sic ait, et voti sese facit ipse potentem.
it tremibunda abies clipeum per et aerea texta
loricae tandemque animam sub pectore magno
deprendit: ruit haud alio quam celsa fragore
turris, ubi innumeros penitus quassata per ictus
labitur effractamque aperit victoribus urbem.
cui super adsistens 'non infitiamur honorem
mortis' ait, 'refer huc oculos, ego vulneris auctor;
laetus abi multumque aliis iactantior umbris!'
tunc ensem galeamque rapit clipeumque revellit
Hypseos; exanimumque tenens super Hippomedonta
'accipe' ait, 'simul hostiles, dux magne, tuasque
exuvias, veniet cineri decus et suus ordo
manibus; interea iustos dum reddimus ignes,
hoc ultor Capaneus operit tua membra sepulcro.'
sic anceps dura belli vice mutua Grais
Sidoniisque simul nectebat vulnera Mavors:
hic ferus Hippomedon, illic non segnior Hypseus
fletur, et alterni praebent solacia luctus.
  tristibus interea somnum turbata figuris
torva sagittiferi mater Tegeatis ephebi,

---

556 cf. *Gloss.* Verg. ed. Hagen E 33 (*cf. Arch. f. Lex. 14, 1905 p. 131*)

---

550 adhoro **B**[1] 551 a[...]it **f** ipse ω: ipsa **P** 552 tremebunda **Pf**ν: trebibunda (me *s. l.*) **M**[1] abies *ex* av- **P**[1] aere (a *s. l.*) **B**[1]: aera (e *s. l.*) **Q**[1]**f**[1]: aera **L** texta ς *Gronovius* (*cl. 5, 354*): terga **P**ω 554 Deprehendit **B** haut **P**: haud *ex* aut **B**[1] fragore[...] **Q** 555 inumeris (n *s. l.*) **M**[1] 558 o[...]culos **f** 559 aliis *s. l.* μ^2 560 revellit (l *s. l.*) (-elit **L**$^\sigma$) ω: repellit **P** 561 Hypseos *Marklandus*: Ipseos **f**[1]: Ipsius **P**ω, *quod frustra tuetur Imhofius* exanimemque **C** ippomedonta **f** 563 venit (e *s. l.*) **f**[1] 565 sepulchro **P** 567 vulnera **P**ω: funera *Marklandus ad Silv. 5, 1, 18* 568 ippomedon **BLf** ipseus **fb** 569 et *s. l.* **B**[1]**Q**[2]: *om.* **M** prohibent **r**μ 570 intera **L** 571 sagitiferi **f** taigetis **N** ephoebi (·s· partonopei *s. l.*) **P**[r]

crine dato passim plantisque ex more solutis,
ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas
purgatura malum fluvio vivente soporem.
namque per attonitas curarum pondere noctes
saepe et delapsas adytis, quas ipsa dicarat,
exuvias, seque ignotis errare sepulcris
extorrem nemorum Dryadumque a plebe fugatam,
saepe novos nati bello rediisse triumphos,
armaque et alipedem notum comitesque videbat,
numquam ipsum, nunc ex umeris fluxisse pharetras,
effigiesque suas simulacraque nota cremari.
praecipuos sed enim illa metus portendere visa est
nox miserae totoque erexit pectore matrem.
nota per Arcadias felici robore silvas
quercus erat, Triviae quam desacraverat ipsa
electam turba nemorum numenque colendo
fecerat: hic arcus et fessa reponere tela,
armaque curva suum et vacuorum terga leonum
figere et ingentes aequantia cornua silvas.
vix ramis locus, agrestes adeo omnia cingunt
exuviae, et viridem ferri nitor inpedit umbram.
hanc, ut forte iugis longo defessa redibat
venatu, modo rapta ferox Erymanthidos ursae
ora ferens, multo proscissam vulnere cernit

572 plantisque (ł palmis) **L**$^\sigma$: palmisque **Dr**   575 Iamque **C**   curamrum **Q**^{1} pondera **r**   576 dilapsas **Crb**   577 ignotis *ex* -es **B**^{1} sepulchris **P**   578 Extorrem **P**ω (*quocum genetivus coniungitur more Graeco, sicut 12, 262*): Exsortem **N**   nemorum **PD**: nemoris ω   579 re[erasure]diisse (d) **B**   581 Numquam **P**: Nusquam ω   583 visa est **PD**ς: visa ÷ **B**^{1}**M**^{1}: visa ω   585 arcadiis (a) **Q**^{2} matrem (silvas) **M**^{1} 586 ipsa *ex* -ae **Q**^{1} 587 Electam *ex* **L**$^\sigma$: Electa **b**   nemerum (o) **f**^{1} 588 artus **f**   terga ω: torva **P**: terga *ex* torva **B**^{1} 589 ~~curva~~ (et ora) **P**^{r} 590 aequantia *ex* -quo- **Q**^{1} 591 radiis ς *Barthius*   locus est **b**   agrestis **P**   omnia *om.* **b**   592 impedit **P**   593 longa (o) **Q**^{1} defensa (s) **P**^{1} 594 ferarum (ferox) **r**   595 procissam **f**: procisam **b**: proscisam **r**

deposuisse comam et rorantes sanguine ramos
expirare solo; quaerenti Nympha cruentas
Maenadas atque hostem dixit saevisse Lyaeum.
dum gemit et planctu circumdat pectus inani,
abrupere oculi noctem maestoque cubili
exilit et falsos quaerit per lumina fletus.
  ergo ut in amne nefas merso ter crine piavit
verbaque sollicitas matrum solantia curas
addidit, armatae ruit ad delubra Dianae
rore sub Eoo, notasque ex ordine silvas
et quercum gavisa videt. tunc limina divae
adstitit et tali nequiquam voce precatur:
'virgo potens nemorum, cuius non mollia signa
militiamque trucem sexum indignata frequento
more nihil Graio — nec te gens aspera ritu
Colchis Amazoniaeve magis coluere catervae —:
si mihi non umquam thiasi ludusve protervae
noctis et, inviso quamvis temerata cubili,
non tamen aut teretes thyrsos aut mollia gessi
pensa, sed in tetricis et post conubia lustris,
sic quoque venatrix animumque innupta remansi.

---

596 rorantes ω: -tem **P** 597 Expirare **P**: -asse ω nym(p)ha **L**$^{\sigma}$ cruentas *ex* -us **L**$^{\sigma}$ 598 Men(a)edas **L**$^{\sigma}$ saevisse ω: saevissime **P** 599 Dum f^{2}: Tum **L** 600 Abru▒pere (m) **Q**: Abrup(v)ere **L**$^{\sigma}$: Abrupuere r 602 ut *om.* r in amne ω: inmane **P** (MA ∼ AM) 603 sola(n)cia **Q**^{2} 604 Addit(et) fr armatae ω: *ras. quinque fere vel sex litterarum in* **P**: armigerae **P**^{r} *mg.*
605 natasque **C** ex h ordine **B**^{1} 606 gravisa **L** limina **P**: limine ω 607 Ads(sti)istit **M**$^{\sigma}$ 608 mo(l)lia **L**$^{\sigma}$ 610 situ (ł ritu) **N**^{2}ν^{2}: ritu (ł situ) **L**$^{\sigma}$ 611 amas(zo)onio r 612 *om.* **P** 614 tamen **P**ω: ł tantum f^{1} *mg.* theretes **P**^{1} gessi *ex* ce- **P**^{1} 615 (te)tricis f^{1}
616 animumque ω: -moque *ex* -mumque **P**^{r}: -mu(o)mque r: animique *Garrodius vix latine, certe contra Stati usum* innupta animumque **S** rem▒si (.-n) **Q**

nec mihi secretis culpam occultare sub antris
cura, sed ostendi prolem posuique trementem
ante tuos confessa pedes; nec degener ille
sanguinis inque meos reptavit protinus arcus,
tela puer lacrimis et prima voce poposcit.
hunc mihi — quid trepidae noctes somnusque minantur? —
hunc, precor, audaci qui nunc ad proelia voto
heu nimium tibi fisus abit, da visere belli
victorem, vel, si ampla peto, da visere tantum!
hic sudet tuaque arma ferat. preme dira malorum
signa; quid in nostris, nemoralis Delia, silvis
Maenades hostiles Thebanaque numina regnant?
ei mihi! cur penitus — simque augur cassa futuri! —,
cur penitus magnoque interpretor omine quercum?
quod si vera sopor miserae praesagia mittit,
per te maternos, mitis Dictynna, labores
fraternumque decus, cunctis hunc fige sagittis
infelicem uterum; miserae sine funera matris

---

617 secretis *ex* -as Q^1 culpam (*in ras. paulo angustioris spatii* μ^1) PD$\mu\nu^2$: crimen ω: crinem C: [culpam] cri▒m f^1 (crinem) 618 prolem Pς: natum ω: [natum] prolem D 619 pedes .. tuos N deneger f 620 reptavit *ex* ra- Q^1 621 *om.* P, *damnavit Kohlmannus perperam* [po]poscit B^1 622 Nunc BQfr minatur BQLNC *fortasse recte* 623 Nunc fr quia r [v]▒oto (n-?) f^1 624 tibi Pω: sibi *Baehrens falso* fisus *ex* fidus Q^1 belli Pω: tantum f *post* 625 *in* ς *quibusdam legitur ineptus versus* Si non victorem, da tantum cernere victum *vel* Si n. v. des victum cernere (*vel* visere) saltem *natus ex glossa qualis in* B *exstat* si victorem non possum, restitue quaeso, diva, vel victum 626 dira PD: diva ω 627 silvis *ex* -as M^1 628 Maenades (-d[e]as L^7) ω: Ma[e]enalis P^1 629 simque . . . quercum *in ras. et in mg.* μ^2 (*aberraverat* μ^1 *ad alterum* penitus 632 [ceo ·s· latone] maternos P^r mitis ω: [i· inferni] ditis P^r dictimna Cb: dictunna [ti] r: [apollinis] dipginna Q^2 633 Fraternumque P^r: -numque *ex* -namque f^1 cunctis P: iustis ω *inepte* 634 funer[n]e f^r

audiat ille prior!' dixit, fletuque soluto
aspicit et niveae saxum maduisse Dianae.
  illam diva ferox etiamnum in limine sacro
expositam et gelidas verrentem crinibus aras
linquit, et in mediis frondentem Maenalon astris
exsuperat saltu gressumque ad moenia Cadmi
destinat, interior caeli qua semita lucet
dis tantum, et cunctas iuxta videt ardua terras.
iamque fere medium Parnassi frondea praeter
colla tenebat iter, cum fratrem in nube corusca
aspicit haut solito visu: remeabat ab armis
maestus Echioniis, demersi funera lugens
auguris. inrubuit caeli plaga sidere mixto,
occursuque sacro pariter iubar arsit utrimque,
et coiere arcus et respondere pharetrae.
ille prior: 'scio, Labdacias, germana, cohortes
et nimium fortes ausum petis Arcada pugnas.
fida rogat genetrix: utinam indulgere precanti
fata darent! en ipse mei — pudet! — inritus arma
cultoris frondesque sacras ad inania vidi
Tartara et in memet versos descendere vultus;
nec tenui currus terraeque abrupta coegi,
saevus ego inmeritusque coli. lugentia cernis
antra, soror, mutasque domos: haec sola rependo

---

635 dixitque (-it≣ f) fletuque **LMf** 636 emaduisse **L** 637—645 Q^2 *mg.* 637 limite **B** 638 a≣ras **L** 639 enalon **B** 640 saltu gressumque *Baehrens*: gressuque saltumque **P**ω 641 lucet ω: ducit **P**, *cf. 9, 365* 643 parnasi **P**: -as≣i **f** propter **f** 644 coruscum **Dr**μ 645 solito **P**ς: solitum (-m *add.* N^2) ω: dubium **C** 646 demersi (i *supra* e) f^1: dimersi **M** lumina **C** 647 sidera (e *supra* a) Q^1 648. 649 *om.* **P**ς 649 coire **QM**f^1 650 labdacias **P**ς: labdacidas (*ex* -tas B^1: -des b) ω germana *ex* -ne B^1 651 arcada (·s· par *supra*) P^r 652 genitrix (·s· athlanta *supra*) P^r 654 ad **P**: et ω 655 in *om.* **P** descende (re *supra*) **f** 656 -que *om.* **N** abruta (p *supra* u) B^1 657 inmeritusque (-que *add.* N^r) ω: -tosque **P** 658 mu≣tasque (l) **f** repondo (e *supra* o) B^1

dona pio comiti; nec tu peritura movere
auxilia et maestos in vanum perge labores.
finis adest iuveni, non hoc mutabile fatum,
nec te de dubiis fraterna oracula fallunt.'
'sed decus extremum certe' confusa vicissim
virgo refert, 'veraeque licet solacia morti
quaerere, nec fugiet poenas, quicumque nefandam
insontis pueri scelerarit sanguine dextram
inpius, et nostris fas sit saevire sagittis.'
sic effata movet gressus libandaque fratri
parcius ora tulit, Thebasque infesta petivit.
at pugna ereptis maior crudescit utrimque
regibus, alternosque ciet vindicta furores.
Hypseos hinc turmae desolatumque magistro
agmen, at hinc gravius fremit Hippomedontis adempti
orba cohors; praebent obnixi corpora ferro,
idem ardor rabidis externum haurire cruorem
ac fudisse suum, nec se vestigia mutant:
stat cuneo defixa acies, hostique cruento
dant animas et terga negant: cum lapsa per auras
vertice Dircaei velox Latonia montis
adstitit; adgnoscunt colles notamque tremiscit

667 Σ 9, 876 a Diana intellegitur Dryas occisus, ut ipsa superius promiserat dicens: et nostris . . . sagittis

659 tu *om.* μ[1]: iam *s. l.* μ[2] 661 mutabile . . . fallunt *in ras. et in mg.* **L**[1] 662 de **P**ς: nunc ω 663 Sed **P**: At (A≡t μ: $\overset{t}{\text{Ad}}$ ν[2]: t **L**[1]: Heu **L**$^{\sigma}$) ω certe **P**: misero ω comfusa **P** 664 vereque **P**: duraeque ω 666 Insonitis **P**[1]: Insontis (-tis *in ras.* f[1]) dextram sanguine **Q** 667 fas sit nostris **C** 669 ora ω: ira **P** 672 Hypseos ω: Hipseus **P**μ $\overset{g}{\text{maistro}}$ **L**$^{\sigma}$ 673 ippomedontis **L** 674 obnoxi **b** corpora **P**: pectora ω 675 externum *ex* extremum **P**[1]: *ex* aeternum **L**$^{\sigma}$ $\overset{h}{\text{aurire}}$ **B**[3]**Q**[2] 676 $\overset{\text{sua nec}}{\text{nec se}}$ **D** 677 hostique ω: -emque **P** 678 animas ω: -mos **P** negant ω: $\overset{o}{\text{natant}}$ **P**[1]: vetant *Postgatius* 679 dirceo **b** 680 $\overset{\text{sti}}{\text{Adsistit}}$ **M**[1] tremescit **P**

silva deam, saevis ubi quondam exserta sagittis
fecundam lasso Nioben consumpserat arcu.
 illum acies inter medias iam caede superbum
nescius armorum et primas tunc passus habenas
venator raptabat equus, quem discolor ambit
tigris et auratis adverberat unguibus armos.
colla sedent nodis et castigata iubarum
libertas, nemorisque notae sub pectore primo
iactantur niveo lunata monilia dente.
ipse bis Oebalio saturatam murice pallam
lucentesque auro tunicas — hoc neverat unum
mater opus — tenui collectus in ilia vinclo,
cornipedis laevo clipeum demiserat armo,
ense gravis nimio: tereti iuvat aurea morsu
fibula, pendentes circum latera aspera cinctus,
vaginaeque sonum tremulumque audire pharetrae
murmur et a cono missas in terga catenas;
interdum cristas hilaris iactare comantis
et pictum gemmis galeae iubar. ast ubi pugnae
cassis anhela calet, resoluto vertice nudus

---

681 deam *ex* deum **C**^{1} quondam *ex* co- **L**$^{\sigma}$ 682 lasso ω: laeso **P**: laxo (x *in ras.*) **μ**^{2} nioben $\overset{\cdot s \cdot \text{ par}}{\text{lasso}}$ **Nrb** 683 Illum **P**^{r} medias ω: coeptas **P**: coepta *Kohlmannus* inter medias acies **Q** **N** *mg. legitur* Silvestris pecoris et multa strage ferarum 686 auratis ω: -tos **P** 688 notae ω: $\overset{\text{note}}{\text{notat}}$ **P**^{c} (*cf.* 8, 573) $\overset{o}{\text{primo}}$ **f** 690 oebalio ω: $\overset{o}{\text{-lia}}$ **P**^{c} 691 $\overset{e}{\text{noverat}}$ **L**$^{\sigma}$ auro **Q**^{1}, *sed* **Q**$^{\sigma}$ *legit* unum 693 Cornipedis *ex* -es **P**^{1} dimiserat **BMLQfrμ** $\overset{mo}{\text{arvo}}$ **B**^{1} 694 $\overset{ti}{\text{tere}}$ **B**^{1} iuvat ω: iubet **P**: ligat ς *Gronovius*: levat *Postgatius*: vorat *Garrodius*; iuvat *est* εὐφραίνει, *non ut Sil.* 4, 14 βοηθεῖ $\overset{e}{\text{aura}}$ **B**^{1} 695 $\overset{c}{\text{cintus}}$ **f** 696 $\overset{\text{ł ambire}}{\text{audire}}$ **D** vaginaeque bonum (*vel* bonum est) tremulaeque au. ph. *coni. Garrodius*, *sed* iuvat *mente repetendum* 698 hilaris (*ex* -es **M**^{1}) ω: -es **P** 699 $\overset{m.}{\text{gemnis}}$ **L**$^{\sigma}$ $\overset{v}{\text{ibi}}$ **B**^{1} pugnae **P** (*cf. Sil.* 15, 718): pugna ω 700 nudus Exoritur **P**ω: vultus Exeritur *coni. Garrodius*, *sed* nudus *necessarium*

exoritur: tunc dulce comae radiisque trementes
dulce nitent visus et, quas dolet ipse morari,
nondum mutatae rosea lanugine malae.
nec formae sibi laude placet multumque severis
asperat ora minis, sed frontis servat honorem
ira decens. dat sponte locum Thebana iuventus,
natorum memores, intentaque tela retorquent,
sed premit et saevas miserantibus ingerit hastas.
illum et Sidoniae iuga per Teumesia Nymphae
bellantem atque ipso sudore et pulvere gratum
laudant, et tacito ducunt suspiria voto.
  talia cernenti mitis subit alta Dianae
corda dolor, fletuque genas violata 'quod' inquit,
'nunc tibi, quod leti quaeram dea fida propinqui
effugium? haecne ultro properasti in proelia, saeve
ac miserande puer? cruda heu festinaque virtus
suasit et hortatrix animosi gloria leti?
scilicet angustum iamdudum urguentibus annis
Maenalium tibi, parve, nemus, perque antra ferarum
vix tutae sine matre viae, silvestria cuius
nondum tela procax arcumque inplere valebas.
et nunc illa meas ingentem plangit ad aras
invidiam surdasque fores et limina lassat:
tu dulces lituos ululataque proelia gaudes

---

701 tum **b**: dum (tunc *supra*) **r** trementes **B**^{1}**LMDfQ**^{2} *mg.*: frementes **P**: meantes **B**^{1} *mg.* **SNCr**$\mu\nu$: meantes ł micantes **b**^{1}: ~~trementes~~ (meantes *supra*) **Q**^{1} 702 ipsa (e *supra*) **P**^{c} 703 mutatae rosea **P**ω: -ta roseae *Kohlmannus* lunugine **Q** 704 severus **Q** 707 intortaque **Q** 709 iuga per teumesia ω: teumesi e vertice **P** (*ex 8, 344*) 710 gratum ω: graium **P** 713 quid **r** 715 Effugiem (u *supra*) **Q**^{1} haenc (v *supra*) **Q**^{2} in **PD**: ad ω sevo (e *supra*) **B**^{1} 716 heu *om.* **f** 717 ortatrix **L** 718 augustum (n *supra*) **M**^{1} 719 Menelalium ν nemus *ex* nimis **Q**^{1} 720 tantae (v *supra*) **Q**^{1} 721 implere **P**: inp[illegible]ere (*bis* u) **Q** 722 tunc (n *supra*) **f**^{1} illa *ex* illee **B**^{1} 723 surdasque *ex* -usque **Q**^{1}

felix et miserae tantum periture parenti.'
ne tamen extremo frustra morientis honori
adfuerit, venit in medios caligine furva
saepta globos, primumque levis furata sagittas
audacis tergo pueri caelestibus implet
coryton telis, quorum sine sanguine nullum
decidit; ambrosio tum spargit membra liquore,
spargit equum, ne quo violetur vulnere corpus
ante necem, cantusque sacros et conscia miscet
murmura, secretis quae Colchidas ipsa sub antris
nocte docet monstratque feras quaerentibus herbas.
  tunc vero exerto circumvolat igneus arcu
nec se mente regit, patriae matrisque suique
inmemor, et nimium caelestibus utitur armis:
ut leo, cui parvo mater Gaetula cruentos
suggerit ipsa cibos, cum primum crescere sensit
colla iubis torvosque novos respexit ad ungues,
indignatur ali, tandemque effusus apertos
liber amat campos et nescit in antra reverti.
quos, age, Parrhasio sternis, puer inprobe, cornu?
prima Tanagraeum turbavit harundo Coroebum
extremo galeae primoque in margine parmae
angusta transmissa via, stat faucibus unda

---

725 tantum **P** ω (*matri solum, non coniugi*): tandem **s** periture ω: moriture **PDB**[2] *s. l.* (*quod natum videtur ex voce morientis infra scripta*) 726 Ne[b]c **B**[3] honore **C** 727 Adfuerit **Q**[1]**r f**[r] furva **b** ς *Grotius*: fulva (vu- **f**) **P** ω 730 Corithon **P** 731 Decidit **PB**[1]**Q**[2]**D** ς: Effugit **B**[1] *mg.* ω tunc **QM N f b** 732 violetur **P**: temeretur ω, *quod quispiam defenderit cl. Silv. 2, 1, 156; tamen illud retinui propter parechesin, cf. 5, 750. 9, 713 Ach. 1, 511* 734 colchidas **f**[1]: colchid[a]os **C**[2] 737 patriae ω: patria **P** 738 Immemor **P** utit[v]or **Q**[1] 739 qui **C** 741 iubis *ex* -as **Q**[1] torv[v]isque **L**[σ] *frg. Werd.* nov[o]is **Q**[1] ungues ω: angues **P** 742 Indigna[s]tur **f** effusa (-us *sscr.* **P**[c]) **P** 744 age[s] (s) **P**: [age]ego **Q**[1] parrasio **P** improbe **P** 745 tan[a]egreum **M**[1]: tanagreum *ex* tanegeum **f**[1] turba[v]bit **P**[c] 746 Extrema **b**

sanguinis, et sacri facies rubet igne veneni.
saevius Eurytion, cui luminis orbe sinistro
callida tergeminis acies se condidit uncis.
ille trahens oculo plenam labente sagittam
ibat in auctorem: sed divum fortia quid non
tela queant? alio geminatum lumine volnus
explevit tenebras; sequitur tamen inprobus hostem,
qua meminit, fusum donec prolapsus in Idan
decidit: hic saevi miser inter funera belli
palpitat et mortem sociosque hostesque precatur.
addit Abantiadas, insignem crinibus Argum
et male dilectum miserae Cydona sorori.

* * *

huic geminum obliqua traiecit harundine tempus,
exilit hac ferrum, velox hac pinna remansit:
fluxit utrimque cruor. nulli tela aspera mortis
dant veniam, non forma Lamum, non infula Lygdum,
non pubescentes texerunt Aeolon anni:

illi perfossum telo patefecerat inguen,

754 *Serv.* Aen. 3, 657 nota ante oculorum amissionem. sic Statius in nono: sequitur .. meminit

748 faci(l)es (l) **P**: *om.* **Q**[1], *add.* **Q**[1] *mg.* rubit (e) **P**[1] 749 eurition (*vel* -ry-) *ω*: erythion **P**: euricton **b** *μ ν*: ericion *frg. Werd.* liminis (v) **P**[c] sinistri *ex* -ro **L**[σ]: sinistri **r** 750 Callida **PBΣ**: Aspera *ω* uncis (ł vinclis) **P**[r] 751 plenam (sanguinis) **P**[r] labante **Q** 753 alio *ω*: alto **P** vulnus *ex* vo- **f**: vulnus **P** 754 Explebit (v) **P**[c] improbus **P** 755 fixum *ex* fusum **P**[r] idan **P**: idam *ω* 756 saevi (saevum) **D**: saevum **r** 757 sociosque *ω*: socios **P** *ν* *fortasse recte* 758 adlantiades **C** insignem ... sorori *in ras. et in mg.* *ν*[2] 760 Illi perfossum telo patefecerat inguen ς (*quod ferri nequit propter plusquamperfectum*): *om.* **P** *ω*; *lacunam recte statuit Kohlmannus praeeunte Webero, desideratur enim quid altero factum sit* 761 tempus **P** *ω*: corpus **C** 762 Exilit **P**: Extitit *ω* penna (ł pen) *ex* pi- **B**[3]: pinna **M**[1]: penna **b** *frg. Werd.*[1] 764 farma (o) **Q**[1] lanum **C** 765 aelon **f**: aelon (o) **B**[3]: colon **C**

figitur ora Lamus, flet saucius inguina Lygdus,
perfossus telo niveam gemis, Aeole, frontem.
te praeceps Euboea tulit, te candida Thisbe
miserat, hunc virides non excipietis † Amyclae.
numquam cassa manus, nullum sine numine fugit
missile, nec requies dextrae, sonitumque priori
iungit harundo sequens. unum quis crederet arcum
aut unam saevire manum? modo derigit ictus,
nunc latere alterno dubius conanima mutat,
nunc fugit instantes et solo respicit arcu.
    et iam mirantes indignantesque coibant
Labdacidae, primusque Iovis de sanguine claro
Amphion ignarus adhuc, quae funera campis
ille daret: 'quonam usque moram lucrabere fati,
o multum meritos puer orbature parentes?
quin etiam menti tumor atque audacia gliscit,
congressus dum nemo tuos pugnamque minorem
dignatur bellis, iramque relinqueris infra.
i, repete Arcadiam mixtusque aequalibus illic,
dum ferus hic vero desaevit pulvere Mavors,

---

766 ora (ora la- *in ras.* **B**^{1}) **ω**: ilia (*ex* illa) **P**: ile *Garrodius*; ora *scripsi, ut vulgo, quamquam qui* ilia *natum sit nescio, nisi forte* ilia *vocis* inguina *glossema alienum locum occupavit* 767 perfossus *Bentleius*: Perfossam **Pω** 768 Te (·s· lame) **P**^{r} praeces (p *supra*) **L**^{σ} euboa **C**: eubona **P** te (·s· ligde) **P**^{r}: te lami **f**^{1} thyspe **M** 769 hunc (·s· eolon) **P**^{r} amyclae **Pω**, *cuius nominis oppidum cum in Boeotia non extitisse videatur*, Erythrae *quod Koestlinius 1876 p. 532 proposuit, habet quo commendetur, plus certe quam Phillimorii coniectura quamvis speciosa* Hyrides . . amicae. *plane autem incredibilia Garrodius commentus est*; *nec enim* excipietis *corruptum* 770 Nusquam **C** numine **P**: vulnere **ω** figit (u *supra*) **L**^{1}**b**^{1}: figit **Q**: fudit **D** 771 ne **b** 773 sevisse **C** derigit **BDN**ϛ: dirigit **Pω** 774 *om.* **f** 775 fugit *om.* **b** 777 Lapd- **BQfb** 779 lucrabere **ω**: luctabere **P** 780 miseros **N** orbiture (a *supra*) **Q**^{1} 781 menti[illegible] atque (-mor?) **P**^{1}; tumor **P**^{r} *mg.* 'audacia 'atque **f** 783 iramque **ω**: iraque **P** 785 desevit **ν**^{2} *in lac.*

proelia lude domi: quodsi te maesta sepulcri
fama movet, dabimus, leto moriere virorum!'
iamdudum hunc contra stimulis gravioribus ardet
trux Atalantiades — necdum ille quierat — et infit:
'sera etiam in Thebas, quarum hic exercitus, arma
profero; quisnam adeo puer, ut bellare recuset
talibus? Arcadiae stirpem et fera semina gentis,
non Thebana vides: non me sub nocte silenti
thyias Echionio genetrix famulata Lyaeo
edidit, haud umquam deformis vertice mitras
induimus turpemque manu iactavimus hastam.
protinus adstrictos didici reptare per amnes
horrendasque domos magnarum intrare ferarum
et — quid plura loquar? ferrum mea semper et arcus
mater habet, vestri feriunt cava tympana patres.'
non tulit Amphion vultumque et in ora loquentis
telum inmane rotat; sed ferri lumine diro
turbatus sonipes sese dominumque retorsit
in latus atque avidam transmisit devius hastam.
acrior hoc iuvenem stricto mucrone petebat
Amphion, cum se medio Latonia campo

---

786 sepulchri **P** 787 moriere **P**ω: moriare *Housmanus inutiliter* 788 contra hunc **r**μ grav[i]oribus **f**[1] 789 *om.* **f** Dux **C** at[h]alantiades **P**[r]: at[a]l- **B**[3]: at(h)l- **QCLr** quierat et **P**: quieverat ω 790 theb[a]es **r** 791 etiam [adeo] **b**[1] bella[re] **B**[3]: bella **L**: iam bella **C** recusset **b**: recus[e]at **Q**[1] 794 Thyias **MQ** *Weber*: Thy⁞as **B**: Thi[i]as **f**[1]: Thyas **P**ω echioni[o] ~~ae~~ **Q**[1] *ex* echoo- 795 haut **P**: haud *ex* aut **B**[1] deformes **P** 796 turpemque *Klotzius*: turpique **P**ω: turpesque ς *Barthius*: thyrsique *Garrodius* manu⁞ (-s) **Q** hastas **f**ς *Barthius* 798 domos ω: domus **P** 799 loquar *ex* -or **Q**: -or **C** 800 [h]abet **B**[1] vestrae **Db**μν [ł ma]patres **M**[σ]: matres **Db**μν 801 Anphion **P** 802 rotat **P**ω: parat (*ex* portat **rB**[3]) **Brb**: ~~portat~~ [rotat] **Q**[1]: parat [rotat] **D**: [rotat] iecit **M**: ferens ν 802 diro ω: duro **P** 803 Turpatus μ 805 pete- *in ras.* **Q**[1] 806 medio (-i- *in ras.* **Q**[1]) **P**ω

iecit et ante oculos omnis stetit obvia vultu.
haerebat iuveni devinctus amore pudico
Maenalius Dorceus, cui bella suumque timorem
mater et audaces pueri mandaverat annos.
huius tum vultu dea dissimulata profatur:
'hactenus Ogygias satis infestasse catervas,
Parthenopaee, satis; miserae iam parce parenti,
parce deis, quicumque favent.' nec territus ille:
'hunc sine me — non plura petam —, fidissime Dorceu,
sternere humi, qui tela meis gerit aemula telis
et similes cultus et frena sonantia iactat.
frena regam, cultus Triviae pendebitis alto
limine, captivis matrem donabo pharetris.'
audiit et mixto risit Latonia fletu.

viderat hanc caeli iamdudum in parte remota
Gradivum conplexa Venus, dumque anxia Thebas
commemorat Cadmumque viro caraeque nepotes
Harmoniae, pressum tacito sub corde dolorem
tempestiva movet: 'nonne hanc, Gradive, protervam
virginitate vides mediam se ferre virorum
coetibus? utque acies audax et Martia signa
temperet? en etiam donat praebetque necandos
tot nostra de gente viros. huic tradita virtus,
huic furor? agrestis superest tibi figere dammas.'

---

807 Iecit et **P**: Inicit (-i[illegible]c- **Q**: -iec- **M**^{1}: En- **B**^{1}) *ω* omnes *ex* -is **P**^{c}: omni[illegible] **Mf**: omni^s **L**^{σ}: omni *ω* obvia *ω*: omnia **P** 809 dorcheus **P**: dirc^{o}aeus **B**^{2}: dirc^{o}eus **f**^{1} 811 vultu **P***ω*: vultum **L**^{σ}**Mfr***ν* 812 infestasque (se *supra*) **M**^{1} 815 *om.* **P** nec plura **C**ς dorce^{v}o **B** 816 meis (łsuis ·s· parth) **P**^{r} 818 reg^{a}um **Q**^{1} 819 Limine **P***ω*: culmine *Marklandus* captiv^{i}us **b** 820 Audit (-dit **r**) et inmixto **rb** 821 remota *ex* -to **Q**^{1} 822 complexa (*ex* -o **B**^{3}) **PB** 823 cara^{s}eque **P**^{r} 824 Harmoniae **P**: Harm^{i}oniae **B**^{2}: Har^{e}m^{i}oniae **Q**^{2}: H^{e}armoniae **L**^{σ}: Hermionae *ω* 827 ^{b}signa et m^{a}artia *μ*^{2} 828 Temperat **D**ς 830 Huhic **L**^{1} dam^{m}nas **B**^{1}

desiluit iustis commotus in arma querellis
Bellipotens, cui sola vagum per inane ruenti
Ira comes, reliqui sudant ad bella Furores.
nec mora, cum maestam monitu Letoida duro
increpat adsistens: 'non haec tibi proelia divum
dat pater; armiferum ni protinus inproba campum
deseris, huic aequam nosces nec Pallada dextrae.'
quid faciat contra? premit hinc Mavortia cuspis,
hinc plenae tibi, parve, colus, Iovis inde severi
vultus: abit solo post haec evicta pudore.
at pater Ogygias Mavors circumspicit alas
horrendumque Dryanta movet, cui sanguinis auctor
turbidus Orion, comitesque odisse Dianae
inde furit. primum hinc turbatos arripit ense
Arcadas exarmatque ducem; cadit agmine longo
Cyllenes populus Tegeesque habitator opacae,
Aepytiique duces Telphusiacaeque phalanges.
ipsum autem et lassa fidit prosternere dextra,
nec servat vires: etenim huc iam fessus et illuc
mutabat turmas; urguent praesagia mille
funeris, et nigrae praecedunt nubila mortis.

---

831 Desiluit *ω*: Diss- **P** 832 solavagum (*ex* -li- **Q**[1]) **Q**: soliv̄ago (a s. l.) **M**[1]: solo vago **f**: sola vago (vagum s. l.) (*ex* -gum *ν*[1]) *ν*[2] 834 latoia (d s. l.) *ex* le- **P**[c]: latoida *ex* le- **B**[3]: latonia **C**, *cf. Silv. 1, 2, 220* Letous .. pater, *Theb. 1, 663. 695* 836 improba **P** 837 nosce⦀s (n) **f**: noscesne **C** 839 sveri **B**[1]: severi **B**[1] *mg.* 840 ⦀abit (h-) **L** 841 Ad (t s. l.) **P**[1] 844 hinc **PB**: hic *ω*: hic (n s. l.) **Q**[1] irruit **f**[r] *in ras.* 845 Arcades **f** 846 populus *ω*: -los **P** tegeesque **P***ω*: telepheaeque **C** (*cf. v. 847*) 847 du⦀ces (l) **P** Telphusiacaeque *Kohlmannus*: delphusiacaeque **P**[c]: telphusiaeque (que s. l.) **BQ**: t(h)elepheaeque (tal- **L**) *ω*: tereaeeque (delphus s. l.) **S**[2] (thelephee **S**[2] *mg.*): delphus tegeaeque **N**: tegeeque **C***μ*[1]*ν*[1]: atelphasiaeque *ν*[2]: tegeesque (pereunt s. l.) **r**: Thelpusaeaeque *Gronovius* 848 lassa (p s. l.) **Q**[1]: lapsa **C** fidit (v s. l.) **L**[σ] 849 huc *s. l.* **N**[2] iam *om.* **P**: *s. l.* *μ*[2] 850 turbas (m s. l.) **B**[1]**L**[1]

iamque miser raros comites verumque videbat
Dorcea, iam vires paulatim abscedere sensit.
sentit et exhaustas umero leviore pharetras,
iam minus atque minus fert arma puerque videtur
et sibi, cum torva clipei metuendus obarsit
luce Dryas: tremor ora repens ac viscera torsit
Arcados; utque feri vectorem fulminis albus
cum supra respexit olor, cupit hiscere ripam
Strymonos et trepidas in pectora contrahit alas:
sic iuvenem saevi conspecta mole Dryantos
iam non ira subit, sed leti nuntius horror.
arma tamen, frustra superos Triviamque precatus,
molitur pallens et surdos expedit arcus.
iamque instat telis et utramque oblicus in ulnam
cornua contingit mucrone et pectora nervo,
cum ducis Aonii magno cita turbine cuspis
fertur in adversum nervique obliqua sonori
vincla secat: pereunt ictus manibusque remissis
vana supinato ciderunt spicula cornu.
tunc miser et frenos turbatus et arma remisit,
vulneris inpatiens, umeri quod tegmine dextri
intrarat facilemque cutem: subit altera cuspis
cornipedisque fugam succiso poplite sistit.

---

852 raros **ω**: raro **P** verum comitesque **C** verumque **ω**: superumque **P** 853 Dorcen **C** namque **μ** sensit **PSς**: sentit **ω** 854 Sentit **Pω**, *quod retinui mutata interpunctione*: Sensit ς *vulgo* 856 abarsit (o *supra* a) **f**[1] 857 dryas **ω**: thryas **P** tremor **ω**: cre- **P** 858 albus **ω**: alvos (e *supra* o) **P**[1] 860 Strymonis **r** contrait (h *supra*) halas **B**[3] 861 dryantis *ex* -os **P**[c (?)]: -tis **ω** 862 numinis **C** 864 sudor (re *supra*) **f**[r] expetit **C** artus **f** 865 obliquus **ω**: oblitus **P** *frg. Werd.*[1]: obnixus *Phillimorius* ulnam **ω**: urnam **P** 866 contigit **b** 869 recussis *Phillimorius* 870 Vana supinato **ω**: Vanaque supino **P** 872 quod **P**: qua **ω**: quod (qua *supra*) **D** tegmine **PBQCr** *frg. Werd.*[1]: -na (*ex* -ne **L**[σ]: -na (łe *supra*) **b**[1]) **ω** 873 aspera **μ** 874 poblite **f**

tunc cadit ipse Dryas—mirum—nec vulneris umquam
conscius: olim auctor teli causaeque patebunt.
  at puer infusus sociis in devia campi
tollitur — heu simplex aetas! — moriensque iacentem
flebat equum; cecidit laxata casside vultus,
aegraque per trepidos exspirat gratia visus,
et prensis concussa comis ter colla quaterque
stare negant, ipsisque nefas lacrimabile Thebis,
ibat purpureus niveo de pectore sanguis.
tandem haec singultu verba incidente profatur:
'labimur, i, miseram, Dorceu, solare parentem.
illa quidem, si vera ferunt praesagia curae,
aut somno iam triste nefas aut omine vidit.
tu tamen arte pia trepidam suspende diuque
decipito; neu tu subitus neve arma tenenti
veneris, et tandem, cum iam cogere fateri,
dic: merui, genetrix, poenas invita capesse;
arma puer rapui, nec te retinente quievi,
nec tibi sollicitae tandem inter bella peperci.
vive igitur potiusque animis irascere nostris,
et iam pone metus. frustra de colle Lycaei
anxia prospectas, si quis per nubila longe

---

875 umquam **PD**: usquam *ω*: u^{s}mquam **B**^{1}**L**$^\sigma$ 876 teli *ex* -e **f**^{1} patebunt **P**: -bant (-bat **L**) *ω*: latebant *Grotius* 877 pa^{uer}ter **L**^{1} socius^{i} **P**^{1} 879 recidit *Garrodius falso* laxata (lux- **S**) *ω*: lassata **P**: la^{tx}ssata **ν**^{2} casside *ω*: cuspide **P** *frg. Werd.*^{1} 881 prensis *ω*: pressis **P** *frg. Werd.*^{1}: pre^{n}ssis **μ**^{2} conus **C** 882 ips^{s}ique **P**^{1} 884 intercidente **b** 885 dorceu dorceu **f**^{1} 886 si^{v}era **B**^{1} 887 homine **L**^{1} vide^{i}t **L**^{o} 890 coegere **f**^{1} 891 capesse (-esce **N**: -essi *frg. Werd.*^{2}: ess^{e} f) **P***ω*: capessens **S** *frg. Werd.*^{1} ς; *an* poenas; invita capessens arma puer rapui (*sc. poenas*)? invisa capessi *coni. Barthius* 892 rapu^{i} **Q**^{2} 893 tandem **P**: saltem **D**: saltem^{tandem} *ω fortasse recte* 894 -que animis *ω*: animisque **P** 896 prospect^{a}is **Q**^{1}

aut sonus aut nostro sublatus ab agmine pulvis:
frigidus et nuda iaceo tellure, nec usquam
tu prope, quae voltus efflantiaque ora teneres.
hunc tamen, orba parens, crinem' dextraque secandum
praebuit 'hunc toto capies pro corpore crinem,
comere quem frusta me dedignante solebas.
huic dabis exsequias, atque inter iusta memento,
ne quis inexpertis hebetet mea tela lacertis
dilectosque canes ullis agat amplius antris.
haec autem primis arma infelicia castris
ure, vel ingratae crimen suspende Dianae.'

---

901 *Eutych.* GL V 478, 26 (*propter comendi verbum*) apud eundem libro VIII ⟨I⟩: hunc . . me dedignante solebas

---

897 subflatus **L**$^{\sigma}$ 898 et **P**: in *ω* 899 v[v]oltus **B**^{1}: vultus **P** 900 crinem *add.* *μ*^{2} secatum **L**: secundum *frg. Werd.*^{2} 901 capiens **C** crimine crinem **b** 902 dedignante *ω*: -ate **P** 903—905 *om.* **P**, *quod Phillimorio sufficit ad versus damnandos* 903 Hinc **C**: Hunc **L** iusta *ω*: iusta **f**^{1}**r**: busta **DCb**ς 904 h[a a]bet **Q**^{1} 905 canis **B** 907 vel **P***ω*: aut **C** crimen *Imhofius*: crinem **P**: munuscrimen **B**^{3}: munus [erasure] **Q**: munus *ω* *post* 907 *in* **P** *duo versus erasi. sed quid scriptum fuerit, non perspicio. non exstat subscriptio libri, duoque versus praeter erasos vacui sunt. subscriptio item deest in* **f** *cum argumenti initio, adscripsit* đ **f**^{1}

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER X.

Obruit Hesperia Phoebum nox umida porta,
imperiis properata Iovis; nec castra Pelasgum
aut Tyrias miseratus opes, sed triste, tot extra
agmina et inmeritas ferro decrescere gentes.
panditur inmenso deformis sanguine campus:
illic arma et equos, ibant quibus ante superbi,
funeraque orba rogis neglectaque membra relincunt.
tunc inhonora cohors laceris insignibus aegras
secernunt acies, portaeque, ineuntibus arma
angustae populis, latae cepere reversos.
par utrimque dolor; sed dant solacia Thebis
quattuor errantes Danaum sine praeside turmae:
ceu mare per tumidum viduae moderantibus alni,
quas deus et casus tempestatesque gubernant.
inde animus Tyriis non iam sua castra, sed ultro
hostilem servare fugam, ne forte Mycenas

10, 2 properata *ex* proderata $\mathbf{P}^1$ (P ∼ D) 3 miseratus .. sed **P**ω: miserantis . . . et *Garrodius inutiliter* 4 et inmeritas ω: ▒ iam meritas (et-) **P**: iam inmeritas *Baehrens*: tam immeritas *Garrodius, cf. 7, 23* 6 ·/·et equos ·/·arma $\mathbf{f}^1$ 7 necletaque **P**: necle$\overset{c}{g}$taque $\mathbf{f}^1$ relinquunt **P** 9 arma **P**ω: ante *in ras.* $\mathbf{f}^1$ 10 latae **LQNf**μ *Bentleius*: late **P**ω 14 Qu$\overset{i}{a}$s $\mathbf{Q}^1$ 15 *om.* $\mathbf{L}^1$, *add.* $\mathbf{L}^1$ *mg.* anim$\overset{v}{a}$s $\mathbf{Q}^1$ non iam **P**ω: iam non *Baehrens* ultro **P**ω: ultra *Menkius* 16 ne *ex* ni $\mathbf{B}^3\mathbf{L}^2\mathbf{M}^\sigma\mathbf{b}^1\mathbf{Q}^1$: ni ν

contenti rediisse petant: dat tessera signum
excubiis, positaeque vices; dux noctis opertae
sorte Meges ultroque Lycus. iamque ordine iusso
arma, dapes ignemque ferunt; rex firmat euntes:
'victores Danaum — nec enim lux crastina longe,
nec quae pro timidis intercessere tenebrae
semper erunt —, augete animos et digna secundis
pectora ferte deis. iacet omnis gloria Lernae
praecipuaeque manus: subiit ultricia Tydeus
Tartara, Mors subitam nigri stupet auguris umbram,
Ismenos raptis tumet Hippomedontis opimis,
Arcada belligeris pudet adnumerare tropaeis.
in manibus merces, nusquam capita ardua belli
monstrataeque ducum septena per agmina cristae;
scilicet Adrasti senium fraterque iuventa
peior et insanis Capaneus metuendus in armis.
ite age et obsessis vigilem circumdate flammam!
nulli ex hoste metus: praedam adservatis opesque
iam vestras.' sic ille truces hortatibus implet
Labdacidas, iuvat exhaustos iterare labores:
sicut erant — pulvis sudorque cruorque per artus

---

17 redisse **P**: redi[i]sse **f**[1] te[s]sera **B**[1]: tesera **Q** 18 -que *om.* **N** 19 Dux sorte **ν**[2] meges (*add. in lac.* **M**[σ]) **ω**: megens **P**: rege[n]s **f**[1]: mages **b** 20 dapes **Pω**: faces *Lindenbrogius* ferunt **Pω**: ferit **S** firmat **ω**: armat **P** (*ex initio versus*) 21 danum **f** nec **ω**: neque **P** lux **ω**: lex **P** 22 Ne[c] quae **B**[1]: Nec quae *ex* Neque **f**[1] 23 digne[a] **M**[1] 24 omnis *ex* -es **P**[1] 25 subiit[que] **Q**[2]**ν**[2]**ς** 26 subitam **ω**: -ta **P** nigri **Pω**: integri *Garrodius cl. 8, 6 et 10, 204. at hic rex Thebanorum loquitur* 27 Hismenos **Bfb** opimis[habenis] **μ**[2] 28 belliferis **rb** tropheis **P** 31 iuventa **Pω**: -tae **Q**[1]: -tae **Bf** (*fortasse recte*): -ta[a]e **M**[1] (*aut* **M**[2]) 32 in saevis **N** capeneus **b** 33 age et **Pω**: agite *Menkius* vigiles **rν** circumd[a]ite **Q**[1]: -dare *Menkius* flamm[a]is **r**: -is **ν** 34 [h]oste **L**[σ] observatis **f** 36 tolerare **D** 37 *distinxit Duebner, aliter Marklandus ad Silv. 2, 3, 33* erat **QMfbν**

mixtus adhuc — vertere gradum; vix obvia passi
conloquia, amplexus etiam dextrasque suorum
excussere umeris. tum frontem aversaque terga
partiti laterumque sinus, vallum undique cingunt
ignibus infestis. rabidi sic agmine multo
sub noctem coiere lupi, quos omnibus agris
nil non ausa fames longo tenuavit hiatu:
iam stabula ipsa premunt, torquet spes inrita fauces,
balatusque tremens pinguesque ab ovilibus aurae;
quod superest, duris adfrangunt postibus ungues,
pectoraque et siccos minuunt in limine dentes.
  at procul Argolici supplex in margine templi
coetus et ad patrias fusae Pelopeides aras
sceptriferae Iunonis opem reditumque suorum
exposcunt, pictasque fores et frigida voltu
saxa terunt parvosque docent procumbere natos.
condiderant iam vota diem; nox addita curas
iungit, et ingestis vigilant altaria flammis.
peplum etiam dono, cuius mirabile textum
nulla manu sterilis nec dissociata marito
versarat, calathis castae velamina divae
haut spernenda ferunt, variis ubi plurima floret
purpura picta modis mixtoque incenditur auro.

38 adhuc **ω**: ad hunc **P** 40 Ex humeris cussere Q^{1} tum **ω**: tunc **PBQLCfμν** sorte *ex* forte f^{1}: forte M^{1}: frontem M^{1} *mg.* adversaque *ex* aus- ν^{2} ter$\overset{g}{s}$a P^{1} 42 infestis **PDN**: -ti **ω**: -ti^{s} μ^{2} rapidi (-i░ **L**, *eras.* -s) **Lfμ** multo **P**: mixto **ω** 43 co$\overset{e}{i}$re B^{1} 45 *post* 46 **P** 45 irrita **P** 46 pingues **r** ł agnae aurae $P^{r}\nu^{2}$: agnae **C**ς: agnae (aurae) **D** 47 adfr$\overset{i}{a}$ngunt **r**: adfri- **Q**: adfr$\overset{li}{a}$gunt ν^{2} ung$\overset{u}{e}$s f^{2} 48 sicco^{s} **r** 50 fusae **ω**: -sus **P** pelopides **f** 52 $\overset{v}{o}$ltu B^{1}: vultu **P** 54 Condidera$\overset{n}{t}$ f^{1} 55 ingestis **P**: adgestis (a$\overset{d}{g}$- M^{1}) **ω** 57 manu **PM**: manus **ω**
58 Versarat (-se- r) **ω**: Vertebat **P** (*videtur corruptum fuisse* VERTERAT) 59 Aut **B** spernenda **ω**: ster- **P** floret **ω**: foret (fervet) P^{r}

ipsa illic magni thalamo desponsa Tonantis,
expers conubii et timide positura sororem,
lumine demisso pueri Iovis oscula libat
simplex et nondum furtis offensa mariti.
hoc tunc Argolicae sanctum velamine matres
induerant ebur, et lacrimis questuque rogabant:
'aspice sacrilegas Cadmeae paelicis arces,
siderei regina poli, tumulumque rebellem
dissice et in Thebas aliud — potes — excute fulmen.'
quid faciat? scit Fata suis contraria Grais
aversumque Iovem, sed nec periisse precatus
tantaque dona velit; tempus tamen obvia magni
fors dedit auxilii. videt alto ex aethere clusa
moenia et insomni vallum statione teneri:
horruit irarum stimulis motaque verendum
turbavit diadema coma: non saevius arsit
Herculeae cum matris onus geminosque Tonantis
secubitus vacuis indignaretur in astris.
ergo intempesta somni dulcedine captos
destinat Aonios leto praebere, suamque
orbibus accingi solitis iubet Irin et omne
mandat opus. paret iussis dea clara polumque
linquit et in terras longo suspenditur arcu.
stat super occiduae nebulosa cubilia noctis
Aethiopasque alios, nulli penetrabilis astro,
lucus iners, subterque cavis grave rupibus antrum

61 magn$\overset{i}{o}$ b^1 thalamo magni *μ* desponsa (-p$\overset{o}{ẹ}$- **Q**^{1}) *ω*: disponsa **P** 62 timidi **f** sororem **P***ω*: furorem *ex* sor- **B**^{3}: $\overset{\text{pudorem}}{\text{sororem}}$ **f**^{2}: pudorem **D**ς 63 dimisso (*ex* de- **M**^{2}) **M***ν* 65 Hoc tantum *μ* 66 Induerant *ex* Imbuerant **P**^{1} (B ∾ D) 67 Accipe **f** 68 Siderei *ex* -ea **f**^{1} repeliem *μ*^{1} 69 Dissice **P**: *idem vel* Disice *ω* potes[illegible] (t) **Q** 71 Aversumque **P***ω*: Adv- **BK** peri$\overset{i}{s}$se **B**^{3} 72 magni cingi **f**^{1} (a ∾ ci) 73 *om.* **f** cl$\overset{a}{u}$sa **b**^{1}: clausa **P** 75 -que *om.* **N** verendum *ex* -am **b**^{1} 76 arsit *ex* ard- **Q**^{1} 78 Secubitus **P**: Concubitus *ω* 81 iubet *ex* iuvet **P**^{c} accig$\overset{n}{[illegible]}$i **f**^{1} 82 paret *ex* -at **Q**^{1}

it vacuum in montem, qua desidis atria Somni
securumque larem segnis Natura locavit.
limen opaca Quies et pigra Oblivio servant
et numquam vigili torpens Ignavia voltu.
Otia vestibulo pressisque Silentia pinnis
muta sedent abiguntque truces a culmine ventos
et ramos errare vetant et murmura demunt
alitibus. non hic pelagi, licet omnia clament
litora, non ullus caeli fragor; ipse profundis
vallibus effugiens speluncae proximus amnis
saxa inter scopulosque tacet: nigrantia circum
armenta omne solo recubat pecus, et nova marcent
germina, terrarumque inclinat spiritus herbas.
mille intus simulacra dei caelaverat ardens
Mulciber: hic haeret lateri redimita Voluptas,
hic comes in requiem vergens Labor, est ubi Baccho,
est ubi Martigenae socium pulvinar Amori
obtinet. interius tecti in penetralibus altis
et cum Morte iacet, nullique ea tristis imago
cernitur. haec species. ipse autem umentia subter

---

87 Ẹṭ$^{\text{It}}$ f^{1} somni *add.* f^{r} *in ras.* 88 signis$^{\text{e}}$ r 89 Oblivio L^{1} *Lindenbrogius*: oblivia PL$^{\sigma}$ ω 90 torpensque C v$^{\text{v}}$oltu B^{3}: vultu P 91 pressiq$^{\text{s}}$e B^{3} pennis *ex* pi- B^{3}: pe- Qb 92 abigunt *ex* ambiunt μ^{2} 94 hi▒c B clament *ex* -ant Q^{1} 95 ullus P: illic ω 97 tacet (taṭẹcet ν^{2}) ω: iacet P nigrantia Pω: pigrentia *coni. Garrodius minus probabiliter* circum Pς: circa ω 99 Germina Pω: Germina$^{\text{ł gra}}$ r: Gramina ς *vulgo* 100—105 *om.* ω: ⟨h⟩i versus | ⟨i⟩n reliquis | non habentur P^{r} *mg.* *primus protulit Lindenbrogius, in sex codicibus eos inveniri testatur Gronovius. extant in* ς, *in quibusdam soli* 100—103, *quo in numero praeter eos quos Kohlmannus laudavit, Medicei sunt plut. 38, 4 mg. et 38, 7* 100 deum *vel* deo ς 101 Mulgiber P 102 ubi P: ibi ς 103 ubi P: ibi ς Martigenae *vulgo*: martigerae P: -ro ς: mulcigero ς 104 tecti P *Weber*: tectum ς 106 cernitur. hae (haec *ego dedi*) species. ⟨ipse⟩ autem *Vollmer 1896 p. 32*: Cernitur haec species autem P: Ipse autem vacuus curis ω: cernitur. haec species tantum: ipse *coni. Garrodius, quod displicet*

antra soporifero stipatos flore tapetas
incubat; exhalant vestes et corpore pigro
strata calent, supraque torum niger efflat anhelo
ore vapor; manus haec fusos a tempore laevo
sustentat crinis, haec cornu oblita remisit.
adsunt innumero circum vaga Somnia vultu,
vera simul falsis permixtaque * * * * * *
noctis opaca cohors, trabibusque aut postibus haerent,
aut tellure iacent. tenuis, qua circuit aulam,
invalidusque nitor, primosque hortantia somnos
languida succiduis exspirant lumina flammis.
huc se caeruleo libravit ab aethere virgo
discolor: effulgent silvae, tenebrosaque Tempe
adrisere deae, et zonis lucentibus icta
evigilat domus; ipse autem nec lampade clara
nec sonitu nec voce deae perculsus eodem
more iacet, donec radios Thaumantias omnis
inpulit inque oculos penitus descendit inertes.
tunc sic orsa loqui nimborum fulva creatrix:
'Sidonios te Iuno duces, mitissime divum
Somne, iubet populumque trucis defigere Cadmi,
qui nunc eventu belli tumefactus Achaeum

---

107 stipatos **P**ω: -tus **BQNfr**μ floret apertas (*ex* -os P^1) P^1 tapetis **LDC**ν: -as (i *supra*) Q^1r 108 exalant **Mfb** 109 afflat ς 110 vapor (ł pavor *supra*) M^1 fessos **N** 111 Sustenta[illegible]t **Q** cornu ω: -num **PQ**: -num B^1 112—117 *exhibet unus* **P** *nisi quod* 112—115 *etiam in cod. Coll. Corp. Christi Oxon.* 113 flumina flammis **P** (*ex v. 117*), *supplevere alii alia*, tristia laetis *Weymanus, Compte rendu du IV. Congrès . . des cathol. sect. VI sciences philol. 1898 p. 142. v. 113 eici vult Phillimorius sine idonea causa* 117 lumina *vulgo*: flumina **P** 119 Discolon (r *supra*) Q^1 121 lampade *ex* -da Q^1 122 nec **P**ω: et **B** percussus **NC**μ 123 thaumantias *ex* -us f^1 omnes **P** 124 Impulit **P** descendit *ex* di- $L^σ$ 125 sic[illegible] **B** nim[illegible]orum (b *supra*) B^1 126 iono **L** 127 populumque (ł os *supra*) P^r trucēs (¯ *add.* P^r *aut* P^c) **P**: truces (i *supra*) r cabmi b 128 achaeum (ł cheum *supra*) **P**B^1**Q**rbμν: achivum B^2**Kf**ς: achivum (acheum *supra*) M^1: achivum **D**: achevum **L**

pervigil adservat vallum et tua iura recusat.
da precibus tantis, rara est hoc posse facultas
placatumque Iovem dextra Iunone mereri.'
dixit, et increpitans languentia pectora dextra,
ne pereant voces, iterumque iterumque monebat.
ille dea iussis vultu, quo nutat, eodem
adnuit; excedit gravior nigrantibus antris
Iris et obtusum multo iubar excitat imbri.
    ipse quoque et volucrem gressum et ventosa citavit
tempora, et obscuri sinuatam frigore caeli
implevit chlamydem, tacitoque per aethera cursu
fertur et Aoniis longe gravis imminet arvis.
illius aura solo volucres pecudesque ferasque
explicat, et penitus, quemcumque supervolat orbem,
languida de scopulis sidunt freta, pigrius haerent
nubila, demittunt extrema cacumina silvae,
pluraque laxato ceciderunt sidera caelo.

---

129 Pervigil **ω**: -ili **P** vall[v]at **L**[1] iura **PBLKNCf**: iussa **SQDrbμν**: iura [ł iussa] **M**[σ] recus[a]et r 130 est hoc *om.* **B**[1]: hoc est **B**[3]**QLf** *post* 130 *sequitur in* ς *quibusdam* (*item* **b**[2] *mg.* **N**[2] *mg.*) Iunonemque tibi placatam coniuge dextro *vel* Placatamque tibi (*vel* simul) iunonem coniuge dextro, *de quo versu cf. Hermes 40 (1905) p. 361* 131 iunone (*ex* -is) **b**[1] mereri **ω** (*quod retinui mutata distinctione*): vereri **P**: mereri [ł re] **M**[1]: -ris **b**: merere ς *Gronovius* 133 Nec **b** iterumque *alterum om.* **B**[1]**L**[1] (iterum *sscr.* **B**[3]**L**[1]) iterum (-que *add.* **ν**[2]) iterumque **Nν** 134 vultu quo nutat eodem **P**: dubium mixtumque sopori (sopori *ex* pudori **b**[1]: *om.* r) **ω** *quae prioris editionis esse opinatus est Garrodius; sed cum sensu careant, ex interpolatione illius lectionis eos ortos esse suspicor* 136 multo *ex* -tus **L**[σ] eccitat **L** imbre **b** 138 obscur[i]a r sinuatam *ex* -um **b**[1] 139 aethera **ω**: aequora **P** 140 adoniis **B**[3] 141 pecudesque *ex* pedesque **Q**[1] 142 quemcumque **PD**: quamcumque (*ex* quem- **L**[σ]) **ω**: quamcumque ▒ (cum) **B**: qua▒cumque **N**: qua- **Cbν** orbem **PDN**: urbem **ω**; quemcumque .. orbem *intellego*: *quamcumque partem orbis, ad similitudinem pronominis* uterque *6, 13. 6, 675* 144 dimittunt (*ex* de- **M**[1]) **ML**
145 laxato (*ex* -ti **B**[1]) **Pω**: lassato *Menkius*

primus adesse deum subita caligine sensit
campus, et innumerae voces fremitusque virorum
submisere sonum; cum vero umentibus alis
incubuit piceaque haud umquam densior umbra
castra subit, errare oculi resolutaque colla,
et medio adfatu verba inperfecta relinqui.
mox et fulgentes clipeos et saeva remittunt
pila manu, lassique cadunt in pectora voltus.
et iam cuncta silent: ipsi iam stare recusant
cornipedes, ipsos subitus cinis abstulit ignis.
  at non et trepidis eadem sopor otia Grais
suadet, et adiunctis arcet sua nubila castris
noctivagi vis blanda dei: stant undique in armis
foedam indignantes noctem vigilesque superbos.
ecce repens superis animum lymphantibus horror
Thiodamanta subit formidandoque tumultu
pandere fata iubet, sive hanc Saturnia mentem,
sive novum comitem bonus instigabat Apollo.
prosilit in medios, visu audituque tremendus
inpatiensque dei, fragili quem mente receptum
non capit: exundant stimuli, nudusque per ora
stat furor, et trepidas incerto sanguine tendit
exhauritque genas — acies huc errat et illuc —

---

148 Summissere **P** 149 haut **P**: haud *ex* aut $\mathbf{B}^3$ 150 collo μ 151 Et▨ **B** 153 lassique *ex* -aque $\mathbf{B}^1$ pectore μ v$\overset{v}{o}$ltus $\mathbf{B}^1$: vultus **P** 155 ignes *ex* -is $\mathbf{P}^1$ 157 S$\overset{v}{a}$u-det $\mathbf{Q}^1$ adiunctis **P**: aiunctis **BN**ν: a cunctis ω: a▨iunctis **L**: a$\overset{c}{i}$unctis $\mathbf{Q}^1$: accinctis **f**: abiunctis **D** 158 Noctivagi *ex* -ci $\mathbf{P}^1$

160 repens **P**: recens (al repens $\mathbf{B}^1$ *mg.*) ω limph$\overset{n}{a}$tibus *ex* -ta- $\mathbf{Q}^1$ 162 iubet *ex* -vet $\mathbf{P}^1$: iube▨t **Q** 164 medios **P**: medio ω: medio^s $\mathbf{Q}^2$: medium **KMf** tremend$\overset{u}{i}$s $\mathbf{f}^1$ 165 quem **P**ω: -que in **C** 166 exundant ω: exudant **P** nudusque **P**ω: nullusque $\mathbf{L}^{\sigma}\mathbf{br}^1\nu^r$: multus^{que} μ^2 167 tendit **PBK**: $\overset{\text{ł reddit}}{\text{tendit}}$ **D**: reddit ω: $\overset{\text{ł tendit}}{\text{reddit}}$ $\mathbf{Q}^2\mathbf{M}^{\sigma}\mathbf{f}^2$ in sanguine **B** 168 Exausitque **PL** acies **P**ω: facies; *Bentleius*

sertaque mixta comis sparsa cervice flagellat. sic Phryga terrificis genetrix Idaea cruentum elicit ex adytis consumptaque bracchia ferro scire vetat; quatit ille sacras in pectora pinus sanguineosque rotat crines et vulnera cursu exanimat: pavet omnis ager respersaque cultrix arbor, et attoniti currum erexere leones.

ventum ad consilii penetrale domumque verendam signorum, magnis ubi dudum cladibus aeger, rerum extrema movens, frustra consultat Adrastus. stant circum subiti proceres, ut quisque perempto proximus, et magnis loca desolata tuentur regibus haud laeti seque huc crevisse dolentes. non secus amisso medium cum praeside puppis fregit iter, subit ad vidui moderamina clavi aut laterum custos, aut quem penes obvia ponto prora fuit: stupet ipsa ratis tardeque secuntur arma, nec accedit domino tutela minori. ergo alacer trepidos sic erigit augur Achivos: 'magna deum mandata, duces, monitusque verendos advehimus, non hae nostro de pectore voces: ille canit, cui me famulari et sumere vittas vestra fides, ipso non discordante, subegit. nox fecunda operum pulchraeque accommoda fraudi panditur augurio divom; vocat obvia Virtus,

---

171 Eli^{c}git $B^1M^1Q^2$ et^{ex} ν^2 -que *add.* Q^2 brachia **P** ferri *aut* -e **B**: ferro (ferro ν^2 *mg.*) ν: furorque (u *in ras. et alterum* r *add.* L^{σ}) **L** 172 pectora ω: -re **PC**: -rae f^1 173 rotat ω: quatit (*e v. 172*) **P** 174 respe^{s}xaque **Q** cultrix **PN** (*item Σ legisse bene suspicatur Garrodius*): cultri^{s}x Q^1: cultris ω 175 cursum **C** 176 penetrabile P^r 178 monens **C** fustra b 179 perempto ω: -ta **P** 183 vidui ω: dubii **P** (*cf. Silv. 1 praef. 28*) 185 sequuntur **P**: sequuta *ex* secuta b^1 187 trepidos . . achivos *ex* -dus . . -vus f^1 188 monitusque *ex* -tosque P^1 190 vi^{t}tas f^1 191 discordante *ex* desc- P^1 192 fraudi *ex* -de B^1 193 divo^{v}m B^1: divum **P**

et poscit Fortuna manus. stupet obruta somno
Aonidum legio: tempus nunc funera regum
ulcisci miserumque diem; rapite arma morasque
frangite portarum: sociis hoc subdere flammas,
hoc tumulare suos. equidem haec et Marte diurno
dum res infractae pulsique in terga redimus —
per tripodas iuro et rapti nova fata magistri —
vidi, et me volucres circum plausere secundae.
sed nunc certa fides. modo me sub nocte silenti
ipse, ipse adsurgens iterum tellure soluta,
qualis erat — solos infecerat umbra iugales —,
Amphiaraus adit: non vanae monstra quietis,
nec somno comperta loquor. 'tune' inquit, 'inertes
Inachidas — redde haec Parnassia serta meosque
redde deos — tantam patiere amittere noctem,
degener? haec egomet caeli secreta vagosque
edocui lapsus? vade heia, ulciscere ferro
nos saltem!' dixit, meque haec ad limina visus
cuspide sublata totoque inpellere curru.
quare agite, utendum superis; non comminus hostes
sternendi: bellum iacet, et saevire potestas.
ecqui aderunt, quos ingenti se adtollere fama
non pigeat, dum fata sinunt? iterum ecce benignae
noctis aves; sequor, et comitum licet agmina cessent,
solus eo! atque adeo venit ille et quassat habenas.'

---

194 Et poscit *ex* Exp. **f**^{1} stupet (*ex* stub-) **f**^{1}: *in ras.* **D**: *om.* **N** *spatio relicto* 195 Aoni^{d}um **r**: Aonium **b** 196 Ulcis^{c}si **B**^{3} 197 hoc (^{liceat}) **P**^{r} sub▒dere **B** flammi^{a}s **M**^{1} 198 haec **PL**^{1}: hoc **L**$^\sigma$ ω facias et **L**$^\sigma$ 199 Quod μ 200 tre^{i}pi^{o}das **Q**^{1} iuro *om.* **C** rapti *ex* -ta **L**$^\sigma$ 206 inhertes **B** 207 redde ω: -des **P** parnasia **P** 209 Degener▒ **B**^{1}: Deneger **M** 210 vade **P**: suade **B**^{1}: suade ω 211 Hos μ dixit *ex* du- **L**^{1} haec *s. l.* **b**^{1} 212 impellere **P** curru ω: cursu **P** 213 non **P**ω: dum **D** 215 ~~Haec~~qui (^{Ec}) **P**^{r}**Q**^{1}: ~~Ha~~ecqui **B**^{1}: Haecqui **Lrb**ν: En qui **f**: Ecce μ adherunt **B** 218 atque adeo ($^{ł\ solus}$) **PBQCf**: atque adeo (^{iterum}) **M**^{1}**L**$^\sigma$**D**: solus ω: atque ideo **K**

talia vociferans noctem exturbabat, euntque
non secus accensi proceres, quam si omnibus idem
corde deus: flagrant comitari et iungere casus.
ter denos numero, turmarum robora, iussus
ipse legit; circa fremit indignata iuventus
cetera, cur maneant castris ignavaque servent
otia: pars sublime genus, pars facta suorum,
pars sua, sortem alii clamant, sortem undique poscunt.
gaudet in adversis animoque adsurgit Adrastus.
vertice sic Pholoes volucrum nutritor equorum,
cum fetura gregem pecoroso vere novavit,
laetatur cernens hos montis in ardua niti,
hos innare vadis, certare parentibus illos;
tunc vacuo sub corde movet, qui molle domandi
ferre iugum, qui terga boni, quis in arma tubasque
natus, ad Eleas melior quis surgere palmas:
talis erat turmae ductor longaevus Achivae.
nec deest coeptis: 'unde haec tam sera repente
numina? qui fractos superi rediistis ad Argos?
estne hic infelix virtus? gentique superstes
sanguis, et in miseris animorum semina durant?
laudo equidem, egregii iuvenes, pulchraque meorum
seditione fruor; sed fraudem et operta paramus
proelia, celandi motus: numquam apta latenti

---

219 euntque *ω*: eumque **PD** 221 deus idem **P**[c] casis (v *s. l.*) **L**[1] 222 *om.* *ν*[1], *add.* *ν*[2] *mg.* turmarum *ex* -ba- **C**[1] 224 maneat **BLfb** ignaraque **BQ**: -araque (v *s. l.*) **L**[σ]**M**[1]**f**[2] fervent **b** 225 genas (v *s. l.*) **Q**[1] suarum **b** 226 clamant (ł poscunt *s. l.*) **C**[2] 229 Cum **P**: Cui (Qui **C**) *ω* fetura (·s· equa *s. l.*) **P**[r] 230 Laetetur **b** 231 iuuare (innare *s. l.*) **f**[2] 232 mole (l *s. l.*) **Q**[1] 234 quis *ex* qui **L**[σ] 235 achivum **Q** 236 Neque deest **rb** coeptis **P***ω*: inceptis *Ellisius et Garrodius*, *cf. ad 8, 236* 238 superstes gentique **f**[1] 239 animorum **P***ω* *recte*: atavorum *coni. Garrodius* 240 egregi **L** iuvenes (et *s. l. add.*) pulchra meorum **P**[1] *in ras.* 241 fror (v *s. l.*) **f**: fragor (u *s. l.*) **Q**[1] 242 nusquam *μ*

turba dolo. servate animos, venit ultor in hostis
ecce dies; tunc arma palam, tunc ibimus omnes.'
his tandem virtus iuvenum frenata quievit:
non aliter moto quam si pater Aeolus antro
portam iterum saxo premat imperiosus et omne
claudat iter, iamiam sperantibus aequora ventis.
  insuper Herculeum sibi iungit Agyllea vates
Actoraque: hic aptus suadere, hic robore iactat
non cessisse patri; comites tribus ordine deni,
horrendum Aoniis et contra stantibus agmen.
ipse novi gradiens furta ad Mavortia belli
ponit adoratas, Phoebea insignia, frondes,
longaevique ducis gremio commendat honorem
frontis, et oblatam Polynicis munere grato
loricam galeamque subit. ferus Actora magno
ense gravat Capaneus, ipse haud dignatus in hostem
ire dolo superosque sequi. permutat Agylleus
arma trucis Nomii: quid enim fallentibus umbris
arcus et Herculeae iuvissent bella sagittae?
  inde per abruptas castrorum ex aggere pinnas,
ne gravis exclamet portae mugitus aenae,
praecipitant saltu; nec longum, et protinus ingens
praeda solo ceu iam exanimes multoque peracti
ense iacent. 'ite, o socii, quacumque voluptas
caedis inexhaustae, superisque faventibus, oro,
sufficite!' hortatur clara iam voce sacerdos,

---

243 hostes **P** 244 Ecce *mihi suspectum* eolu[s] ab alto (-[s] ab alto *in ras.* ν^2) ν 245 quevit **f** 247 premit **Q** inperiosus **f** 248 Claud(a)et **L**$^\sigma$ sperantibus (*ex* spi- **M**[1]**f**[1]) ω: spirantibus **PBLQ** 249 erculeum **L** agylea **P**, *cf. 259. 308* 250 suaderi **r**: saudere **Q** robore **P**: -ra ω 251 Non cessisse *ex* Conc- **C**[2] 252 aonis **B** 255. 254 **N** 254 adhoratas **B**[1]: adoratas *ex* -tos **L**$^\sigma$**Q**[1] 255 *om.* **Q**[1], *add.* **Q**[1] *mg.* du[illegible]cis (l) **B** 256 *om.* **f** oblatam (-ta **Lb**) ω: obliquam **P** 257 magno *ex* -a **L**$^\sigma$ 258 haut **P**: haud *ex* aut **B**[1] hostes **D** 259 agyleus **P** 260 fall(e)antibus **L**$^\sigma$ 261 erculeae **L** 262 pinnas ω: portas **P** 264 saltum **b** et *om.* **r**ς 266 potestas voluptas **M**[1]: voluntas **N** 267 -que *om.* **D**

'cernitis expositas turpi marcore cohortes?
pro pudor! Argolicas hinc ausi obsidere portas,
hi servare viros?' sic fatus, et exuit ensem
fulmineum rapidaque manu morientia transit
agmina. quis numeret caedes, aut nomine turbam
exanimem signare queat? subit ordine nullo
tergaque pectoraque et galeis inclusa relinquit
murmura permiscetque vagos in sanguine manes:
hunc temere explicitum stratis, hunc sero remissis
gressibus inlapsum clipeo et male tela tenentem,
coetibus hos mediis vina inter et arma iacentes,
adclinis clipeis alios, ut quemque ligatum
infelix tellure sopor supremaque nubes
obruerat. nec numen abest, armataque Iuno
lunarem quatiens exerta lampada dextra
pandit iter firmatque animos et corpora monstrat.
sentit adesse deam, tacitus sed gaudia celat
Thiodamas; iam tarda manus, iam debile ferrum
et caligantes nimiis successibus irae.
Caspia non aliter magnorum in strage iuvencum
tigris, ubi inmenso rabies placata cruore
lassavitque genas et crasso sordida tabo
confudit maculas, spectat sua facta doletque

---

270 arcolicas b 271 viros **P**ω: vias *Garrodius, qua mutatione acumen perit* f[illegible]tus (ac) **L** 272 Folmineum f
subit
274 subit ω: subito **P**: fodit **D**: fodit bν: subiit μ 275 reliquit (-id **L**) **BQLfC**μ 276 vagos (ł a) . . manes (ł mentes) **M**^{1} 277 explicitum *ex* -cui f^1: explitum b 278 tenentem tela **Q**^{1} tentem (en) (ł tenentem) **B**^{1}: regentem **M**^{1}f^1 279 vina (*ex* vana μ^1: vana **C**) ω: una **P** 280 Adclinis *ex* -es **P**^{c} 283 Lunatam (rem) **C**^{1} lampada *ex* -de **Q**^{1} 284 mostrat **L** 285 Sentit (s) **Q**^{1} *vulgo post* tacitus *distinguunt* 286 Theodamas **C**: Thiodomas **Q**: Thiadamas **L** 289 rapies f placata ω: pacata **P**: pacata (l) **L**$^\sigma$ 290 Laxavitque **D** crasso ω: grasso **P** 291 Confudit (-fidit (v) f^1) ω: -fundit **PD**:

defecisse famem: victus sic augur inerrat
caedibus Aoniis; optet nunc bracchia centum
centenasque in bella manus; iam taedet inanes
exhaurire minas, hostemque adsurgere mallet.
parte alia segnes magno satus Hercule vastat
Sidonios Actorque alia, sua quemque cruento
limite turba subit: stagnant nigrantia tabo
gramina, sanguineis nutant tentoria rivis;
fumat humus, somnique et mortis anhelitus una
volvitur; haut quisquam visus aut ora iacentum
erexit: tali miseris deus aliger umbra
incubat et tantum morientia lumina solvit.
traxerat insomnis cithara ludoque suprema
sidera iam nullos visurus Ialmenus ortus,
Sidonium paeana canens; huic languida cervix
in laevum cogente deo mediaque iacebant
colla relicta lyra: ferrum per pectus Agylleus
exigit aptatamque cava testudine dextram
percutit et digitos inter sua fila trementes.
proturbat mensas dirus liquor: undique manant

-fu‖dit **Q** maculas *ex* -os $\mathbf{Q}^1$: malas *Garrodius*, *sed maculae tigridis propriae* f^c ata $\mathbf{L}^\sigma$ 292 famen **L** ~~sua~~ (sic) $\mathbf{Q}^1$ (*e v. 291*)

293 opt^a et $\mathbf{L}^\sigma$: optat **f** ν n^t unc $\mathbf{M}^1$ brachia **P** 295 exurgere **D** mallet **PBLQD**: malit ω 296 vastant **Q** 299 nutant **P**ω: -que natant *Marklandus ad Silv. 2, 1, 17*: fluitant *Bentleius* 300 Spumat *frg. Werd.* -que *om.* **C** hanelitus **b** 301 Solvitur *frg. Werd.*[1] haud ora μ 304 supprema **B**

305 Sider^a e $\mathbf{f}^1$: -ra *ex* -ro $\mathbf{L}^\sigma$ nullos *ex* -us $\mathbf{L}^\sigma$ Ialmenus (proprium) *Gronovius*: ialminus $\mathbf{P}^c$: palmenus ω: almeus **S**: almenius **M**: alemnius μ**f**: alimenus **b**ν: almenus **r** hortus **B**: ~~in~~ ortus μ^1

307 media‖que **f** (e) relicta **P**ω (*quod defendit Imhofius*): relapsa **N**ς: replicta *Heinsius*: reclina *Gronovius*: reiecta *Baehrens, cf. 9, 173* rēiecta, *6, 770* rēicit; *unde haud scio an 4, 574 sit scribendum* reciet agyleus **P** 309 Exegit **M**$\mathbf{C}^2$**r** apta^ta mque $\mathbf{B}^1\mathbf{Q}^1\mathbf{f}^1$: aptamque **LCr**$\mu$: artamque **M**: captamque **N** 310 Percutit ω: -culit **P** phila **L** 311 Perturbat **LN** durus **C** man^a ent $\mathbf{L}^\sigma$

sanguine permixti latices et Bacchus in altos
crateras paterasque redit. ferus occupat Actor
inplicitum fratri Thamyrin, Tagus haurit Echecli
terga coronati, Danaus caput amputat Hebri:
nescius heu rapitur fatis, hilarisque sub umbras
vita fugit mortisque ferae lucrata dolores.
stratus humo gelida subter iuga fida rotasque
Calpetus Aonios gramen gentile metentes
proflatu terrebat equos: madida ora redundant
accensusque mero sopor aestuat; ecce iacentis
Inachius vates iugulum fodit, expulit ingens
vina cruor fractumque perit in sanguine murmur.
fors illi praesaga quies, nigrasque gravatus
per somnum Thebas et Thiodamanta videbat.
quarta soporiferae superabant tempora nocti,
cum vacuae nubes et honor non omnibus astris,
adflatusque fugit curru maiore Bootes.
iamque ipsum defecit opus, cum providus Actor
Thiodamanta vocat: 'satis haec inopina Pelasgis
gaudia: vix ullos tanto reor agmine saevam
effugisse necem, ni quos deformis in alto
sanguine degeneres occultat vita; secundis

---

312 *verba* in altos *corrupta esse suspicatur Garrodius, cui ego non accedo*; in atros *coni. Postgatius* 313 pateresque (ɫ ras) b^1 314 Implicitum **P** thamyrin **P**: -rim (-rum **BL**μ: -arim **K**ν^2 *frg. Werd.*) ω (h)aurit B^1 echecli (eth- **SLCfb**$\mu\nu$) ω: eclecli **Q**: eccechli **P**: Echetli *Wilkinsius* 315 hebro **br** 316 umbris *frg. Werd.*[1] 317 lucrata *temere in suspicionem vocavit Garrodius. nam sine sensu doloris qui obit, mortis dolores lucratur* 318 gelida (-do **L**) ω: -das **P** 319 Calpetus **PQ** *frg. Werd.*: Palpetus (-pi- **f**: -as **r**) ω aonios (-as, o *supra* Q^1) ω: -us **P**μ 320 ~~h~~ora B^1L^σ 321 Accensumque (mero) L^σ; Accensusque L^σ *mg.* sopor *ex* -er P^c iacentis (*ex* -tes L^σ) ω: tac- PN^2 323 -que *om.* **r** perit cum μ 324 Mors *frg. Werd.* 325 thiodanta (ma) L^σ 326 noctis **NC** 328 Affatusque (l) f^1 cursu **D** 329 actor *ex* auctor **C** 330 pelagis (s) L^σ 332 ni ω: hi **P** quod (ɫ quos) L^σ

pone modum: sunt et diris sua numina Thebis.
forsitan et nobis modo quae favere, recedunt.'
paruit, et madidas tollens ad sidera palmas:
'Phoebe, tibi exuvias monstratae praemia noctis
nondum ablutus aquis — tibi enim haec ego sacra litavi —
trado ferus miles, tripodum fidusque sacerdos.
si non dedecui tua iussa tulique prementem,
saepe veni, saepe hanc dignare inrumpere mentem.
nunc tibi crudus honos, trunca arma cruorque virorum:
at patrias si quando domos optataque, Paean,
templa, Lycie, dabis, tot ditia dona sacratis
postibus et totidem voti memor exige tauros.'
dixerat, et laetis socios revocabat ab armis.
venerat hos inter fato Calydonius Hopleus
Maenaliusque Dymas, dilecti regibus ambo,
regum ambo comites, quorum post funera maesti
vitam indignantur. prior Arcada concitat Hopleus:
'nullane post manes regis tibi cura perempti,

TESTIMONIA 343 *Prisc.* GL II 41, 17 (ī *ante vocalem*) in Graecis saepe invenimus, ut Chīus et dīa et in uno trisyllabo, quod apud Statium legi, Lycīus. Statius in X Thebaidos: at patrias .. exige tauros. *ibid.* 72, 7 Lycius apud Statium in X producta paenultima invenitur: at patrias .. domus .. exige tauros

---

335 *add.* **N**[2] *mg.* recedunt **P**ω: -dant *Jortinus*, *sed cf. Silv. 1,3,63* (*ubi* debet *scribere debui*); *2,6,101; 5,3,185* 336 madidas *ex* -os **f**[1]: -dis (a *supra*) **L**$^{\sigma}$ sidere *frg. Werd.*[1] 337 Poebe **N** proelia (praemia *supra*) **N** 338 Necdum **N** enim *om.* **L** ego haec **C** 339 tripodum miles μ 342. 341 **Q**, *ordinem restituit* **Q**[1] 341 erumpere (ł in *supra*) **M**[1]: erumpere **f** 342 Non **D** crudis **C** honos *ex* honus **P**[c] 343 At ω: Ad **P** 344 tot **P**ω: tunc **N**[1] ditia **P**ω: docia **f** licei **r** dabis lyciae **b** dabis (·s· nos ire *supra*) **P**[r] 345 Hostibus **C** 346 laeti (s *supra*) **B**[1]: laetus **b** revocabat (r- *in ras.*) **Q**[1]: [illegible]evocabat (s-) **L** 347 interfato (us *supra*) **Q**[1] fa[illegible]to (c) **Bf** colidonius **f**: calidonios (v *supra*) **L**$^{\sigma}$ opleus **BLQMfb** 348 delecti (ł di *supra*) **M**$^{\sigma}$ 349 Regum ambo comites ~~prior arcada concitat opleus~~ **Q**, *in mg. suppl.* **Q**[1(?)] 350 opleus **BLQMfb**

clare Dyma, teneant quem iam fortasse volucres
Thebanique canes? patriae quid deinde feretis,
Arcades? en reduces contra venit aspera mater:
funus ubi? at nostro semper sub pectore Tydeus
saevit inops tumuli, quamvis patientior artus
ille nec abruptis adeo lacrimabilis annis.
ire tamen saevumque libet nullo ordine passim
scrutari campum, mediasve inrumpere Thebas.'
excipit orsa Dymas: 'per ego haec vaga sidera iuro,
per ducis errantis instar mihi numinis umbras,
idem animus misero; comitem circumspicit olim
mens humilis luctu, sed nunc prior ibo' — viamque
inchoat et maesto conversus ad aethera voltu
sic ait: 'arcanae moderatrix Cynthia noctis,
si te tergeminis perhibent variare figuris
numen et in silvas alio descendere voltu,
ille comes nuper nemorumque insignis alumnus,
ille tuus, Diana, puer — nunc respice saltem —
quaeritur.' intendit pronis dea curribus almum

---

352 Clare **PN**²: Care *ω* teneant **P***ω*: temerant *Baehrens, quae coniectura eo commendari videtur quod praeter hunc locum* fortasse *apud Statium coniunctivum secum non habet. sed ne in* forsitan *quidem poeta sibi constans* 353 Thebanaique **L**¹
n deinde
capes **P**¹ quod r de **L**$^{\sigma}$ 355 at *ω*: ad **P** nostro *ω*:
cien
nostros **P** tydaeus **P** 356 inobs **b** pancior **L**$^{\sigma}$ 357 abruptis *ex* -us **B**¹ amnis **D** 358 *om.* **L**¹, *add.* **L**$^{\sigma}$ *mg.* Ire *ex* Ille **Q**¹ 359 mediasve **PD**: -que *ω* 360 Excipit (-ci- *in ras.*) **f**¹
e r
vaga *ex* -o **L**$^{\sigma}$ sidera *ex* se- **L**$^{\sigma}$ 361 errantis **P**ʳ: erantes **L**$^{\sigma}$
ardor
luminis **L**¹: ł nu *sscr.* **L**$^{\sigma}$ 362 animus **P**: ardor *ω*: animus **DN** 363. 365. 366. 367. 364 *frg. Werd. ita ut* 366. 367 *uno versu*
v
scripti sint 363 set **P** 364 hethera **Bb** voltu *ν*: voltu **B**¹:
ł Numen
vultu **P** 366 tergeminis *ex* -gi- **B**¹ 367 Lumen **L**² *frg. Werd.*² voltu **B***ν* *frg. Werd.*: vultu **P** 368 alumni **f** 369 diana *ex* diona **Q**¹ saltim **M** 370 intendit ς *Barthius*: incendit **P***ω* cornibus *Marklandus servato* curru *v. 371*

sidus et admoto monstravit funera cornu.
apparent campi Thebaeque altusque Cithaeron:
sic ubi nocturnum tonitru malus aethera frangit
Iuppiter, absiliunt nubes et fulgure claro
astra patent, subitusque oculis ostenditur orbis.
accepit radios et eadem percitus Hopleus
Tydea luce videt; longe dant signa per umbras
mutua laetantes, et amicum pondus uterque,
ceu reduces vitae saevaque a morte remissos,
subiecta cervice levant; nec verba, nec ausi
flere diu: prope saeva dies indexque minatur
ortus. eunt taciti per maesta silentia magnis
passibus exhaustasque dolent pallere tenebras.
 invida fata piis et fors ingentibus ausis
rara comes. iam castra vident animisque propinquant,
et decrescit onus, subiti cum pulveris umbra
et sonus a tergo. monitu ducis acer agebat
Amphion equites, noctem vigilataque castra
explorare datus, primusque per avia campi

---

374 *Class. Auct.* ed. Mai IX p. 54 absilire discedere. unde Statius: absiluit nubes fulgore claro 384 *Serv.* Aen. 9, 212 Statius hinc trahens colorem ait: invida . . comes

---

371 funera **ω**: sidera **P** cornu **ω**: curru **P**: cornu (ł curru) **N**: curru (ł cornu) **D** 373 nocturum **f**: noctornum (v) **L**[1] 374 absiliunt **ω**: ads- (*vel* ass-) **PBQNμ**: ass- (dis) **C**[2]: abs- *ex* ads- **L**[σ] fulgore **L** 375 petent (a) **P**[1]: latent *Garrodius, sed* orbis *est terra, non luna* *post 375 in* **C** *legitur hic versus*: Archada mox dimas nuda tellure iacentem *fictus ex 9, 898* 376 eadem (et) [illegible] **B**[1] opleus **f**: obleus **L** 377 umbris (a) **B**[1] 378 lactantes (e) **Q**[1] 379 saevaque *ex* -ve- **f**[1] 380 levant (-at **br**: laevant **S**) **ω**: lavant **P**: mutant (ferunt) **K**[2] verba *ex* -bo **L**[σ] 384 fata piis et **ω**: fatidici sed **P** 385 comas (e) **L**[σ] 386 subita **QLMfμ** 387 Fit (*ex* Et **Q**[1]) **QNνς**: It **b**: Est **μ** 389 Explorare **ω**: -ata **P** datos *Koestlinius* primique (ł mus) **M**[1]

usque procul — necdum totas lux solverat umbras —
nescio quid visu dubium incertumque moveri
corporaque ire videt; subitus mox fraude reperta
exclamat: 'cohibete gradum quicumque!' sed hostes
esse patet: miseri pergunt anteire timentque
non sibi; tunc mortem trepidis minitatur et hastam
expulit, ac vanos alte levat eminus ictus,
adfectans errare manum. stetit illa Dymantis
ante oculos, qui forte prior gressumque repressit.
at non magnanimus curavit perdere iactus
Aepytus, et fixo transverberat Hoplea tergo
pendentisque etiam perstrinxit Tydeos armos.
labitur egregii nondum ducis inmemor Hopleus,
exspiratque tenens — felix, si corpus ademptum
nesciat —, et saevas talis descendit ad umbras.
　viderat hoc retro conversus et agmina sentit
iuncta Dymas, dubius precibusne subiret an armis
instantes; arma ira dabat, fortuna precari,
non audere iubet: neutri fiducia coepto.
distulit ira preces; ponit miserabile corpus
ante pedes, tergoque graves, quas forte ferebat,
tigridis exuvias, in laevam torquet et obstat
exertum obiectans mucronem, inque omnia tela
versus et ad caedem iuxta mortemque paratus:
ut lea, quam saevo fetam pressere cubili

---

391 quod f (ł videri) moveri L[1] 392 vident C 393 ~~pro~~(co)hibete M[1]: cohibere b 394 peragunt Q[1]: per⦀gunt f 395 mina(it)tur f[1] 396 vanos ω: vano P alate P 397 Affectans P: Adfl- μ manum PD: -us ω ille C 401 Pendentesque P: -que *om.* br perstri(n)xit Q[2]: -strixit b 402 egregi B nondum ducis (dum *s. l.* B[1]Q[2]) Pω: ducis nondum b: -que ducis non r: sed non ducis N[1]: (sed)non d. ν[2]: non iam C immemor P opleus Lb *recte distinxit Kohlmannus* 404 et PD: ac (at S) ω descendit PSKμ: -dat ω 406 -ne *om.* μ armis *ex* -a P[1] 407 *om.* L[1], *add.* L[σ] *mg.* 410 ferebat P: regebat BSQμ: gerebat NC: (ł gere)regebat K[2]M[1]f[2]b[2]: tegebat ν 411 laevam (*ex* -om B[1]?) PBC: -um (-um *in ras.* ν[2]: *ex* -om L[σ]) ω 413 Mersus μ

venantes Numidae, natos erecta superstat,
mente sub incerta torvom ac miserabile frendens;
illa quidem turbare globos et frangere morsu
tela queat, sed prolis amor crudelia vincit
pectora, et a media catulos circumspicit ira.
et iam laeva viro, quamvis saevire vetaret
Amphion, erepta manus, puerique trahuntur
ora supina comis. serus tunc denique supplex
demisso mucrone rogat: 'moderatius, oro,
ducite, fulminei per vos cunabula Bacchi
Inoamque fugam vestrique Palaemonis annos!
si cui forte domi natorum gaudia, si quis
hic pater, angusti puero date pulveris haustus
exiguamque facem! rogat, en rogat ipse tacentis
voltus: ego infandas potior satiare volucres,
me praebete feris, ego bella audere coegi.'
'immo' ait Amphion, 'regem si tanta cupido
condere, quae timidis belli mens, ede, Pelasgis,
quid fracti exanguesque parent; cuncta ocius effer,
et vita tumuloque ducis donatus abito.'
horruit et toto praecordia protinus Arcas
implevit capulo. 'summumne hoc cladibus' inquit,
'derat, ut adflictos turparem ego proditor Argos?

---

416 sub **P**ω (*quod retinui mutata interpunctione*): sui *Heinsius*: sed *Garrodius* torvom (v *s. l.*) **B**[1]: torvum **P** 418 prolis ω: pronus **P** 419 a *om.* **C** 421 erepta ω: erecta **P** trahantur (v *s. l.*) **B**[1]**M**[1]**Q**[2]: -hantur **f**μ 422 serus (ł sero) **P**r 424 per vos ω: parvos **P**: parvos (e) **Q**[1] cunabula (·s· ad) **P**r: cunabala (u) **M**[1] ,bachi 'cunabula **L**[1] 425 Inomque (a) **f**[1]: Lieamque *in ras.* **L**[1] an▒nos **B**
428 tacentis *Marklandus ad Silv. 1, 3, 36*: iacentis (-es **P**) **P**ω
429 Voltus **B**: Vultus **P** infandas *om.* **L**[1], *add. s. l.* **L**σ
431 a▒it (g) **f** amphon **L** cupido est **M** 432 Pondere **C**
433 parent **PDN**: -ant ω: -ent (a) **L**σ efer **B**: effer *ex* effor **L**σ
434 tumoloque (v) **f** 436 hoc *om.* **f** 437 turparem ω: turbarem **PSKDNC**: turparem (ł b) ν[2]

nil emimus tanti, nec sic velit ipse cremari.'
sic ait, et magno proscissum volnere pectus
iniecit puero, supremaque murmura volvens:
'hoc tamen interea †et tu potiare sepulcro'

* * *

tales optatis regum in complexibus ambo,
par insigne animis, Aetolus et inclytus Arcas,
egregias efflant animas letoque fruuntur.
vos quoque sacrati, quamvis mea carmina surgant
inferiore lyra, memores superabitis annos.
forsitan et comites non aspernabitur umbras
Euryalus Phrygiique admittet gloria Nisi.
at ferus Amphion, regi qui facta reportent
edoceantque dolum captivaque corpora reddant,
mittit ovans; clusis ipse insultare Pelasgis
tendit et abscisos sociorum ostendere voltus.
interea reducem murorum e culmine Grai
Thiodamanta vident nec iam erumpentia celant
gaudia. ut exertos enses et caede recenti

---

438 emi[i]nus B^1 (emimus B^1 *mg.*): emi[m]nus Q^1: emi[m]us f^1: ł eminus quimus L^1: minus est C sic (*ex* si $Q^1K^2\mu^2$) ω: si PBg ipse ω: iste P 441 et tu P: claro ω (*interpolatione foedissima*); *an Statius in caesura hiatum admisit, sicut 8, 36? de sensu cf. 9, 564.* sed tu *Vollmer 1896 p. 32* (*ubi aut* sed *aut* tu *supervacaneum est*): mecum *Garrodius*, *qui* suprema .. volvens *ad recte Dymantem rettulit*; *conieci* saltem potio[a]re P^1: potiere D: potio[e]re ν^1 sepulchro P *post v. 441 lacunam statui, nisi forte Statius sermonem abrumpit, ut repente puerum concidisse appareat, cf. 10, 688* 442—481 *paene extincti in* D 442 Tales *ex* -is Q^1 in *om.* N 444 Egregi[a]us Q^1 447 Fo[r]ssitan Q^1 aspe[n]rabitur P^1 448 E[u]ryalus P^1 admittit Q: -[e]at b: -at r 449 amphyon P facta reportent *add.* N^2 reportant Q: ł reportent renarrent b^1 450 *om.* L^1, *add.* L^1 *mg.* 451 clausis Mf 452 abcisos f voltus $B\nu$: vultus P 453 [re]ducem Q^1 455 exertos (et ex- L) ω: exortos P recentum r

arma rubere notant, novus adsilit aethera magnum
clamor, et e summo pendent cupida agmina vallo
noscere quisque suos. volucrum sic turba recentum,
cum reducem longo prospexit in aere matrem,
ire cupit contra summique e margine nidi
extat hians, iamiamque cadat, ni pectore toto
obstet aperta parens et amantibus increpet alis.
dumque opus arcanum et taciti conpendia Martis
enumerant laetisque suos complexibus implent
Hopleaque exquirunt tardumque Dymanta queruntur:
ecce et Dircaeae iuxta dux concitus alae
venerat Amphion; non longum caede recenti
laetatus videt innumeris fervere catervis
tellurem atque una gentem exspirare ruina.
qui tremor elicita caeli de lampade tactis,
hic fixit iuvenem, pariterque horrore sub uno
vox, acies sanguisque perit, gemitusque parantem
ipse ultro convertit equos; fugit ala retorto
pulvere. nondum illi Thebarum claustra subibant,
et iam Argiva cohors nocturno freta triumpho

456 rubere *ex* sub ere Q[1]   novus ω: tunc P; *illud recepi mutata distinctione*   457 ⦙ vallo (b-) C   459 aere PD: aethere (*ex* -ra b[1]) ω   460 cupit *bis* N   summique P: summaque (-mo- ν: -que *om.* N) ω, *cf. 8, 730.* margo *semper masculine apud Statium ponitur*   ab Q   vidi C   461 Extaṅt B[1]   cadit b   ni *ex* ne P[1]   462 increpet *ex* -at Q   463 tacitạ[i] f[1]   compendia P   464 E~~t~~numerant L[1]   465 Opleaque Lb: Ho⦙pleaque (p) B   tar[d]⦙umque Q[1]   ạdymanta P[1]   466 et dirchaeae PDCν: [et]dircaeae B[1]: dircaeae ω: -que d. L: ibi d. f[r]μ[2]   dirceas .. alas b[2]: [ad]dircaeas ... alas Q[2]   467 recente C   469 exspirare *ex* expiare μ[2]: expirạre[ss] ν[3]   ruina ω: -am P   470 elicita ς *Peyraredus*: inlicita Pω: inicitur *Garrodius haud male*: ilicibus *Phillimorius*   tactis PBC: tactis[o] L[σ]: tactos (tẹ[a]- b[1]) ω   472 Vox acies (-es *add.* Q[2]) ω: Vix acie P   parantem ω: parentem[v] P[c]   473 equọs[v] Q[1]: equus P   fuit[g] L[σ]   474 ille r   475 trumpho L

prosilit in campos; per et arma et membra iacentum
taetraque congerie sola semianimumque cruorem
cornipedes ipsique ruunt: gravis exterit artus
ungula, sanguineus lavat imber et inpedit axes.
dulce viris hac ire via, ceu tecta superbi
Sidonia atque ipsas calcent in sanguine Thebas.
hortatur Capaneus: 'satis occultata, Pelasgi,
delituit virtus: nunc, nunc mihi vincere pulchrum
teste die; mecum clamore et pulvere aperto
ite palam, iuvenes: sunt et mihi provida dextrae
omina et horrendi stricto mucrone furores.'
sic ait; ardentes alacer succendit Adrastus
Argolicusque gener, sequitur iam tristior augur.
iamque premunt muros — et adhuc nova funera narrat
Amphion — miseramque intrarant protinus urbem,
ni Megareus specula citus exclamasset ab alta:
'claude, vigil, subeunt hostes, claude undique portas!'
  est ubi dat vires nimius timor: ocius omnis
porta coit; solas dum tardius artat Echion
Ogygias, audax animis Spartana iuventus
inrupit, caesique ruunt in limine primo

---

493 *Serv.* Aen. 2, 354 plerumque enim desperatione robur augetur, ut Statius: est ubi dat vires nimius timor

---

476 *alterum* et *s. l. add.* **B**^{3} 478 Cornipes **N** gravis *ex* -es **P**^{1} exterit **P**: exerit (ał extrahit **B**^{1} *mg.*) *ω*: exerit (pro terit) **C**^{2} 479 lavat (-bat **N**^{2}: -vạt (i) **f**^{1}) *ω*: libat **P** imperit (d) **P**^{1} (*aut* **P**^{c}, D ∼ R) 481 sanguine **PD**: pulvere *ω* 482 ocultata **f** pelagi (s) **C** 483 virtus *s. l. add.* **Q**^{2} nunc nunc *ω*: nunc est **P**; *an* nunc et *?* 486 Omina (*ex* Omnia *μ*^{2}) *ω*: Omnia **P**: numina *Menkius cl. 3, 615* orrendi (h) **f** 487 succendit *ω*: -cedit **P** 488 gener *s. l. add.* **Q**^{1} 490 Aphion **L** intrarant *Klotzius*: intrabant (r) **P**^{c}: intrabant (-rent *sscr.* **f**^{r}) *ω*, *cf. 9, 370. 10, 500* 491 Mi **L** maẹgereus **P**^{1} 493 Ast **L** omnis *ex* -es **P**^{1}**B**^{1}**Q**^{1}: omnes *μ* 494 cogit **L** 495 animis **P***ω*: animi **L** *Gronovius*

incola Taygeti Panopeus rigidique natator
Oebalus Eurotae; tuque, o spectate palaestris
omnibus et nuper Nemeaeo in pulvere felix,
Alcidama, primis quem caestibus ipse ligarat
Tyndarides, nitidi moriens convexa magistri
respicis: averso pariter deus occidit astro.
te nemus Oebalium, te lubrica ripa Lacaenae
virginis et falso gurges cantatus olori
flebit, Amyclaeis Triviae lugebere Nymphis,
et quae te leges praeceptaque fortia belli
erudiit genetrix, nimium didicisse queretur.
talis Echionio Mavors in limine saevit.
 tandem umeris obnixus Acron et pectore toto
pronus Ialmenides aeratae robora portae
torserunt: quanta pariter cervice gementes
profringunt inarata diu Pangaea iuvenci.
par operis iactura lucro, quippe hoste retento

513 *Serv.* Aen. 9, 724 ast alios secum includit: Statius: par operis (-ri *codd. praeter* F) iactura lucro; namque hoste recepto exclusere suos

497 tageti **MLCfb** rigidique *ex* re- $M^{\sigma}f^{1}$: ridigique **P** 498 calestris (ꝉ p) f^{1} 499 nemeo **N**: iam nemeo **BLQMfCb** 500 Alcidamma **P**: -damas **f** ligarat *ω*: ligabat **P** 501 vitidi (n) Q^{1} moriens (e *ex* i) Q^{1} maistri (g) L^{σ} 502 adverso **Nr***μ* 503 oebalion (um) Q^{1} 504 gurgis **P** oliri (o) P^{c}: olore (ho- b) *ω* 505 Flebit **Nς**: Flevit **P***ω* tribiae (v) P^{c} 506 quae *ex* que f^{1} 507 Erudiit (-d..iit **Q**: -duit b; -d- *in ras.* b^{2}) *ω*: -dit **P** queruntur (e) b^{2} 510 Pronus *ω*: Protinus **P**: Protinus ν^{2} Almenides pronus *μ* ialmenides (*ex* alim- C^{2}) *ω*: alm- **PLSr**: alm- **b**: ealmenides **D**: almeides **N** aeratae *Klotzius*: erratae P^{c}: ferratae (ꝉ eratae) *ω*: ferratae **N**; *cf. Ov. fast. 2, 785 met. 8, 41 Verg. Aen. 2, 481* 512 Profringunt **P***ω*: Profingunt (r) M^{1}: Profingunt *μ*: Profindunt **b**: Prostringunt **C**: Prostringunt (ꝉ scindunt) **D**: Prosindunt (c) ν^{1} in aratra **C** pangae (a) P^{r} 513 lucro *ex* loco M^{1} hoste re- *ex* hostes e L^{σ}

exclusere suos; cadit intra moenia Graius
Ormenus, et pronas tendentis Amyntoris ulnas
fundentisque preces penitus cervice remissa
verba solo voltusque cadunt, colloque decorus
torques in hostiles cecidit per vulnus harenas.
solvitur interea vallum, primaeque recusant
stare morae; iam se peditum iunxere catervae
moenibus: at patulas saltu transmittere fossas
horror equis, haerent trepidi atque inmane paventes
abruptum mirantur agi; nunc inpetus ire
margine ab extremo, nunc sponte in frena recedunt.
hi praefixa solo vellunt munimina, at illi
portarum obiectus minuunt et ferrea sudant
claustra remoliri, trabibusque † et ariete sonoro
pellunt saxa loco; pars ad fastigia missas
exsultant haesisse faces, pars ima lacessunt
scrutanturque cavas caeca testudine turres.
at Tyrii, quae sola salus, caput omne coronant

---

514 graius ł graium f^2 515 Ormenus ω: -as **P**: Ornemus **K**: Ormeus **f** amyntaris *ex* -as Q^1 516 Fundentesque **P** remissa **P**: recisa (ric- [e supra] L^{σ}) ω 517 voltusque ν: vo- [v supra] B^1: vu- **P** deconis [r supra] M^{σ} 518 Torquis **PBLMfν** harenes [a supra] L^{σ} 519 primaeque [ł pronae supra] M^{σ} 520 se *om* **L** iuncxere (ncx *in ras.* P^1) **PB** 521 at ω: ad **P**: ac (c *in ras.*) f^1 fossas *ex* foras B^1 522 equis *ex* -us Q^1 immune [a supra] P^r 523 agi ω: iter **P** 525 prefixa *ex* -o L^{σ} munima **f** 526 obiectas [v supra] M^1 527 remolliri **Qb** trabibus[que] et ariete P^1: trabibusque artata ω *interpolatione manifesta. corrupta est vox* ariete, *cuius usum heroes nesciunt, nec in suspicione est epitheton* sonoro, *modo ne cum* loco *coniungatur. itaque ex eis quae prolata sunt, unum Postgatii propositum* atque aere *probabile. nam aut* aere *quod Kohlmannus suspicatus est, propter disiunctivam particulam ferri nequit.* atque assere duro *Owenus* 528 Vellunt μ loco [ł sono supra] N^2r missos [a supra] P^1: missos **C** 529 lesisse [ł he supra] Q^1 lacessit **b**: -ssit [ł ssunt supra] **r** 530 cava μ: cavas *ex* -os L^{σ} terras **r** 531 Ad [t supra] P^1

murorum, nigrasque sudes et lucida ferro
spicula et arsuras caeli per inania glandes
saxaque in adversos ipsis avolsa rotabant
moenibus: exundant saevo fastigia nimbo,
armataeque vomunt stridentia tela fenestrae.
qualiter aut Malean aut alta Ceraunia supra
cessantes in nube sedent nigrisque locantur
collibus et subitae saliunt in vela procellae:
talis Agenoreis Argivom exercitus armis
obruitur; non ora virum, non pectora flectit
imber atrox, rectosque tenent in moenia voltus
inmemores leti et tantum sua tela videntes.
Anthea falcato lustrantem moenia curru
desuper Ogygiae pepulit gravis impetus hastae;
lora excussa manu, retroque in terga volutus
semianimos artus ocreis retinentibus haeret;
mirandum visu belli scelus: arma trahuntur,
fumantesque rotae tellurem et tertius hastae

533 *Serv.* Aen. 9, 585 plumbum enim iactum nimio rotatu et aeris calore dissolvitur. Statius: et arsuras ... glandes

532 Mutorum (r *supra* t) **M**$^{\sigma}$ nigrasque **P** ω: ignitasque *vel* igniferasque *Garrodius* 533 glandes *ex* -et **Q**^{1} 534 avolsa **f** ν: avolsa (v *supra* o) **B**^{1}: avulsa **P**: adversa (vul *supra*) **C**^{2} 535 exdant (un *supra*) **L**$^{\sigma}$ 536 fenestrae **PD**: pharetrae (-trē **QK**) ω: pharetrae (fenestrae *supra*) **N** 537 maleen *ex* maleunt **L**$^{\sigma}$ cerauna (i *supra*) **P**^{1}: ceu rania **f**^{1} 538 Cursantes **L** subite saliunt *ex* -ter aliunt **L**$^{\sigma}$ locantur *Buryus*: locuntur **P**: legantur **S**: leguntur ω: leguntur (ł loquuntur *supra*) **N**: teguntur (ł le *supra*) **D** 540 Talis ω: Talibus **P** argivom (v *supra*) **B**^{1}: argivum **P** armis ω: orans **P**: [illegible] (armis *supra*) (amnis) **Q** 542 voltus (v *supra*) **B**^{1}: vu- **P** 543 Immerores (m *supra*) **f**^{1} 545 ogygyae **P** 546. 547 *om.* **B**^{1}, *add.* **B**^{2} *mg.* 546—549 *om.* **f**^{1}, *add.* **f**^{2} *mg.* 546 volutus ω: solutus **PN**^{2}: volutus (ł so *supra*) **r** 547 Semianimes μ occreis **f** 549 tellurem et tertius ω: tellurem et territus **P** astae (ł hastam *supra*) **L**$^{\sigma}$: hastae **M**^{1}: hastae *ex* -tam **Q**^{1}

sulcus arat; longo sequitur vaga pulvere cervix,
et resupinarum patet orbita lata comarum.
at tuba luctificis pulsat clangoribus urbem
obsaeptasque fores sonitu perfringit amaro.
divisere aditus, omnique in limine saevus
signifer, ante omnes sua damna et gaudia portans.
dira intus facies, vix Mavors ipse videndo
gaudeat; insanis lymphatam horroribus urbem
scindunt dissensu vario Luctusque Furorque
et Pavor et caecis Fuga circumfusa tenebris.
Bellum intrasse putes: fervent discursibus arces,
miscentur clamore viae, ferrum undique et ignes
mente vident, saevas mente accepere catenas.
consumpsit ventura timor: iam tecta replerunt
templaque et ingratae vallantur planctibus arae.
una omnis eademque subit formido per annos:
poscunt fata senes, ardet palletque iuventus,
atria femineis trepidant ululata querellis.
flent pueri et flendi nequeunt cognoscere causas
attoniti et tantum matrum lamenta trementes.
illas cogit amor, nec habent extrema pudorem:
ipsae tela viris, ipsae iram animosque ministrant,
hortanturque unaque ruunt, nec avita gementes

---

550 longo *ex* -e **Q**[1] vaga (ł iu) **ν**[2] 551 reșsupinarum **P**[1] tela (ł lata) **ν**[2] gomarum (c) **P**[1] 552 tu⦀ba (r) **P** lạẹtiferis (uc) **C**[2] clagoribus (n) **P**[1] 553 Obsaeptasque (ss) **P**[r] perfringit (*ex* -at **Q**[1]) **Pω**: perstringit (-ạt, i, **f**[1]) **fb**: perstrinxit **ν** 555 portans **P**: portat **ω** 557 insanis **PDς**: incertis **ω** 558 *om.* **f**[1]; Miscentur clamore viae ferrum undique et ignes *add.* **f**[1] *mg.* 560 discurribus (s) **f**[1] 561 *om.* **f**[1], *add.* **f**[1] *mg.* 562 caternas **C** 563 Consumpsit (*ex* -ru-) **P**[1]: Cum sumpsit **b** replerunt **Mς**: replerant **ω**: replorant **P** 564 velantur **μ** 565 omnes **P** 569 trementes **P**: timentes **ω**: trementes (ti) **D**: timentes (videntes) **r**: timentes (sequentes) **K**[2] 570 abent (h) **B**[1] 572 Artanturque (ł Ort) **r**

limina nec parvos cessant ostendere natos:
sic ubi pumiceo pastor rapturus ab antro
armatas erexit apes, fremit aspera nubes,
inque vicem sese stridore hortantur et omnes
hostis in ora volant, mox deficientibus alis
amplexae flavamque domum captivaque plangunt
mella laboratasque premunt ad pectora ceras.
nec non ancipitis pugnat sententia volgi
discordesque serit motus: hi reddere fratrem —
nec mussant, sed voce palam claroque tumultu —,
reddere regna iubent; periit reverentia regis
sollicitis: 'veniat pactumque hic conputet annum,
Cadmeosque lares exul patriasque salutet
infelix tenebras; cur autem ego sanguine fraudes
et periura luam regalis crimina noxae?'
inde alii: 'sera ista fides, iam vincere mavult.'
Tiresian alii lacrimis et supplice coetu
orant, quodque unum rebus solamen in artis,
nosse futura rogant. tenet ille inclusa premitque
fata deum: 'quiane ante duci bene credita nostro
consilia et monitus, cum perfida bella vetarem?
te tamen, infelix' inquit, 'perituraque Thebe,

594 *Pomp.* GL V 178, 8 haec Thebe, ut est: te quoque peritura Thebe

573 cessant *ex* -unt **L**$^{\sigma}$ 574 puniceo **QN** 575 Armatas *ex* -os **Q**^{1} nubis **P** 577 Hostis *ex* -es **P**^{1} hora **B**
tas unt
volant (*ex* -ans **M**^{1}) *ω*: volent **P** 579 laborantesque premit **Q**^{1}
n
580 accipitis **L**$^{\sigma}$ pugnaart **B**^{1}: pugna≡t **f** volgi **P**ν:
v unt
volgi **B**^{1} 581 serit **Q**^{1} fratrem **P***ω* (*quod ex vulgi sermone aptissimum*): fratri ς *Sandstroemius 1878 p. 57* 582 claroque
v
ω: -aque **P** 583 iobent **B**^{1} 584 Sollicitis *ω*: -ti **P** conputet *ex* -at **B**^{1}: computet **P** 586 aut≡ ego (-em) **L**: aut ego **Cgbr** ego *om.* **P** *plane necessarium* 588 iste **Q**
ł voto
589 coetu **r** 591 fugura **b** 592 ante diu **Q** nostro **P**:
ł bam
nostra *ω* *fortasse recte*; *an* vestro? 593 vitarem **L**: vetarem **r**

si taceam, nequeo miser exaudire cadentem
Argolicumque oculis haurire vacantibus ignem.
vincamur, Pietas; pone heia altaria, virgo,
quaeramus superos.' facit illa, acieque sagaci
sanguineos flammarum apices geminumque per aras
ignem et clara tamen mediae fastigia lucis
orta docet; tunc in speciem serpentis inanem
ancipiti gyro volvi frangique ruborem
demonstrat dubio, patriasque inluminat umbras.
ille coronatos iamdudum amplectitur ignes,
fatidicum sorbens vultu flagrante vaporem.
stant tristes horrore comae, vittasque prementes
caesaries insana levat: diducta putares
lumina consumptumque genis rediisse nitorem.
tandem exundanti permisit verba furori:
'audite, o sontes, extrema litamina divum,
Labdacidae: venit alma salus, sed limite duro.
Martius inferias et saeva efflagitat anguis
sacra: cadat generis quicumque novissimus extat
viperei, datur hoc tantum victoria pacto.
felix, qui tanta lucem mercede relinquet.'
   stabat fatidici prope saeva altaria vatis
maestus, adhuc patriae et tantum communia lugens
fata, Creon: grandem subiti cum fulminis ictum,

---

595 nequeo *ex* neque o **L**^{1} 598 ꝉfacieque (aꝉ acieque **B**^{1} *mg.*) **B**^{1}: $\overset{\text{acieque}}{\cancel{\text{facieque}}}$ **Q**^{1}: ▒acieque **L** fugaci **C** 599 -que *s. l. add.* **Q**^{1} 601 Orsa *ex* -ta **μ**^{2}: Orta (ꝉ orsa **f**^{1} *mg.*) **f** 605 sorbens *ex* -rv- **P**^{1} 606 vi(t)tasque **P**^{1}**L**$^\sigma$ prementes **P**: tre- **ω** 607 Ces(e)arias **L**$^\sigma$ diducta *ex* de- **Q**^{1} diducta putares levat **P** 608 genis *ex* -as **Q**^{1} 609 furori (-re **b r**) **ω**: nitorem **P** (*e v. 608*) 610 extre▒amina (-ma lit-) **μ** litanima **P** 611 salṇs (v) **L**^{1} limi(ti)ne **N**^{2}: limine *Valckenarius* 613 cadit **C** 614 tantum datur hoc **μ** 615 tanta *ex* -to **Q**^{1} relinquat (ꝉ et) **r**: relinquit **f**: meretur **μ** 617 et **P**: *om* **ω** tantum patriae **BLf** lugens **ω**: iungens **P** 618 subiti q(a)ẹ fulminis ictum *add.* **b**^{2}

non secus ac torta traiectus cuspide pectus,
accipit exanimis sentitque Menoecea posci.
monstrat enim suadetque timor; stupet anxius alto
corda metu glaciante pater: Trinacria qualis
ora repercussum Libyco mare sumit ab aestu.
mox plenum Phoebo vatem et celerare iubentem
nunc humilis genua amplectens, nunc ora canentis
nequiquam reticere rogat; iam fama sacratam
vocem amplexa volat, clamantque oracula Thebae.
 nunc, age, quis stimulos et pulchrae gaudia mortis
addiderit iuveni — neque enim haec absentibus umquam
mens homini transmissa deis —, memor incipe Clio,
saecula te quoniam penes et digesta vetustas.
 diva Iovis solio iuxta comes, unde per orbem
rara dari terrisque solet contingere, Virtus,
seu pater omnipotens tribuit, sive ipsa capacis
elegit penetrare viros, caelestibus ut tunc
desiluit gavisa plagis! dant clara meanti
astra locum quosque ipsa polis adfixerat ignes.
iamque premit terras, nec vultus ab aethere longe;
sed placuit mutare genas, fit provida Manto,
responsis ut plena fides, et fraude priores

---

620 exanimis *ex* -us B^1 senti^{t}que f moenecea P: menoeccea b 621 Mons^{r}tat B^1 instupet P (*i. istupet*) 622 pater P^r (·s·nep) 623 Hora M liby coma resumit B sumsit *ex* sumit L$^\sigma$ 624 cel$^{·era}$are Q^1: celare C 625 amplect^{e}ans L^1 628 quis PDCb: qui ω: quis *ex* qui f^{1}ν^1 stimulos (sti- *in ras.* L^1) ω: tumulos P et *om.* L 631 et ω: est P penes quoniam μ vetustas ω: voluptas P: vetustas (voluptas) N^2 632 orbem ω: urbem Pf 634 si^{v}ne Q^1 ipsa (*ex* -o) Q^1: ipse C capaces P: capacis *ex* ra- C 635 penetrale viri (-re ros) N^2: penetra^{l}re vir^{i}os r tunc Pω: ^{n}tunc B^1: nunc (*ex* tunc b) fbν 636—755 *folio inserto suppl.* Q^r (∼ ς) *cuius lectiones omisi* 636 gravisa L$^\sigma$ 637 polis (-us C) ω: potens P 638 vultus ω: virtus P 640 plena Pω: plana fbrμ: pl^{e}ana ν^2

exuitur voltus. abiit horrorque vigorque
ex oculis, paulum decoris permansit honosque
mollior, et posito vatum gestamina ferro
subdita; descendunt vestes, torvisque ligatur
vitta comis — nam laurus erat —; tamen aspera produnt
ora deam nimiique gradus. sic Lydia coniunx
Amphitryoniaden exutum horrentia terga
perdere Sidonios umeris ridebat amictus
et turbare colus et tympana rumpere dextra.
sed neque te indecorem sacris dignumque iuberi
talia Dircaea stantem pro turre, Menoeceu,
invenit; inmensae reserato limine portae
sternebas Danaos, pariter Mavortius Haemon.
sed consanguinei quamvis atque omnia fratres,
tu prior: exanimes circum cumulantur acervi;
omne sedet telum, nulli sine caedibus ictus —
necdum aderat Virtus —, non mens, non dextra quiescit,
non avida arma vacant, ipsa insanire videtur
Sphinx galeae custos, visoque animata cruore
emicat effigies et sparsa orichalca renident:
cum dea pugnantis capulum dextramque repressit:
'magnanime o iuvenis, quo non agnoverit ullum
certius armifero Cadmi de semine Mavors,
linque humiles pugnas, non haec tibi debita virtus:
astra vocant, caeloque animam, plus concipe, mittes.

---

643 et (ex- **K**: et de- **S**) posito vatum *ω*: et post no (*superscr.* hec) vatum **P**[1] (n ∼ it) 645 nāu **P**[1] (*cf. 1, 334*) 646 Ora *ex* -o **B**[1] deum **f** nimiique *ex* -osque **P**[c] 648 ridebat *ω*: redimibat **P** 651 Thalia dirchae **P** menoeceum **Pb**: -caeu▒ (-m) **B**: meceu (*superscr.* ne, *subscr.* o meneceu) **L**[1] 652 Invenit (*superscr.* ·s· virtus) **P**[r] immensam (*superscr.* e) **P**[c] reserata b 653 Sternebas **P**[r]: -bas *ex* -bat **B**[1] 656 nullis in▒ (-e) **P** iectus **L**[1] 657 Nedum (*superscr.* c) **f**[1] 658 vocant **B** 659 Spinx **Mf** galleae **L** 660 oricalca **Pb**: orialca **C** 661 pugnantis *ex* -tes **f**: -tes **P** 662 o *om.* *μ* 663 semine *ex* -de? **P**[1] 664 Linque *ex* -gue **B**[1] 665 mittes *ω*: mittis **PB**: -is (*superscr.* e) **L**[σ]

iamdudum hoc hilaris genitor bacchatur ad aras,
hoc ignes fibraeque volunt, hoc urguet Apollo:
terrigenam cuncto patriae pro sanguine poscunt.
fama canit monitus, gaudet Cadmeia plebes
certa tui; rape mente deos, rape nobile fatum.
i, precor, adcelera, ne proximus occupet Haemon.'
sic ait, et magna cunctantis pectora dextra
permulsit tacite seseque in corde reliquit.
fulminis haut citius radiis adflata cupressus
conbibit infestas et stirpe et vertice flammas,
quam iuvenis multo possessus numine pectus
erexit sensus letique invasit amorem.
ut vero aversae gressumque habitumque notavit
et subitam a terris in nubila crescere Manto,
obstipuit. 'sequimur, divum quaecumque vocasti,
nec tarde paremus,' ait; iamiamque recedens
instantem vallo Pylium tamen Agrea fixit.
armigeri fessum excipiunt; tum vulgus euntem
auctorem pacis servatoremque deumque
conclamat gaudens atque ignibus implet honestis.

---

685 *Serv.* Aen. 9, 649 sicut Statius de Menoeceo: et laudibus inplet honestis

---

666 hilares **P** 667 volxunt **B**^{1} hoc ω: haec **P** apolloṣ **P**^{1} 668 patriae *s. l.* **f**^{1} 669 gaudet ω: audet **P** gadmeia **f** plebes *ex* bl- **P**^{1}: plepes **f** 670 Certa tui ω: Certatim **P** 671 neḉ **M**$^\sigma$ occupet (v *supra*) *ex* -at **B**^{1}: -at **L**: occipet **f**^{1} 672 magna ω: magno **P** cunctantis *fortasse ex* -es **P**^{1} 673 tacitae **P** reliquit (n *supra*) **M**^{1}: -linquit **Cr** 674 haut *ex* ac **L**$^\sigma$: aut **Bf** 675 Conbibit *ex* -vivit **P**^{c}: Cumbibit (ł com *supra*) **M**^{1} 676 numine *ex* no- **C** 678 aversae ω: adversae **Sbr**: adversae **P**^{r}: aversae *ex* adv- ? **L**^{1} gressumque ω: -um **P** 679 a *om.* **P** 680 Obstupuit **b**: Obstimuit **r** quicumque μ 681 paremus ω: patremus **P**^{r} 682 ụllo (a *supra*) **L**$^\sigma$ pylium (pyl *-in ras.*) **B**^{1}: primum **C** 683 tum ω: tunc **P** 684 Auctorem *ex* Autt- **P**^{c} 685 *ex* ignibus **P**^{r} *videtur correxisse* amnibus: ignibus (laudibus *supra*) **C**: laudibus *Serv.* honestus **b**: -t[illegible]is **L**

iamque iter ad muros cursu festinus anhelo
optinet et miseros gaudet vitasse parentes,
cum genitor — steteruntque ambo et vox haesit utrimque,
deiectaeque genae. tandem pater ante profatus:
'quis novus inceptis rapuit te casus ab armis?
quae bello graviora paras? dic, nate, precanti,
cur tibi torva acies? cur hic truculentus in ore
pallor, et ad patrios non stant tua lumina voltus?
audisti responsa, palam est. per ego oro tuosque,
nate, meosque annos miseraeque per ubera matris,
ne vati, ne crede, puer! superine profanum
dignantur stimulare senem, cui vultus inanis
extinctique orbes et poena simillima diro
Oedipodae? quid si insidiis et fraude dolosa
rex agit, extrema est cui nostra in sorte timori
nobilitas tuaque ante duces notissima virtus?
illius haec forsan, remur quae verba deorum;
ille monet! ne frena animo permitte calenti,
da spatium tenuemque moram, male cuncta ministrat
impetus; hoc, oro, munus concede parenti.
sic tua maturis signentur tempora canis,
et sis ipse parens et ad hunc, animose, timorem
pervenias: ne perge meos orbare penates.
externi te nempe patres alienaque tangunt
pignora? si pudor est, primum miserere tuorum.
haec pietas, hic verus honos; ibi gloria tantum

687 Obtinet **P** 688 steter[a]ụnt[que] **M**[1]: -rantque **C**: -rant **C f** μ: -runt *Menkius* utrimque **P** ω: utrique **K C** 689 *om.* **L**[1], *add.* **L**[1] *mg.* profatus (*ex* -ur **B**[1]) **P** ω: -tur **f** 690 Qui **f** cassus **L** 691 dig[c]ṇate **P**[1] 692 [v]toria **f**[2] hoc **B**: [hic]hoc **D** hore **B** 693 voltus **B** ν: vu- **P** 695 meosque ω: meos **P** 699 insidi[i]ạs **f** 700 [ait]agit **D**: ait (a- *in ras. duarum litt.* **L**[σ]) **L f** extrema est cui nostra ω: cui nostra extrema **P** tim[o]eri **B**[1] 701 notissima *ex* nov- **C** 702 *om.* **L**[1], *add.* **L**[1] *mg.* *recte distinxit Bentleius* 707 sis *ex* sic **L**[σ] 708 orbare *ex* orn- **M**[1] 711 hi[n]c (erased letter) **B**: hic **D**:

ventosumque decus titulique in morte latentes.
nec timidus te flecto parens: i, proelia misce,
i Danaas acies mediosque per obvius enses;
non teneo: liceat misero tremibunda lavare
vulnera et undantem lacrimis siccare cruorem,
teque iterum saevis iterumque remittere bellis.
hoc malunt Thebae.' sic colla manusque tenebat
inplicitus; sed nec lacrimae nec verba movebant
dis votum iuvenem; quin et monstrantibus illis
fraude patrem tacita subit avertitque timorem:
'falleris heu verosque metus, pater optime, nescis.
non me ulli monitus, nec vatum exorsa furentum
sollicitant vanisque movent: sibi callidus ista
Tiresias nataeque canat; non si ipse reclusis
comminus ex adytis in me insaniret Apollo.
sed gravis unanimi casus me fratris ad urbem
sponte refert: gemit Inachia mihi saucius Haemon
cuspide; vix illum medio de pulvere belli
inter utrasque acies, iamiamque tenentibus Argis —
sed moror; i, refove dubium turbaeve ferenti

ǂhic hinc M^σ: hinc **b r** *μ* verus *om.* **K** honos ibi (*ex* ubi *μ*: ubi **M f**: ubi *ex* ibi **L**[1]) *ω*: tibi honos **S**: tibi honor et **P**[1] 712 morte *ex* monte **P**[1] 713 tumidus **C** i *om.* **P** 714 Per *ν* mediasque **C**: -usque **N** 715 labare **P** 716 s(i)ccare **P**[1] 717 (iterum) iterumque **P**[r] remittere *in ras.* **P**[1] 718 malum **L**[1]: Malunt **L**[1] *mg.* si(c) **f**[1] 719 lacrime *ex* -mis **b**[1] (*cf. v. 716*) 720 iuve(ne)m **P**[1] 721 Fraudem **P**[1] tacit(a)e **M**[1]: ta(c)tita **f**[2] 722 ferosque **L** 723 illi **C** 724 vanisque **P**: manesque *ω* istic (*i.* -a) **P** 725 nataeque *ω*: -taque **P** can(a)it **L**[1] 726 Comminus *ω*: Commu(v)nis **P**[1] 727 gravis *ω*: magis **P**: magis (gravis) **D** unanimis **N**: -mi⁞ **C** 728 refret **L** hemon *ex* -um **P**[1]: *ex* hismon **b**[1] 729 illum (video) **P**[r] velli **f** 730 acies *om.* **f**[1], *add. s. l.* **f**[r] iamiam⁞ (que) **L** 731 refove *ex* -be **P**[1] dubium⁞ (-que) **f** turbaeve **P**: -que *ω*: -ve (que) **D** ferenti **P** *ω*: furenti **B L**: f(e)urenti **D**

dic, parcant leviterque vehant; ego vulnera doctum
iungere supremique fugam revocare cruoris
Aetiona petam.' sic inperfecta locutus
effugit; illi atra mersum caligine pectus
confudit sensus; pietas incerta vagatur
discordantque metus, inpellunt credere Parcae.
turbidus interea ruptis venientia portis
agmina belligeri Capaneus agit aequore campi,
cornua nunc equitum, cuneos nunc ille pedestris,
et proculcantes moderantum funera currus;
idem altas turres saxis et turbine crebro
laxat, agit turmas idem atque in sanguine fumat.
nunc spargit torquens volucri nova vulnera plumbo,
nunc iaculum excusso rotat in sublime lacerto,
nullaque tectorum subit ad fastigia, quae non
deferat hasta virum perfusaque caede recurrat.
nec iam aut Oeniden aut Hippomedonta peremptos
aut vatem Pelopea phalanx aut Arcada credunt:
quin socium coiisse animas et corpore in uno
stare omnes, ita cuncta replet. non ullius aetas,
non cultus, non forma movet; pugnantibus idem
supplicibusque furit; non quisquam obsistere contra,

---

732 vulnerẹ (a *supra*) **P^1** 733 lunịere (g *supra*) **L^1**: ungere *Phillimorius, sed haec parva laus in medico* suppremique **fb** 734 Aetiona (Pet- **K**: Act- **f**μ: Aec- ν) ω: Aethiona (Aech- **D**) **PMDr**: Eetiona *Gronovius, cf. 7, 757* imperfecto **b** 735 illi *ex* -le **B^1** morsum (e *supra*) **M^σ** 736 Confundit **f** vagatur ω: voc- **P** 737 inpallunt (e *supra*) **L^σ** 738 raptis (ł ruptis *supra*) **r** 739 aequorae **P** 740 cuneos ω: cunctos **P** pedestres **P** 741 At **L** 742 altas (-a^s **B^1**) ω: alias **P** 743 ait (g *supra*) **L^1** atque idem **C** sumat μ 745 iaculom (v *supra*) **M^1** 746 vestigia **L** 747 Deserat **C** hauṣta **r** 748 aut *om.* **f** oeniden **B**: -em **f** 749 opem (vatem *supra*) **r** archada **P** 750 Qui μ coiisse ω: coisse **PLMC**μ: coisse (i *supra*) **f^r**ν^2 751 replent **B^1** 753 Suplicibus **B**

non belli temptare vices: procul arma furentis
terribilisque iubas et frontem cassidis horrent.
at pius electa murorum in parte Menoeceus
iam sacer aspectu solitoque augustior ore,
ceu subito in terras supero demissus ab axe,
constitit, exempta manifestus casside nosci,
despexitque acies hominum et clamore profundo
convertit campum iussitque silentia bello.
'armorum superi, tuque o qui funere tanto
indulges mihi, Phoebe, mori, date gaudia Thebis,
quae pepigi et toto quae sanguine prodigus emi.
ferte retro bellum captaeque inpingite Lernae
relliquias turpes, confixaque terga foventes
Inachus indecores pater aversetur alumnos.
at Tyriis templa, arva, domos, conubia, natos
reddite morte mea: si vos placita hostia iuvi,
si non attonitis vatis consulta recepi
auribus et Thebis nondum credentibus hausi,
haec Amphioniis pro me persolvite tectis
ac mihi deceptum, precor, exorate parentem.'
sic ait, insignemque animam mucrone corusco
dedignantem artus pridem maestamque teneri

756 sq. cf. *Drac.* laud. dei 3, 260 sq.

755 Terribilesque **P** iubas *ω*: tubas **P** 756 electa **P***ω* (*quod explicat Imhofius*): erecta *Schrader male* mene(·ce)us $\mathbf{L}^1$ 757 Iam *ω*: Tam **P** angustior **C** 759 exempto **r** manifest(v)as $\mathbf{L}^1$ 760 Despexit(que) $\mathbf{f}^r$ 761 Iussitque (I- *an* i- *dubium*) **P** 764 toto *ex* -a $\mathbf{L}^\sigma$: voto *Valckenarius, sed* toto *explicatur notione* prodigus toto(quae) $\mathbf{B}^1$: toto quae *ex* totoque **fr** 765 bell(v)om $\mathbf{P}^1$ (*nempe scripturus erat* bello, *sed statim correxit*) 766 Reliquias **P** foventes *ex* fa- $\mathbf{L}^\sigma$ 767 Inacchus **B** adversetur **N** alumnos *ex* -us $\mathbf{P}^1$ 768 Et **C** 769 placita **Q**ς *Gronovius*: placida **P***ω*: piat≣ **K** iuvit **r**: vivit *μ* 770 attonitus **L** 771 ~~nondum~~ nondum $\mathbf{P}^1$ (h)ausi $\mathbf{Q}^2$: ausi $\mathbf{M}^\sigma$ 772 amphioni(i)s $\mathbf{B}^1$: -nis **f** tectis *Schrader* (*cf. 1, 279*): terris **P***ω* 773 Ac *ω*: At **P**ς 775 teneri *ex* -re $\mathbf{L}^1$

arripit atque uno quaesitam vulnere rumpit.
sanguine tunc spargit turres et moenia lustrat,
seque super medias acies, nondum ense remisso,
iecit et in saevos cadere est conatus Achivos.
ast illum amplexae Pietas Virtusque ferebant
leniter ad terras corpus; nam spiritus olim
ante Iovem et summis apicem sibi poscit in astris.
 iamque intra muros nullo sudore receptum
gaudentes heroa ferunt: abscesserat ultro
Tantalidum venerata cohors; subit agmine longo
colla inter iuvenum, laetisque favoribus omni
concinitur vulgo Cadmum atque Amphiona supra
conditor; hi sertis, hi veris honore solutos
adcumulant artus patriaque in sede reponunt
corpus adoratum. repetunt mox bella peractis
laudibus; hic victa genitor lacrimabilis ira
congemit, et tandem matri data flere potestas:
'lustralemne feris ego te, puer inclyte, Thebis
devotumque caput vilis ceu mater alebam?
quod molita nefas, cui tantum invisa deorum?
non ego monstrifero coitu revoluta novavi
pignora, nec nato peperi funesta nepotes.
quid refert? potitur natis Iocasta ducesque

777 spargit (-sit **f**) **ω**: spargi **P** 779 Iectit **P**[1]: Iecit **DL**[σ]: Flectit **rμ**: Flectit (Flectit, ł iecit) **ν**[2] 780 iustusque (al. virtus) **f**[r] 782 *om.* **f**, *in* **BL** *post 787 legitur, a* **B**[3] *in suum locum revocatus est, a* **L**[1] *deletus est et iuxta adscriptus versui 781* poscit **Pω**: quaerit **b** in astris **Q**[1] *in ras.* 784 abcesserat **f** 786 fovoribus (a *supra* o) **M**[1] 787 gadmum **f** amphioria **B** 788 Conditor **ω**: -tur (*ex* -tor **M**[1]**Q**[2]) **PMQCμ** solutos **ς** *Peyraredus*: soluto **ω**: solito (v *supra*) **P**[1] 790 adhoratum **B** 791 vitam **r** *post* 791 *in* **P** *scriptus erat v. 810, sed erasus est* 796 coitu (-i- *in ras.* **B**[3]) **ω**: cultu **P**: catu **r** novavi **Qbς** *Heinsius*: notavi **ω**: natavi **P**: novavi (ta *supra*) **D**: notavi (ł v *supra*) **ν**[2] 799 *ante* 798 *in* **P** 798 refrt (e *supra*) **L**[σ] potitur natis **P**: habet (a- (h *supra*) **B**[1]) ecce suos (suos *om.* **S**) **ω**, *ubi* ecce *ineptum* iocasqua (ta *supra*) **B**[1]: iacasta (o *supra*) **Q**[1]

regnantesque videt: nos saeva piacula bello
demus, ut alterni — placet hoc tibi, fulminis auctor —
Oedipodionii mutent diademata fratres!
quid superos hominesve queror? tu, saeve Menoeceu,
tu miseram ante omnis properasti extinguere matrem.
unde hic mortis amor? quae sacra insania menti?
quosve ego conceptus aut quae male pignora fudi
tam diversa mihi? nimirum Martius anguis,
quaeque novis proavum tellus effloruit armis —
hinc animi tristes nimiusque in pectore Mavors,
et de matre nihil. sponte en ultroque peremptus
inrumpis maestas Fatis nolentibus umbras.
ast egomet Danaos Capaneaque tela verebar:
haec erat, haec metuenda manus ferrumque, quod amens
ipsa dedi. viden ut iugulo consumpserit ensem?
altius haut quisquam Danaum mucrone subisset.'
  diceret infelix etiamnum et cuncta repleret
questibus: abducunt comites famulaeque perosam
solantes thalamoque tenent, sedet eruta multo
ungue genas; non illa diem, non verba precantum
respicit aut visus flectit tellure relictos,
iam vocis, iam mentis inops. sic aspera tigris
fetibus abreptis Scythico deserta sub antro
accubat et tepidi lambit vestigia saxi;

---

799 bellis **B** 800 alterni ω: alternis P^1: alternis *Garrodius*, *sed displicet tautologia* alternis . . mutent 801 Oedipodioni^{i} P^1: -ionides **N** nutant **r** diademata *ex* -te Q^1 802 Quid ω: Quis **P** tu saemenochei (*ex* -eo P^1) **P** 803 omnes **P** properas **f** extinguere ω: -gue **P** 805 male ω: mala **PQD**μ 807 et floruit **L** *post* 808 *in* **P** *iterum erasus est v.* 810 809 sponte▒ (-m) **Q** 810 Irrumpit **C** 811 Ast ω: At **P**: *om.* **K** 812 met^{v}enda M^{σ} ferrum quod amabas **f** 813 vide^{n} f^{r} consuperat **N** 814 aut PBL^1: had **b** danaum $P\nu$: -ao ω danao quisquam **f** 815 replesset **N** 816 abducunt *ex* add- L^{σ}: at sumunt **f** 817 sed et **C**: sed ▒ **L**: sed N^1 multo *ex* -a L^{σ} 821 Foetibus **P** abreptis *ex* -ru- Q^1: arreptis **N** 822 t^{e}ipidi Q^2: trepidi **L**

nusquam irae, sedit rabidi feritasque famesque
oris, eunt praeter secura armenta gregesque:
aspicit illa iacens; ubi enim, quibus ubera pascat
aut quos ingenti premat expectata rapina?
hactenus arma, tubae, ferrumque et vulnera: sed nunc
comminus astrigeros Capaneus tollendus in axis.
non mihi iam solito vatum de more canendum;
maior ab Aoniis poscenda amentia lucis:
mecum omnes audete deae! sive ille profunda
missus nocte furor, Capaneaque signa secutae
arma Iovem contra Stygiae rapuere sorores,
seu virtus egressa modum, seu gloria praeceps,
seu magnae data fata neci, seu laeta malorum
principia et blandae superum mortalibus irae.
iam sordent terrena viro taedetque profundae
caedis, et exhaustis olim Graiumque suisque
missilibus lassa respexit in aethera dextra.
ardua mox torvo metitur culmina visu,
innumerosque gradus, gemina latus arbore clusus,

830 *Serv.* Aen. 12, 500 ac si diceret: nec Musa nec Apollo sufficiunt. Statius: maior ab Aoniis sumenda dementia ... deae!

823 sedit Pω: cedit Q rabidi *Vollmer 1896 p. 33*: rapidi P: rabies ω *in* B *inter* 822 *et* 823 *exstant linea circumscripta haec*: aƚ et rapidi feritas iraeque famesque *in* f *v. 823 sic scriptus est*: Nusquam irae et rabies feritas iraeque famesque 826 ruina μ 827 Actenus L 828 astriferos M tollendus *ex* -tes L$^{\sigma}$ axes P 829 canendum (-dus C) ω: canentum P ς *Heinsius* 830 oniis (a *suprascr.*) f[2] poscenda amentia *Kohlmannus*: sumenda poscenda amentia P[1]: sumenda audacia (aƚ poscenda amentia B[1] *mg.*) ω: sumenda amentia (audacia *suprascr.*) K: sumenda audacia (ƚ amentia *suprascr.*) N[2]: sumenda amentia D: sumenta audacia L$^{\sigma}$r: sumenda dementia *Serv.* amentia *explicat* Σ 831 audete ω: audite P: auditi M ille *ex* illa P[1]B[1]L[1]f[1] 833 sores (or *suprascr.*) P[1] 835 fata Pω: fama ς *an* necis? laeta *explicat* Σ, *alius* caeca *ineptam interpolationem* 838 grai‗umque f 839 aethere (a *suprascr.*) M[1] 841 Inmerosque (nu *suprascr.*) f[2] latus *in ras.* f[2]: letus (a *suprascr.*) L$^{\sigma}$ clusus ω: clusus (a *suprascr.*) P^{r}f[2]: clausos *Wernsdorfius in Stoschi Museo critico I (1774) p. 115, cf. Imhofius*

aerium sibi portat iter, longeque timendus
multifidam quercum flagranti lumine vibrat;
arma rubent una clipeoque incenditur ignis.
'hac' ait, 'in Thebas, hac me iubet ardua virtus
ire, Menoeceo qua lubrica sanguine turris.
experiar, quid sacra iuvent, an falsus Apollo.'
dicit, et alterno captiva in moenia gressu
surgit ovans: qualis mediis in nubibus aether
vidit Aloidas, cum cresceret inpia tellus
despectura deos nec adhuc inmane veniret
Pelion et trepidum iam tangeret Ossa Tonantem.
  tunc vero attoniti fatorum in cardine summo,
ceu suprema lues urbi facibusque cruentis
aequatura solo turres Bellona subiret,
omnibus e tectis certatim ingentia saxa
roboraque et validas fundae Balearis habenas —
nam iaculis caeloque vagis spes unde sagittis? —
verum avidi et tormenta rotant et molibus urguent.
ille nec ingestis nec terga sequentibus umquam
detrahitur telis, vacuoque sub aere pendens
plana velut terra certus vestigia figat,
tendit et ingenti subit occurrente ruina:

---

843 lumine *ω*: fulmine **P** 844 dipeoque (cl *s. l.*) **f**[r] 845 Hac (Ha*c* **Q**) . . . hac *ω*: Haec . . haec **P** iubet *ω*: iunct (1) (*voluitne* vincit?) **P**[1] (*quod natum ex lectione* iuvet) 847 iuvant **BQf** falsus (fallus **f**) *ω*: fallis (ł falsus) **P**[r]; *fortasse* fallis *retinendum, ita ut post* iuvent *sensus finiatur* 848 Dicit **P***ω*: Dixit ς 849 qualis (e) **L**[σ]: quales **P** 852 tangerat (e) **L**[1] 853 Tum **Q** 854 supprema **Bf** luces **L**: dies *Bentleius*, *sed cf. e. g. Lucan.* 2, 200 urbi (*sc. advenisset*) **P**: urbem (*sc. subiret*) *ω* 856 e *s. l.* **P**[c]: et **Lf** 857 validas **P**: gravidas *ω*: gravidas (validas) **N**[2]: validas (gravidas) **D** abenas (h) **B**[1] 858 Iam *μ*: Non *ex* Nam **L**[σ] unde **P***ω*: una **BLr**[1]: nulla **b**: unde (nulla) **D** 859 avdi (i) **P**[1]**L**[σ] et *ω*: *om.* **P**ς rotant *ex* no- *μ* urgent **P** 860 ingentis (s) **P**[1] tela **C** 862 Plena **DN** 863 subit *ω*: subito **P** occurente (r) **f**[2] rugina **L**[σ]

amnis ut incumbens longaevi robora pontis
adsiduis obpugnat aquis; iam saxa fatiscunt
emotaeque trabes: tanto violentior ille —
sentit enim — maiore salo quassatque trahitque
molem aegram, nexus donec celer alveus omnis
abscidit et cursu victor respirat aperto.
utque petita diu celsus fastigia supra
eminuit trepidamque adsurgens desuper urbem
vidit et ingenti Thebas exterruit umbra,
increpat attonitos: 'humilesne Amphionis arces,
pro pudor! hi faciles carmenque inbelle secuti,
hi, mentita diu Thebarum fabula, muri?
et quidnam egregium prosternere moenia molli
structa lyra?' simul insultans gressuque manuque
molibus obstantis cuneos tabulataque saevus
restruit: absiliunt pontes, tectique prementis
saxea frena labant, dissaeptoque aggere rursus
utitur et truncas rupes in templa domosque
praecipitat frangitque suis iam moenibus urbem.

---

864 incumbens *ex* -ent **L**$^{\sigma}$ 866 trabes *ex* trahes **L**$^{\sigma}$ 867 Sentit **P** (*quod recepit Kohlmannus distinctione correcta*):
enim s
Saevit **ω** <u>olim</u> **L**$^{\sigma}$ quatsatque **P**[1] (*scripturus erat* quatit) 868 omnes **P** 869 cursu *ex* cassu **Q**[1] 870 petita **ω**: perita **P**
ov c
871 Eminuit **Q**: Eminuit **D**: Emicuit ς 873 humilesne **P ω**: haene illae **N**[2]r[2]ς *manifesta interpolatione, quam amplexi sunt Barthius et Garrodius* amphionis *ex* -es **B**[1] 874 -que *om.* **L**[1], *add. s. l.* **L**$^{\sigma}$ inbelle *ex* -la **Q**[1] 875 Hi **PKN**: Et **ω**: E- f
mentita mu t
moritura **L**$^{\sigma}$ ri **P**[1] 876 Et quidnam (Est quid ' **K**: Equidnam f[2]) **P ω** (quid *intellego*: *cur*): Ecquidnam *Baehrens*: Et quid tam *Bentleius* 878 Mo▒libus **B**: Mollibus **b** obstantes **P**:
b ob
ostantis **M**[1]: ~~in~~stantis **L**[1] 879 Restruit **ω**: Destruit (*ex* Re- **P**[1]**B**[1]) **PBKMfrν**: Destruit *ex* Destrait **μ**: Detrahit **N**: Deruit ς, *cf. Vollmer 1896 p. 29. recte Garrodius contulit* 10, 527 claustra remoliri, *cf. etiam refigendi usum apud Sen. dial. 1, 3, 9. 7, 19, 3* tectique **ω**: lectique **P** prementis ς: -tes **P**: trementis
r
(-es **L**) **ω** 880 labant *ex* da- **L**[1] disceptoque f[2]: disceptoque **Lr** 881 rupes **ω**: rudis **P** in **ω**: inter **P**

iamque Iovem circa studiis diversa fremebant
Argolici Tyriique dei; pater aequus utrisque
aspicit ingentes ardentum comminus iras
seque obstare videt. gemit inservante noverca
Liber et obliquo respectans lumine patrem:
'nunc ubi saeva manus, meaque heu cunabula flammae,
fulmen, io ubi fulmen?' ait. gemit auctor Apollo,
quas dedit ipse, domos; Lernam Thebasque rependit
maestus et intento dubitat Tirynthius arcu;
maternos plangit volucer Danaeius Argos;
flet Venus Harmoniae populos metuensque mariti
stat procul et tacita Gradivum respicit ira.
increpat Aonios audax Tritonia divos,
Iunonem tacitam furibunda silentia torquent.
non tamen haec turbant pacem Iovis: ecce quierunt
iurgia, cum mediis Capaneus auditus in astris.
'nullane pro trepidis' clamabat, 'numina Thebis
statis? ubi infandae segnes telluris alumni,
Bacchus et Alcides? pudet instigare minores.
tu potius venias — quis enim concurrere nobis

896 *Serv.* Aen. 10, 63 Iuno ubique silens inducitur . . . Statius: Iunonem tacitam (-ta **F**) . . . torquent

884 utriusque *μ* 886 inservante (-er[v]ga- **B**^{1}: *in ras.* **L**^{1}) **PB**^{1}**LNbr**: inservante [ł infestante] **M**$^\sigma$ **ν**^{2}: infestante (*ex* inservante **μ**^{1}) **B**^{3} *mg.* **QKfμ**: infestare **DNς** novercam **D** 888 meaeque **C** 889 io *om.* **N**^{1}, *add.* **N**^{2} 891 inte[n]cto **M**$^\sigma$: int[en]oto **Q**^{2} dubitant **P**^{1} 892 daneius **f** danaeius argos *add.* **N**^{2} 893 armoniae **P**: harm[i]oniae **B**^{1}: harmionae **Q**: harmonae **L**^{1}: hermionae **L**$^\sigma$ **ω** 895 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**^{1} *mg.*, *cf. ad 923* ania[o]s **M**^{1} 896 tacitam **ω**: -ta **P**
897 quierunt *Klotzius*: quierant **P**: qu[i]erant **B**^{1}: queruntur (*ex* -nt **N**^{2}) **MNfbν**: queruntur [ierunt] **Q**^{2}: queruntur [ł quierant] **ν**^{2}: quierant [ł queruntur] **L**$^\sigma$: requirant **ς** 898 auditur **NC** 899 Nulla[ne]que **b**^{1} clamabant **C**^{2} numine **f** 900 segnes *om.* **Mf**^{1}: nobis *s. l. add.* **f**^{2} 901 alchides **P** pudet **P**: piget **ω**: pudor **D** minorem **b**
902 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**^{1} *mg.*, *cf. ad 923* concurre[re] **P**^{1}

dignior? en cineres Semeleaque busta tenentur —,
nunc age, nunc totis in me conitere flammis,
Iuppiter! an pavidas tonitru turbare puellas
fortior et soceri turres excindere Cadmi?'
ingemuit dictis superum dolor; ipse furentem
risit et incussa sanctarum mole comarum,
'quae non spes hominum tumidae post proelia Phlegrae!
tune etiam feriendus?' ait. premit undique lentum
turba deum frendens et tela ultricia poscit,
nec iam audet fatis turbata obsistere coniunx.
ipsa dato nondum caelestis regia signo
sponte tonat, coeunt ipsae sine flamine nubes
adcurruntque imbres: Stygias rupisse catenas
Iapetum aut victam supera ad convexa levari
Inarimen Aetnamve putes. pudet ista timere
caelicolas; sed cum in media vertigine mundi
stare virum insanasque vident deposcere pugnas,
mirantur taciti et dubio pro fulmine pallent.
coeperat Ogygiae supra fastigia turris
arcanum mugire polus caelumque tenebris
auferri: tenet ille tamen, quas non videt, arces,
fulguraque attritis quotiens micuere procellis,

924 *Isid.* de rer. nat. 30, 1 aiunt naturalium scrutatores

904 conitere ω: continere **P**: conicere **b**: convertere (conicere) **r**' 'con-nitere' in me L^1 905 a..t (u?) **f** 906 Fortior ω: Fortius **P** 909 non PB^1: nam $B^3\omega$: nam *ex* non L^{σ} tumida μ: tumidi.. (s) **L**: tumidi **br** 910 Tune *ex* Tunc B^1 911 possit (c) B^1 915 Ad-curruntque (Oc- μ) ω: -rumque **P** imbres ω: in res **P** stygias ω: scytias **P** (*nempe* STYCIAS *videtur fuisse in codice Iuliani*)
916 Lapetum *ex* Iap- C^2: Lappetum *ex* -am L^{σ}: Lapitum **b** aut victam (*ex* um L^{σ}: vittam (c) B^3) ω: aut victum **PS**: aut vinctam K^2 *Peyraredus*: victum aut *Kohlmannus* 917 Inarinem (men) P^c (*aut* P^1): -mon **L**: I..ar..nen **f**: Inarimen ab μ ethanamque **L** timere ω: timeri **P** (*cf.* levari *v. 916*) 918 se^d P^1 919 $deposce^{re}$ P^1 920 ta-citi ω: -te **P** ex (t) ν^2 dubia (o) M^1 pallent $PN^2\varsigma$: pendent ω 921 ogygyae **P** 923 vidit **f** *post* 923 *in* **L** *leguntur* 902. 895 *deleti a* L^1 924 attritis (atri- **fbr**) ω: attristi **P** procellis ω: -lae **P**

'his' ait, 'in Thebas, his iam decet ignibus uti,
hinc renovare faces lassamque accendere quercum.'
talia dicentem toto Iove fulmen adactum
corripuit: primae fugere in nubila cristae,
et clipei niger umbo cadit, iamque omnia lucent
membra viri. cedunt acies, et terror utrimque,
quo ruat, ardenti feriat quas corpore turmas.
[intra se stridere facem galeamque comasque
quaerit, et urentem thoraca repellere dextra
conatus ferri cinerem sub pectore tractat.]
stat tamen, extremumque in sidera versus anhelat,
pectoraque invisis obicit fumantia muris,
ne caderet: sed membra virum terrena relincunt,
exuiturque animus; paulum si tardius artus
cessissent, potuit fulmen sperare secundum.

---

causarum, quod ex collisione atque attritu nubium fulgura generentur .. unde et Papinius: fulguraque .. procellis

---

926 renovari **Q** , assamque b ς 927 *in* **P** *post* 929 *legitur* 928 prima efugere **P** nebula **C** 929 umbo **P**ω: verba r 931 *post* 935 **P** 931 Quo *ex* Quu- **P**^{1} ruat ω: ruat et **P** 932—934 *om.* **P**ω, *extant* **DS**^{2}r *mg.* **B**^{3} *mg.* ς, *cf. Hermes 40 (1905) p. 362* 933 Quaerit *codd. corruptum*: sentit *Imhofius*: saevit *ego conieci*: questus *Garrodius parum probabiliter* 936. 935 μ, b a *praescr.* μ^{2} 935 anhelat ω: adhaesit **PN**^{2} 937 Nec **P**^{1}**Q**^{1}: Nec **BLMNCfb** relinquunt **P** 938 animis **C** paulum si **P**ω: paulum o si **BMCf**: p. ≋si (o) **L**: paulo si **D** 936—11, 46 *et 11, 409—469 supplevit* **Q**^{r} *duobus foliis insertis, cuius lectiones neglexi* 939 $\overset{ar}{\text{He}}$ssissent **K**^{2} sperare **PDN**^{2}ς: meruisse ω ^{se}cundum **B**^{1} *post 939* STATII POETE THEB · LIBER · X · | EXPLICIT INCIPIT LIBER XI **P**

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER XI.

Postquam magnanimus furias virtutis iniquae
consumpsit Capaneus exspiravitque receptum
fulmen, et ad terras longe comitata cadentem
signavit muros ultricis semita flammae:
conponit dextra victor concussa plagarum
Iuppiter et vultu caelumque diemque reducit.
gratantur superi, Phlegrae ceu fessus anhelet
proelia et Encelado fumantem inpresserit Aetnen.
ille iacet lacerae conplexus fragmina turris,
torvus adhuc visu memorandaque facta relinquens
gentibus atque ipsi non inlaudata Tonanti.
quantus Apollineae temerator matris Averno
tenditur; ipsae horrent, si quando pectore ab alto
emergunt, volucres inmensaque membra iacentis
spectant, dum miserae crescunt in pabula fibrae:

11, 5 Componit **P** 7 anhelat **L**: -la **b** 8 encelado (*vel* -che-)
e e s
ω: encaḷịdo **P**r inpreserit **M**σ aetnen **Bfbr***μν*: etnē (ethnam *sscr.* **P**r) **P**1 (*cf.* *1, 334*): aetnam *ω*; *cf.* *Silv.* *3, 1, 130* Aetne. *Ach.* *1, 490* aetnen **PK**: -am **QC**. *alia ratio est Theb.* *10, 917* aetnamve (*ante labialem*) 9 fracmina **L** 10 fata **N** 11 illau-
v e
danda ς *Heinsius* 12 Quantis **f**1 apollinae **P**c 15 Spectant
se ł pabula
dum *ω*: -tandum **P** mirae **f**1 pectora **r**

sic gravat iniectus terras hostiliaque urit
arva et anhelantem caelesti sulpure campum.
respirant Thebae, templisque iacentia surgunt
agmina; iam finis votis finisque supremis
planctibus, et natos ausae deponere matres.
at vaga palantes campo fuga volvit Achivos.
nec iam hostes turmae aut ferrum mortale timetur:
omnibus ante oculos irae Iovis, omnibus ardent
arma metu galeaeque tonant, visusque paventes
ipse sequi et profugis opponere Iuppiter ignis.
instat Agenoreus miles caelique tumultu
utitur: indomitos ut cum Massyla per arva
armenti reges magno leo fregit hiatu
et contentus abit; rauci tunc comminus ursi,
tunc avidi venere lupi, rabieque remissa
lambunt degeneres alienae vulnera praedae.
hinc premit Eurymedon, cui rusticus horror in armis,
rustica tela manu, patriumque agitare tumultus:

TESTIMONIA 20 *Serv.* Aen. 7, 518 pressere ad pectora natos: Statius: pressitque Palaemona mater (1, 122). item econtra: nec natos .. matres 27 *Mico* 239 Massila: utitur .. per arva

---

16 teras **L** 17 sulpure **B**: sulpure [h] **P**^{1}: sulfure *ex* fulture **f**^{1}: funere **b** 18 lacentia *an* iac- **P** *praebeat, dubium* surgent [v] **P**^{1} 19 subpremis **B** 21 palantes (-tas [e] **M**) ω: pallentes **PSQ** 22 hostes **P**ς: hostiles ω: hostiles [hostes] **B**^{1}**D**: host[illegible]es **f** morte [mortale] **D** 23 oculis **r** irae *om.* **L**^{1}, *add.* **L**$^{\sigma}$ 24 premunt ~~tonant~~ **L**^{1}: premunt [ł tonant] **r**ν^{2}: premunt **b**: tonant [pre tremunt] **D** 25 Ipse[se] qui **L**^{1} et *om.* **PD** 27 indomitus **LC** massyłla **B**: massil[illegible]a **f**: masyla **M**: masyla [s] ν^{2} 28 Armenti *ex* -mati **b**^{1} regis [e] **M**^{1} frangit **f**: fremit [fregit] **L**$^{\sigma}$ 30 Nunc *ex* Tunc **L**$^{\sigma}$ pavidi **D** rabieque *ex* rap- **P**^{1} 33 patriumque [o] agitare [tabat] **P**^{r} tumultus [ł tumul] **PN**^{2}ς: -tum ω: inultum **r**

Pan illi genitor; tener hinc conatibus annos
egreditur iuvenemque patrem puer aequat Alatreus:
felices ambo, sed fortunatior ille,
quem genuisse iuvat; nec iam dignoscere promptum,
quae magis arma sonent, quo plus eat hasta lacerto.
artatur denso fugientum examine vallum.
quas volvis, Gradive, vices? modo moenia Cadmi
scandebant: sua nunc defendunt tecta Pelasgi!
ceu redeunt nubes, ceu circumflantibus austris
alternus procumbit ager, ceu gurgite cano
nunc retegit bibulas, nunc induit aestus harenas.
exspirat late pubes Tirynthia, alumni
exuvias imitata dei; trux maeret ab astris
Amphitryoniades Nemeaea in sanguine terga
et similes ramos similesque videre pharetras.
stabat in Argolicae ferrato culmine turris
egregius lituo dextri Mavortis Enyeus
hortator; sed tunc miseris dabat utile signum
suadebatque fugam et tutos in castra receptus:
cum subitum obliquo descendit ab aere vulnus,
urgentisque sonum laeva manus aure retenta est,

---

n ł alatreus
34 hic **B**[1]: hic **LCbr** 35 pu≡er **B** alatreus *ω*: elatres
la ortu
Pr: atreus **S**[2]: elatreus **BLKC***ν*, *cf. 7, 300* 36 fẹṣṭịnatior **C**
n
37 dinosce **P** 38 soḷent **P**[1]: sonant **f** 39 exagmine (ex- *s. l.* **L**σ) **BLb***μ*
i
40 volvạs **L**σ: *om.* **f** 42 Ceu *ex* Seu **C**[2] redđeunt **L**σ 43 Alternus *ω*: Aet- **P** (L ∼ E) 44 induit
arenas s cumbit
PN[2]: obruit *ω* anhelas **C**[2] 45 Expirat **P**[1]: Proexpirat **B**[1]:
cumbit
Procumbit *ω*: Expirat **D** 46 astris **PDN**: alto *ω* 47 Am-
i
phitrionades **B**[1]: -trion≡iades (a) **f** Nemeaea *Gronovius*: nemea **P**: nemea (*vel* -aee) *ω*: -ees **C** 49 culmine **PDN**[2]: margine *ω*
50 Egreius **f** mavortis *ex* -ius **C** enyeus **P**: enipeus *ω Σ* 51 tunc **PD**: tum *ω* 52 nepotes **b** 53 subito **f** aere *ex*
n
aure **f**[1] vulṭus **b**[1] 54 *om.* **P** Urgentisque *ex* Arg- **C**[2] aure *ω*: aere *Peyraredus parum apte, cf. Imhofius*

sicut erat; fugit in vacuas iam spiritus auras,
iam gelida ora tacent, carmen tuba sola peregit.
  iamque potens scelerum geminaeque exercita gentis
sanguine Tisiphone fraterna cludere quaerit
bella † tuba: nec se tanta in certamina fidit
sufficere, inferna comitem ni sede Megaeram
et consanguineos in proelia suscitet angues.
ergo procul vacua concedit valle solumque
ense fodit Stygio terraeque inmurmurat absens
nomen et — Elysiis signum indubitabile regnis —
crinalem attollit longo stridore cerasten:
caeruleae dux ille comae, quo protinus omnis
horruit audito tellus pontusque polusque,
et pater Aetnaeos iterum respexit ad ignes.
accipit illa sonum; stabat tunc forte parenti
proxima, dum coetu Capaneus laudatur ab omni
Ditis et insignem Stygiis fovet amnibus umbram.
protinus abrupta terrarum mole sub astris
constitit, exultant manes, quantumque profundae
rarescunt tenebrae, tantum de luce recessit.
excipit atra soror dextraeque innexa profatur:
'hac, germana, tenus Stygii metuenda parentis

---

55 *in ras.* **L^1**, 56—58 *om.* **L^1**, *add.* **L^1** *mg., cf. ad* 91. 139

t
57 exercita *ω*: exterrita **P** genis **P^1** 58 tesiphone **PMQ** cludere **br***μν*: claudere *ω*: eludere *ex* clu- **P^c** fraternaque ludere **L** 59 tuba **P***ω*, *quod Garrodius frustra conatur defendere cl. Claud. Pros. 1, 15. possis interpretari fratres ad tubae sonitum concurrentes. sed probabiliter Kohlmannus* tuba *ex v. 56 repetitum esse coniecit.* manu *proposuit Imhofius, latinum certe est* acie. fraterno . . rogo *Sandstroemius 1878 p. 58 et* pyra *Postgatius non feliciter* fidit **PN^2ς**: retur *ω* 60 interna **N** 62 concedit **PBLMfr**: consedit (*ex* conc- ν^2) *ω*, *sed perfectum ferri nequit*; vacua . . valle *intellego quasi instrumentalem ablativum* 64 ely-

ł regis
siis *ω*: elysii **P** regnis **P^r** 66 Ceruleus *μ* 68 respexit **PDNbrς**: prospexit *ω* 69 tunc **PBDN**: tum *ω*: cum **r** 71 amni-

p
bus *ω*: omnibus **P** 72 abruta **B^3** mole *ex* more **P^1**

imperia et iussos potui tolerare furores,
sola super terras hostilique obvia mundo,
dum vos Elysium et faciles conpescitis umbras.
nec pretium deforme morae cassique labores:
hoc quodcumque madent campi, quod sanguine fumant
stagna, quod innumero Lethaea examine gaudet
ripa, meae vires, mea laeta insignia. sed quid
haec ego? Mars habeat, volgataque iactet Enyo.
vidisti — Stygiis certe manifestus in umbris —
sanguine foedatum rictus atroque madentem
ora ducem tabo: miseri insatiabilis edit
me tradente caput. modo nempe horrendus ab astris
descendit vos usque fragor: me sacra premebat
tempestas, ego mixta viri furialibus armis
bella deum et magnas ridebam fulminis iras.
sed iam — effabor enim — longo sudore fatiscunt
corda, soror, tardaeque manus; hebet infera caelo
taxus et insuetos angues nimia astra soporant.
tu, cui totus adhuc furor exultantque recentes
Cocyti de fonte comae, da iungere vires.
non solitas acies nec Martia bella paramus,

---

77 potui⁝ (-t) **M**: putin **L** tollerare **B** 79 elysum (i *supra*) B^1 compescitis **P** 80 laboris **QC** 81 madent *ω*: -et **P** 82 lethaeo *ex* -a Q^1 exagmine **BQb***μ* 83 sed *ex* si C^2 84 mars *ex* mors **M** (h)abeat B^1: ⁝(h)abeat *ex* -ot Q^1 volgataque **Bf**: vu- **P** enixo fr r 85 Vidisti **P**ς: -tis *ω* sti(gi)is $L^σ$ manifesta (ł tum) sub *ex* -tus in P^r 86 foedantem b^1: foedatam **r** atro *om.* **f**; hostili *post* fedatum *add.* f^r *mg.* 87 tabo *ω*: tabe **P** miseri *Vollmer 1896 p. 33*: miseris **P**: miserum *ω* insatiabile sedit **P**: -bilis edit *ex* -bile sedit Q^2 88 ⊢orrendus $L^σ$ 89 vos (nos (v) M^1) usque *ω*: vos us(que) P^r me **P**: mea *ω* 90 viri (*i. Capanei*) *ω*: viris (*ex* -ri B^2) **PB** *post* 91 *in* **L** *leguntur* 56—58 *cf. ad* 55 93 Corda **P***ω* *recte*: colla *coni. Garrodius* hebet *ex* hab- $L^σ f^r$ 94 insuetas **r** 95 exultan(t)que $L^σ$ 97 bella **P***ω*. tela **Dr**

sed fratrum — licet alma Fides Pietasque repugnent,
vincentur —, fratrum stringendi comminus enses.
grande opus! ipsae odiis, ipsae discordibus armis
aptemur. quid lenta venis? agedum elige, cuius
signa feras. ambo faciles nostrique; sed anceps
volgus et adfatus matris blandamque precatu
Antigonen timeo, paulum ne nostra retardent
consilia. ipse etiam, qui nos lassare precando
suetus et ultrices oculorum exposcere Diras,
iam pater est: coetu fertur iam solus ab omni
flere sibi. atque adeo moror ipsa inrumpere Thebas
adsuetumque larem. tibi pareat inpius exul,
Argolicumque inpelle nefas; neu mitis Adrastus
praevaleat plebesque, cave, Lernaea moretur.
vade, et in alternas inimica revertere pugnas.'
    talia partitae diversum abiere sorores:
ut Notus et Boreas gemino de cardine mundi,
hic nive Rhipaea, Libycis hic pastus harenis,
bella cient: clamant amnes, freta, nubila, silvae,
iamque patent strages; plangunt sua damna coloni,
et tamen oppressos miserantur in aequore nautas.
illas ut summo vidit pater altus Olympo

103 **Σ** 11, 383 supra enim de ipsa (*Antigone*) dixerat Furia: blandamque . . retardet consilia 117 *Serv.* Aen. 12, 452 Statius planius de hoc sensu: deflent sua . . nautas

98 lic$\overset{e}{a}$t **P**^{1} *recte distinxit Weber* 100 odiis *ex* oriis **L**$^\sigma$ (R ~ D) 102 facil$\overset{e}{i}$s **M**^{1} 103 V$\overset{v}{o}$lgus **B**^{1}**f**^{1}: Vulgus **P** affatus **P** -que *om.* **N**^{1} 104 Antegonen **B**: Antigonem **Q** p$\overset{v}{a}$lumne **f**^{1} retardent **PD**: -det **ω Σ** *l. l.* 108 adeo . . exul **L**^{1} *in ras. in eodem versu* ideo **C** 110 indepelle **L**$^\sigma$ adrastu$\overset{s}{r}$ **P**^{c} 113 diversum *ex* de- **L**$^\sigma$ 114 motus **B** gemino **ω**: medio **P** cardine **ω**: carmine **P**: car$\overset{dine}{\underline{mine}}$ **K**^{2} 115 Hic *ex* Hoc **Q**^{1} riphaea **P** 116 cla$\overset{m}{r}$ant **L**$^\sigma$ amnes **ω**: manes **P** $\overset{freta}{fluctus}$ **S**^{1} 117 strages *ex* -em **L**$^\sigma$ deflent *Serv.* 118 oppressos *ex* -us **f** aequore **ω**: -ra **P r μ**: -re *ex* -ra **M**$^\sigma$**f**^{2}

incestare diem, trepidumque Hyperionis orbem
subfundi maculis, torvo sic inchoat ore:
'vidimus armiferos, quo fas erat usque, furores,
caelicolae, licitasque acies, etsi impia bella
unus init aususque mea procumbere dextra.
nunc par infandum miserisque incognita terris
pugna subest: auferte oculos! absentibus ausint
ista deis lateantque Iovem; sat funera mensae
Tantaleae et sontes vidisse Lycaonis aras
et festina polo ducentes astra Mycenas.
nunc etiam turbanda dies: mala nubila, tellus,
accipe, secedantque poli: stat parcere mundo
caelitibusque meis; saltem ne virginis almae
sidera, Ledaei videant neu talia fratres.'
sic pater omnipotens, visusque nocentibus arvis
abstulit, et dulci terrae caruere sereno.
iamque per Argolicas Erebo sata virgo cohortis
vestigat Polynicis iter portisque sub ipsis
invenit, incertum leto tot iniqua fugane

---

121 Suffundi **P** maculas (i *s. l.*) **Q**[1] torvo . . . armiferos *add. s. l.* **Q**[2] ore▒ (-m) **P** 124 aususque **P**ω: aususque (ł dignus) **DL**$^{\sigma}$: dignusque **QMCfb** meam **B**: meam (mea) **D** procumbere **P**ω: contempnere **B**[1] *mg.*: contemnere (procumbere) **D** dextram **B**: dextram (dextra) **D**

126 ausint *ex* abs- **P**[c]: absint **D**: an sint **C** 127 latantque (e) **f**[1] s▒at (t) **PQ**: sat (s- *in ras.*) **L**$^{\sigma}$ mensae ω: mensis **P**

128 Tantaleae (-a deae (l) **b**[1]) ω: -lei **P** 131 polo (i) **b**[1] stat (sat) **P**[r] mundo **PD**: caelo (*in ras.* $\dot{v}$[1]) ω: caelo (ł soli) **S**: soli (ł caelo) **M**$^{\sigma}$**N**: soli **br**μ; *in* **L** *versus bis scriptus, priore loco ultima voce omissa*: soli ł celo *add.* **L**$^{\sigma}$, *posteriore* celo *scriptum. alter versus deletus est a* **L**$^{\sigma}$ 132 Caelitibusque **P**ω: Sideribusque **B**: Sideribusque (caelestibus) **D** saltem ne *eqs.*: pudeat o celicole *sscr.* **P**[r] 133 *om.* **P**

136 herebo **b** cohortes **P** 137 polici~~nis~~ (ni s) **Q**[2] ipsos (i) **M**[1]

138 *post* 139 **P** 138 Invenit (·s· polinc) **P**[r] fugane (te) **P**[r]: fatigant **f**

exeat. et dubios turbarant omina sensus:
viderat, obscura vallum dum nocte pererrat
aeger consilii curisque novissima volvens,
coniugis Argiae laceram cum lampade maesta
effigiem — sunt monstra deum, sic ire parabat,
has latura viro taedas erat! —: ergo roganti,
quae via quisve dolor, cur maesta insignia, tantum
fleverat atque manu tacitos averterat ignes.
scit mentem vidisse nefas; etenim unde Mycenis
adforet et vallum coniunx inopina subiret?
sed fati monitus vicinaque funera sentit,
ac sentire timet. cum vero Acherontis aperti
Dira ter admoto tetigit thoraca flagello,
ardet inops animi, nec tam considere regno,
quam scelus et caedem et perfossi in sanguine fratris
exspirare cupit, subitusque adfatur Adrastum:
'sera quidem, extremus socium gentisque superstes
Argolicae, consulta, pater, iam rebus in artis
adgredior; tunc tempus erat, cum sanguis Achivum
integer, ire ultro propriamque capessere pugnam,
non plebis Danaae florem regumque verendas
obiectare animas, ut lamentabile tantis

ł omina
139 turbarant **P**: turbabant ω omnia **Q**^{1}: omnia **N** *post* 139 *in* **L** *leguntur* 57. 58, *del.* **L**^{1}, *cf. ad* 55 141 consiliis **f** 142 laceram . . maesta **P**: lacera . . . maestam ω
erat simił
144 laturoa **P**^{1} ergo roganti **P**^{r} 146 aque **r** tacitos **P**: timidos ω 150 aperti **P**: operti ω 151 Dira **P**: Diva ω toraca **P** 152 Ardet *ex* -it **f** inobs *ex* -ps **M**^{1} 153 zelus μ
ł fusus
perfossi in (in *om.* **PCb**) **P**ω: perfossum **D**^{1}: perfossum **r**: percussum **b**: perfusus *Housmanus, Class. Rev. 20 (1906) p. 37*
fratrem
fratris **D**: fratrem **r** 155 Sera *ex* -o **L**$^\sigma$ 156 'pater 'consulta **Q**^{1} altis **C**: artis *ex* actis **N**^{2} 157 cum *ex* tunc **B**^{1} achivum (-is **Q**) ω: achium **P** 158 propriamque **PBf**: primamque (-que *om.* **N**: umque, a *supra*, **r**) ω: propriam primamque **L**^{1}:
primamque
propriamque **D** 159 plebis *ex*- es **P**^{1}

urbibus iuduerem capiti decus. aspera quando
praeteriit virtus, nunc saltem exsolvere fas sit,
quae merui. scis namque, socer, licet alta recondas
volnera et adflictum generi vereare pudorem:
ille ego sum, qui te pacem et pia iura regentem —
infelix utinamque aliis datus urbibus hospes! —
extorrem patria regnoque — sed exige tandem
supplicium: fratrem suprema in bella — quid horres?
decretum est fixumque — voco; desiste morari,
nec poteris. non si atra parens miseraeque sorores
in media arma cadant, non si ipse ad bella ruenti
obstet et extinctos galeae pater ingerat orbes,
deficiam. anne bibam superest quodcumque cruoris
Inachii et vestris etiamnum mortibus utar?
vidi ego me propter ruptos telluris hiatus,
nec subii; vidi exanimum fecique nocentem
Tydea; me Tegea regem indefensa reposcit,
orbaque Parrhasiis ululat mihi mater in antris.
ipse nec Ismeni ripas, dum stagna cruentat
Hippomedon, Tyrias potui nec scandere turres,
dum tonat, et tecum, Capaneu, miscere furores.
quis tantus pro luce timor? sed digna rependam.
conveniant ubi quaeque nurus matresque Pelasgae

---

161 aspera **P**ω: ast ea **BD**: aspera (ł ast ea) **r** quando *ex* quondam **Q**¹ 162 Praeteriit **P**: Praecepit (-*ex* -cip- **B**¹) ω (P ∼ R) saltim **M** 164 Vo(v)lnera **B**¹: Vu- **P** generi (ł regum) **L**$^{\sigma}$ 165 regentem **P**ω: tegentem *Garrodius* 167 extorris *Schrader* exi^g^e (exigo) **f**¹: exige **D**: exigo *Imhofius* 168 Supplicium **P**ω: Supplicia **BQMDNf** supprema **PBQb** 169 est *om.* **M**¹ morari *ex* ma- **L**$^{\sigma}$ 170 non ω: nec **P**, *quod vix potest explicari* 171 si ipse ω: si se **S**: ipsae **P** ruentis **B**³ 172 ingerit **Q** 174 Ina⁝chii **B** 175 ego me **PDCb**ν: ego me *ex* -met **BQKg**: ego met ω ego propter(me) μ¹ 176 subi(i) **P**¹ 177 Tegea *Klotzius*: tegee **P**ω, *cf. 4, 287* indefensa **PQ**: indefessa (-deffe- **b**) ω 178 pharrasii **sP** 179 ismeni(i) **P**¹ 180 sandere **Q**: scindere (a) **b**¹ 183 ubi quaeque *Heinsius* (*cl. Verg. Aen. 7, 400*): ubicumque **P**ω (*sc. sunt*) *quod haud scio annon utique abiciendum sit*; *cf. 12, 23*

longaevique patres, quorum tot gaudia carpsi
orbavique domos: fratri concurro, quid ultra est?
spectent et votis victorem Eteoclea poscant.
iamque vale, coniunx, dulcesque valete Mycenae!
at tu, care socer — nec enim omnis culpa malorum
me penes, et superi mecum Parcaeque nocentes —,
sis lenis cineri, meque haec post proelia raptum
alitibus fratrique tegas urnamque reportes —
hoc tantum — et natae melius conubia iungas.'
ibant in lacrimas, veluti cum vere reverso
Bistoniae tepuere nives, submittitur ingens
Haemus et angustos Rhodope descendit in amnes.
coeperat et leni senior mulcere furentem
adloquio: scidit orsa novo terrore cruenta
Eumenis, alipedemque citum fataliaque arma
protinus, Inachii voltus expressa Pherecli,
optulit ac fidas exclusit casside voces.
ac super haec: 'abrumpe moras, celeremus! et illum
adventare ferunt portis.' sic omnia vicit,
conreptumque iniecit equo; volat aequore aperto
pallidus instantemque deae circumspicit umbram.

---

197 *Prisc.* GL II 516, 22 (*propter* scidit) idem in XI: alloquio scidit ipsa .. Eumenis

---

184 *om.* **N**^{1}, *add.* **N**^{2} *mg.* carsi **b** 185 Orbataeque **N** 186 *om.* **BLMQNfb**, *add.* **Q**^{2}**N**^{2} *inter versus* p$\overset{o}{a}$scant **D**: poscunt **ν** 188 tu *om.* **b** 189 mecum . . . nocentes **P**^{1} *in ras.* 190 post **Pω**: per **f** 191 tegas (ł negas) **Q**^{2}: tegas (ł neges) **N**^{2} urnamque **Pω**: -aque **SCν**: -$\overset{a}{a}$mque **Q**^{2} reponas (reportes) **Q**^{1}**D**: reponas (ł reportas) **L**$^{\sigma}$: reportas **f**: reponas **Cbν** 193 vertereverso (vere reverso) **P**^{r} 194 summitur **μ** 195 rodope **P**: rhodopes (*vel* ro-) **BLMQCfbμν** 197 orsa **Pω**: ossa **f**: ipsa *Prisc.* 199 pherecli **P**: pherichi (-richi *in ras.*) **B**: pherali **Q**: perichi (-cli **f**) **ω**, *unde* Perinthi *Gronovius* voltus **f**: v$\overset{v}{o}$- **B**^{1}: vu- **P** 200 Obtulit **P** et **C** fid$\overset{a}{e}$s **M**^{1} exclusit (-cussit **r**) **ω**: excludit **P** 201 has rumpe **f** 202 vincit **f** 203 Correptumque **P** aequor^{e} **P**^{1}

sacra Iovi merito Tyrius pro fulmine ductor
nequiquam Danaos ratus exarmasse ferebat.
nec pater aetherius divomque has ullus ad aras,
sed mala Tisiphone trepidis inserta ministris
adstat et inferno praevertit vota Tonanti.
'summe deum, tibi namque meae primordia Thebae —
liveat infandum licet Argos et aspera Iuno —
debent, Sidonios ex quo per litora raptor
turbasti thiasos, dignatus virgine nostra
terga premi et placidas falsum mugire per undas!
nec te vana fides iterum Cadmeia adeptum
conubia et Tyrios nimium inrupisse penates:
tandem, inquam, soceros dilectaque moenia gratus
respicis adsertorque tonas; ceu regia caeli
adtemptata tui, sic te pro turribus altis
vidimus urguentem nubes, laetique benignum
fulmen et auditos proavis adgnoscimus ignes.
accipe nunc pecudes et magni turis acervos
votivomque marem; dignas sed pendere gratis
haud mortale opus est; certent tibi reddere Bacchus
noster et Alcides, illis haec moenia servas.'
dixerat: ast illi niger ignis in ora genasque
prosiluit raptumque comis diadema cremavit.

---

206 ratus **ω**: raptos **P** 207 divo[v]mque **B**: -umque **P** 208 tesiphone **PMQb*μν***: the- **BC** trepidi≡s **L** ministris **ω**: magistris **P** 211 Live[a]t **N**: Libet et **M**[1] 214 premi et **ω**: premit **P**[1] falsum **ω**: fassum **P** 215 cadmei[a] **B**[1] catmeia deptum **L** adeptum **ω**: ademptum **PC*ν***[1]: ade≡ptum **B** 216 inrup̸pisse **L**[σ] 217 inquam **ω**: umquam **P** dilectaque (del- **B**) **ω**: deie- **P** 218 assertosque **C** 219 Attemptata **P** 220 un[r]guentem **P**[1] lateque ***μ*** 221 agnoscimus **P**: agnovimus (adgn- **B**: adgn **Q**: adagn- **L**[σ] 222 magnos *Wilkinsius* ac̸cervos **L**[σ] 223 Votivo[v]mque **B**[1]: -vumque **P** grates **P** 224 Haud *ex* Aut **B**[1]: *ex* Had **f**[1] certent (c- *in ras.* **B**[3]) **ω**: certent[tant] **P**[r]: -tet **C** bacch[v]is **P**[1] 225 illic[s] **P**[1] servas **P**: -va **ω** 226 illis **P**[1] neger **b** 227 captumque (*ex* rap-?) **D** did[a]ema **f**[2] cre[m]avit **P**[1] (*cf. 1, 334*)

tunc ferus ante ictum spumis delubra cruentat
taurus et obstantum mediis e coetibus exit
turbidus insanoque ferens altaria cornu.
diffugiunt famuli, et regem solatur haruspex.
ipse instaurari sacrum male fortis agique
imperat, et magnos ficto premit ore timores.
qualis ubi inplicitum Tirynthius ossibus ignem
sensit et Oetaeas membris accedere vestes,
vota incepta tamen libataque tura ferebat
durus adhuc patiensque mali; mox grande coactus
ingemuit, victorque furit per viscera Nessus.
 nuntius exanimi suspensus pectora cursu
Aepytus ad regem portae statione relicta
tendit et haec trepido vix intellectus anhelat:
'rumpe pios cultus intempestivaque, rector,
sacra deum: frater muris circum omnibus instat
portarumque moras frenis adsultat et hastis,
nomine te crebro, te solum in proelia poscens.
flent maesti retro comites, et uterque loquenti
adgemit et pulsis exercitus obstrepit armis.
ille vocat. nunc tempus erat, sator optime divom!

247 *Mico* 271 Obstrepo: At gemit . . armis

---

230 -que ferens **PBς**: feriens **ω**: ferens (i *supra*) **Q^1L^{σ}** 231 Diffugunt (i *supra*) **B^1** aruspex **BQMfb** 234 ibi (v *supra*) **B** implicitum **P** tyrithius (n *supra*) **P^1** 235 Sensit **ω**: -tit **P** oteas **P**: ethneas **C** accedere **ω**: -cend- **P** vestes **Pω**: pestes *Baehrens male* 236 tura **Pω**: iura (*ex* vira **Q^1**) **BQfμ** 237 Purus **f** patienxsque **L^{σ}** coctus (a *supra*) **B^1** 238 nesus **L** 239 pectore *ex* -ra **f^1** 240 relicta *ex* -to **L^{σ}** 241 ęc **L^{σ}** 242 intempestivaque *ex* -voque **f^1** 243 istat (n *supra*) **P^1** 244 adsustat **b** astis **L** 245 te *s. l.* **P^1** poscens *ex* -nt **L^{σ}** 246. 247 *del. Guietus sine ulla probabilitate* 247 expulsis *ex* et p. **L^{σ}** 248 nunc **PBDMfμ**: tunc **ω**: ṭunc (n *supra*) **Q^2**: tunc *ex* nunc **L^{σ}** divom (v *supra*) **B^1**: divum **P**

quid meruit Capaneus?' turbatus inhorruit altis
rex odiis, mediaque tamen gavisus in ira est.
sic ubi regnator post exulis otia tauri
mugitum hostilem summa tulit aure iuvencus
adgnovitque minas, magna stat fervidus ira
ante gregem spumisque animos ardentibus efflat,
nunc pede torvus humum, nunc cornibus aera findens;
horret ager, trepidaeque expectant proelia valles.
  nec desunt regni comites: 'sine, moenia pulset
inritus.' 'ille autem fractis huc audeat usque
viribus?' 'hic miseris furor est instare periclo,
nec librare metus et tuta odisse.' 'resiste
hic fretus solio, nos propulsabimus hostem,
nos bellare iube.' sic proxima turba, sed ardens
ecce aderat luctu dicturusque omnia belli
libertate Creon: urit fera corda Menoeceus;
nulla patri requies, illum quaeritque tenetque;
illum sanguineos proflantem pectore rivos
aspicit et saeva semper de turre cadentem.
ut dubium et pugnas cunctantem Eteoclea vidit:
'ibis' ait, 'neque te ulterius fratremque ducemque,
pessime, funeribus patriae lacrimisque potentem,
Eumenidum bellique reum, patiemur inulti.
sat tua non aequis luimus periuria divis.

---

249 capaneus meruit **N** 250 est *om.* **br** 252 $\overset{\text{aure}}{\text{arma}}$ **f**^{1} 253 Agnovitque **P** irae **P**^{1}; *an* magnae . . irae? 254 efflat **PN**^{2}**ς**: offert **ω** 255 fi[erasure]ndens **f** 256 $\overset{\text{ł valles}}{\text{vaccae}}$ **Dν** 257 des[erasure]unt **f** regni **Pω**: regi **DN**^{2}**Cμνς** 258 autem **Pω**: aiunt **C** $\overset{\text{fretis}}{\text{fractis}}$ **D** audeat *ex* -di- **L**$^\sigma$ 260 lib[erasure]rare (e) **L**$^\sigma$**Mf** 261 Hic **PQKCf**: Hoc (*ex* Hic **B**^{3}) **ω** propulsavimus **L** 262 $\overset{\text{ł sed}}{\text{sic}}$ (-c *add.* **M**$^\sigma$) **M**$^\sigma$ $\overset{\text{r}}{\text{tuba}}$ **M**$^\sigma$ se$^{\text{d}}$ **P**^{1} $\overset{\text{d}}{\text{arcens}}$ **M**$^\sigma$ 263 di[erasure]cturusque **f** $\overset{\text{i}}{\text{omnia}}$ **P**^{r}: omina (*ex* omnia **f**^{r}) **Df** 264 lurit **P**^{1} 265 tenetgque **P**^{1} 268 et *om.* **BQN**^{1}**fC** vidit *ex* -et **L**$^\sigma$ 269 fratremque ducemque **P**: -umque -umque (*ex* tuumque **Q**^{1}) **ω** 270 potentem **Pω**: potitum **NCbrμν**: $\overset{\text{potentem}}{\text{potitum}}$ **D**: $\overset{\text{itum}}{\text{potentem}}$ **Q**^{2} 272 Stat **P**^{1}: S[erasure]at **ν**

urbem armis opibusque gravem et modo civibus artam,
ceu caelo deiecta lues inimicave † tellus,
hausisti vacuamque tamen sublimis obumbras?
deest servitio plebes: hos ignis egentis
fert humus, hos pelago patrius iam detulit amnis;
hi quaerunt artus, illi anxia vulnera curant.
redde agedum miseris fratres natosque patresque,
redde arvis domibusque viros! ubi maximus Hypseus
finitimusque Dryas, ubi Phocidos arma sonorae
Euboicique duces? illos tamen aequa duelli
fors tulit ad manes: at tu, pudet! hostia regni,
hostia, nate, iaces, ceu mutus et e grege sanguis,
ei mihi! primitiis ararum et rite nefasto
libatus iussusque mori: et cunctabitur ultra
iste nec adverso nunc saltem Marte vocatus
stabit? an in pugnas alium iubet ire profanus
Tiresias iterumque meos oracula nectit

---

283 *Prisc.* GL III 34, 16 Statius in XI: 'at tu . . ararum et rite nefasto libatus' rite pro ritu posuit

---

273 artem [a] [mis] f[1] 274 caelo *ex* -u **P**[1] deiecta **P**: demissa (di- **f**) **ω**: diversa [demissa] **Q**[2]: deiecta, **D** *cf. Silv. 1, 2, 154 ubi nunc mihi* decussa *probabilius videtur quam* demissa tellus **P ω** *corruptum*; labes *Schrader*, stella *Imhofius*, *an* tabes? inhiulcave tellus *Garrodius* 276 Deest **P ω** (*cf. 10, 236*): Desunt (*ex* Deest **μ**[2]) **f μ**: Defit **C**: Deest nunc **br**: iam deest *Weber* (*debebat saltem* deest iam): deest tibi *Owenus male* egentis [s] **P**[c] 278 anxia **PQ**: ardua **Q**[1] *mg.* **ω**: anxia [ardua] **D**: arida *Müller cl. 608* 279 natos *ex* no- **C**[1] 280 *om.* **Q**[1], *add.* **Q**[1] *mg.* 281 phoeidos *an* phoc- **P**, *dubium* sonorae **ω**: sonare **P**: sonorae *ex* sonare **f**[2] 282 Eubocique **L** 283 Fors **P ω**: Sors **Kb** (Fors **b**[1] *mg.*) pidet [v] **L**[1] 284 et **ω**: ut **P** 285 ararum **PB** *Prisc.*: armorum (anno- **K**) **ω**: annorum [armorum] **D**: armorum [annorum] **N**[2]: ararum [ł armorum] **L**[σ]: armorum [ł ararum] **r** 286 issusque [u] **P**[1]: visusque **f** cunctabitur *ex* -vi **P**[1] ultria **P**[1] 287 saltim **M** necatus [vo] **b**[1] 288 inpungans [ł as] **ν**[2]

in gemitus? quid enim misero super unicus Haemon?
ille iube subeat, tuque hinc spectator ab alta
turre sede! quid saeva fremis famulamque cohortem
respectas? hi te ire volunt, hi pendere poenas;
ipsa etiam genetrix ipsaeque odere sorores.
in te ardens frater ferrum mortemque minatur
saevaque portarum convellit claustra, nec audis?'
  sic pater infrendens, miseraque exaestuat ira.
ille sub haec 'non fallis' ait, 'nec te inclyta nati
fata movent: canere illa patrem et iactare decebat.
sed spes sub lacrimis, spes atque occulta cupido
his latet: insano praetendis funera voto,
meque premis frustra vacuae ceu proximus aulae.
non ita Sidoniam Fortuna reliquerit urbem,
in te ut sceptra cadant, tanto indignissime nato.
nec mihi difficilis praesens vindicta; sed arma,
arma prius, famuli! coeant in proelia fratres.
vult gemitus lenire Creon: lucrare furorem;
victori mihi cuncta lues.' sic iurgia paulum
distulit atque ensem, quem iam dabat ira, repressit.
ictus ut incerto pastoris vulnere serpens
erigitur gyro longumque e corpore toto
virus in ora legit; paulum si devius hostis
torsit iter, cecidere minae tumefactaque frustra
colla sedent, irasque sui bibit ipse veneni.

---

290 quid *ex* quod **L**$^{\sigma}$ 291 iube *ex* -ve **P**[1]: iubes **f**: iubet **B** sedeat (subeat) **C**[2] 293 Respectas **ω**: -tans **P** (h)ite **P**[1] hic pendere **Q** 294 odore (e) **f**[2] 295 te **ω**: me **P** 296 convelit (l) **L**$^{\sigma}$ calustra **L** audis **Pω**: audes **BLKb** audes (ɫ dis) **D** 297 exestu≡at **f** 298 inclite (a) **M**[1] 299 Fata (c) **L**$^{\sigma}$ decebat **ω**: solebat **P** 300 atque *ex* adque **L**$^{\sigma}$ 302 proximus *ex* -um **L**$^{\sigma}$ reliquerit *ex* -at **M**[1]: relinquerit **L**$^{\sigma}$ orbem (v) **P**[1] 304 ut *om.* **PD**[1] 305 sed **ω**: sub **P** (D ∼ B) 306 Vul[t] **P**[1] 308 lues *om.* **μ** 312 ora *ex* -o **L**$^{\sigma}$ 313 iter (ɫ tunc) **L**$^{\sigma}$: tunc **br** (tc̃ ∼ it̃)

at genetrix primam funestae sortis ut amens
expavit famam — nec tarde credidit —, ibat
scissa comam voltusque et pectore nuda cruento,
non sexus decorisve memor: Pentheia qualis
mater ad insani scandebat culmina montis,
promissum saevo caput adlatura Lyaeo.
non comites, non ferre piae vestigia natae
aequa valent: tantum miserae dolor ultimus addit
robur, et exsangues crudescunt luctibus anni.
iamque decus galeae, iam spicula saeva ligabat
ductor et ad lituos hilarem intrepidumque tubarum
prospiciebat equom, subito cum apparuit ingens
mater, et ipse metu famulumque expalluit omnis
coetus, et oblatam retro dedit armiger hastam.
'quis furor? unde iterum regni integrata resurgit
Eumenis? ipsi etiam post omnia, comminus ipsi
stabitis? usque adeo geminas duxisse cohortes
et facinus mandasse parum est? quo deinde redibit
victor? in hosne sinus? o diri coniugis olim
felices tenebrae! datis, inproba lumina, poenas.
haec spectanda dies? quo, saeve, minantia flectis
ora? quid alternus voltus pallorque ruborque
mutat, et obnixi frangunt mala murmura dentes?

---

315 funesti Martis *Imhofius male* ament (s *supra*) **f**[1] 316 ne **C** tarde ω: tandem **P** 317 commam **L**[1]: co≡mam **B** vultusque **P**: vultuque (vo- **f**: vo- (v *supra*) **B**[1]) ω 318 secus (x *supra*) **M**[1] penteia **P**: pentehia **B** 320 saevoque caput latura **C** (ob)latura **B**[3] 321 ferro (e *supra*) **B**[1] piae **P**ς: ipsae ω: piae (ipsae *supra*) **D** 325 li(t)uos **B**[1] hilarum **f** inpitredumque (pi *supra*) **f**[2]: trepidumque *Gronovius* 326 equom (v *supra*) **B**[1]: equum **P** 327 et *om.* **Pf** -que *om.* **D** 328 dedit *i.* ἔθηκεν 330 omna (i *supra*) **P**[1] ipse (i *supra*) **f**[2] 332 mandasse *ex* mu- **L**σ 333 osne **L**σ 334 improba **P** 336 alternus ω: -nos **P**νς: -nos (ł us *supra*) **Dr**: -nis (v *supra*) **M**[1] voltus ν: vo- (v *supra*) **B**[1]: vu- **P**: vultu **f** roborque (v *supra*) **B**[1]: roborque **f** 337 Mutatur **f** et *om.* **BQLf**

me miseram, vinces! prius haec tamen arma necesse est
experiare domi: stabo ipso in limine portae
auspicium infelix scelerumque inmanis imago.
haec tibi canities, haec sunt calcanda, nefande,
ubera, perque uterum sonipes hic matris agendus.
parce: quid oppositam capulo parmaque repellis?
non ego te contra Stygiis feralia sanxi
vota deis, caeco nec Erinyas ore rogavi.
exaudi miseram: genetrix te, saeve, precatur,
non pater; adde moram sceleri et metire, quod audes.
sed pulsat muros germanus et impia contra
bella ciet? non mater enim, non obstat eunti
ulla soror; te cuncta rogant, hic plangimus omnes.
ast ibi vix unus pugnas dissuadet Adrastus,
aut fortasse iubet: tu limina avita deosque
linquis et a nostris in fratrem amplexibus exis?'
at parte ex alia tacitos obstante tumultu
Antigone furata gradus — nec casta retardat
virginitas — volat Ogygii fastigia muri
exsuperare furens; senior comes haeret eunti
Actor, et hic summas non duraturus ad arces.

---

338 *Prisc.* GL III 103, 1 *tamen* saepissime completiva invenitur, ut Statius in XI: me miseram . . experiare domi

---

338 vinces **P**ω: vincis *Sandstroemius 1878 p. 59* $\overset{\text{arma}}{\text{ora}}$ **Q**^{1} 339 Experiare (-ri^{a}re **B**^{3}: $\overset{\text{e i}}{\text{Expirare et}}$ **L**$^\sigma$) ω: $\overset{\text{ł expectare}}{\text{Expertare}}$ **P**^{r} ipso *ex* -e **L**$^\sigma$: ipsa **b**ν 340 celerumque **L** 341 calcanda (*ex* -de **f**) ω: -cata **P** 344 feralias anxi (*corr.* **L**$^\sigma$) **L** 345 $\overset{\text{a}}{\text{erinyos}}$ **L**$^\sigma$: erin≋as **Q**: erinas **MCf** rgavi **b**: negavi **C** 346 saeve ω: -va **P** 347 sceleri *ex* -re **Q**^{1} quid **b** 349 abstat **r** 350 Ulla *ex* Illa **C**^{2} 351 ≋ibi **Q** 352 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**^{1} *mg.* 353 Linquis *ex* -es **B**^{1}**Q**^{1}**f**^{2}: -es **L** ~~aexis~~ exis **P**^{1} 354 $\overset{\text{parte}}{\text{pater}}$ **Q**^{1} $\overset{\text{nte}}{\text{obstare}}$ **L**$^\sigma$ 356 ogii **M** 357 $\overset{\text{furens}}{\text{volens}}$ **C** seniorum comes $\overset{\text{h}}{\text{aeret}}$ **L**$^\sigma$ comes *om.* **P**^{1} *sine lac.*: ≋tunc *sscr.* **P**$^{c(?)}$ 358 Actor ω: Auctor **P** duratus^{rus} **L**$^\sigma$

utque procul visis paulum dubitavit in armis,
adgnovitque — nefas! — iaculis et voce superba
tecta incessentem, magno prius omnia planctu
implet et ex muris ceu descensura profatur:
'conprime tela manu paulumque hanc respice turrem,
frater, et horrentes refer in mea lumina cristas!
agnoscisne hostes? sic annua pacta fidemque
poscimus? hi questus, haec est bona causa modesti
exulis? Argolicos per te, germane, penates —
nam Tyriis iam nullus honos —, per si quid in illa
dulce domo, submitte animos: en utraque gentis
turba rogant ambaeque acies; rogat illa suorum
Antigone devota malis suspectaque regi,
et tantum tua, dure, soror. saltem ora trucesque
solve genas; liceat voltus fortasse supremum
noscere dilectos et ad haec lamenta videre,
anne fleas. illum gemitu iam supplice mater
frangit et exertum dimittere dicitur ensem:
tu mihi fortis adhuc? mihi, quae tua nocte dieque
exilia erroresque fleo, iamiamque tumentem
placavi tibi saepe patrem? quid crimine solvis

---

361 *Eutych.* GL V 483, 2 cuius (*verbi* incessere) idem imperativum libro XI (*389*): solumque . . moras. licet in eodem libro participium quasi frequentativum ut a prima coniugatione veniens lectum est: tecta incessantem

---

360 Agnovitque **P** 361 incessentem **PBD*ν***: -antem *Eutych.* **QNg[1]fbr**: -entem *ex* -antem **M[1]L[σ]**: -antem *ex* -entem ***μ*[2]** palnctu **L** 362 et *om.* r discensura **P** profatur ***ω***: -tis **P** 363 turrem **P*ω***: -im **DNQ[2]** 364 ⊢orrentes **L[σ]** refert̥ **P[1]** 366 Poscimus **P*ω***: -mur *Schrader* hi **P*ω***: in b sunt (est *supra*) **f[2]** 367 argo licas (o *supra*) **Q[1]** 368 per se b 369 summitte **P**: -ite **L** 370 rogant **P[1]** ipsa **D** 373 voltus **BL[1]**: vu- **P** suppremum **B**: su≡pr- f 374 Noscere (*ex* Poscere **C[2]**) ***ω***: Nosce (i *supra*) **P[1]**: nosci *Housmanus cl. Verg. Aen. 3, 61 male.* -re *in* **P** *saepius omittitur, ita ut* nosci *coniecturae deberi videatur* 377 tu≡ **L** dieque *om.* ***μ*** 379 Placcavi **B**: Pacavi **N** saepe **P**: saeve ***ω***

germanum? nempe ille fidem et stata foedera rupit,
ille nocens saevusque suis; tamen ecce vocatus
non venit.' his paulum furor elanguescere dictis
coeperat, obstreperet quamquam atque obstaret Erinys;
iam submissa manus, lente iam flectit habenas,
iam tacet; erumpunt gemitus, lacrimasque fatetur
cassis; hebent irae, pariterque et abire nocentem
et venisse pudet: subito cum matre repulsa
Eumenis eiecit fractis Eteoclea portis
clamantem: 'venio solumque, quod ante vocasti,
invideo; ne incesse moras, gravis arma tenebat
mater; io patria, o regum incertissima tellus,
nunc certe victoris eris!' nec mitior ille
'tandem' inquit, 'scis, saeve, fidem et descendis in aequum?
o mihi nunc primum longo post tempore frater,
congredere: hae leges, haec foedera sola supersunt.'
sic hostile tuens fratrem; namque uritur alto
corde, quod innumeri comites, quod regia cassis
instratusque ostro sonipes, quod fulva metallo
parma micet, quamquam haud armis inhonorus et ipse
nec palla volgare nitens: opus ipsa novarat

389 *Eutych.* GL V 483, 2 *cf. ad 361*

380 rupit *ex* rumpens **B**^{2} 382 furor *om.* **b** elanguescere **P**ω: ^{e}languescere **L**$^{\sigma}$: ^{ille}▒liquescere (e-) **f**^{r}: ^{elanguescere}liquescere **M**$^{\sigma}$ 383 erin▒is (-nus) **P** (*cf. 8, 440* am^{y}untae **P**^{1}) 384 summissa **P** abenas **P** 386 Ca^{s}sis **L**$^{\sigma}$ ebent **L** ^{et}▒ abiere **Q**^{1}: et abiere **L** nocentem *ex* -es **B**^{2}: *ex* vol- **b**^{1} 391 io **PBQ**: o **LMKN**^{1}**f**μ: ^{et}o ν^{2}: enim o **Dbr** patria o ω: patria▒ (-e) **P** regnum **Q**^{1}: regnum **f** incertisa^{sima} **L**$^{\sigma}$ 393 et *om.* **P** descendis ω: -dit **PL**^{1} aequum ω: aequam **P** 394 primum *s. l.* **M**$^{\sigma}$ 396 uritur ω: utitur **P** 397 cassis ω: classis *ex* -es **P**^{1} 398 vulva **K**^{1}: ful^{v}ma **g**: fulta ς 399 micent **f**^{1} haud *ex* aut **B**^{1}**L**$^{\sigma}$: haut **P**: *om.* **b** inhonoru^{s} **P**^{1} 400 volgare ν: v^{v}o- **B**^{1}: vu- **P** novaret **C**: neverat *ex* nova- **L**$^{\sigma}$

Maeoniis Argia modis ac pollice docto
stamina purpureae sociaverat aurea telae.
iamque in pulvereum Furiis hortantibus aequor
prosiliunt, sua quemque comes stimulatque monetque.
frena tenent ipsae phalerasque et lucida comunt
arma manu mixtisque iubas serpentibus augent.
stat consanguineum campo scelus, unius ingens
bellum uteri, coeuntque pares sub casside voltus
signa pavent, siluere tubae, stupefactaque Martis
cornua; ter nigris avidus regnator ab oris
intonuit terque ima soli concussit, et ipsi
armorum fugere dei: nusquam inclyta Virtus,
restinxit Bellona faces, longeque paventes
Mars rapuit currus, et Gorgone cruda virago
abstitit, inque vicem Stygiae rubuere sorores.
prominet excelsis volgus miserabile tectis,
cuncta madent lacrimis et ab omni plangitur arce.
hinc questi vixisse senes, hinc pectore nudo
stant matres parvosque vetant adtendere natos.
ipse quoque Ogygios monstra ad gentilia manes
Tartareus rector porta iubet ire reclusa.
montibus insidunt patriis tristique corona
infecere diem et vinci sua crimina gaudent.

---

401 argi[illegible]a (v) **f** 404 su[a] **f**[1] monetque **P**ς: movetque **BQ**: regitque (regit) ω: movetque **D**: regitque (monet) **N**[2]: regitque (ł movet) ν^2 406 mixtis[que] **f**[2]: mixtasque **NCbr** tubas *ex* iuv- **P**[c] 408 euntque (coeunt) **B**[1]: [co]euntque **f**[2]: euntque **QM**: subeuntque **C** voltus **B**ν: vu- **P** *de* 409—469 *in* **Q** *folio inserto scriptis cf. ad 11, 46* 409 pavent **P**: tacent ω 410 horis **D** 411 ipsi (u) *ex* -e **L**$^\sigma$ 413 Restin[illegible]it (x) **B**: Restrinxit **Lfb**$\mu\nu$ 414 rapit **P**[1] vorago **C** 415 Abstitit ω: Obst- **PBL**$^\sigma$**KN** rubuere **P**ω: subiere *Bentleius*: rediere *Schrader* 416 volgus **B**ν: vu- **P** misarabile (e) **L**$^\sigma$ tecti[illegible]s **L** 417 et *del.* **L**$^\sigma$ 419 attende[re] **P**[1] 422 patris (i) **B**[1]

illos ut stimulis ire in discrimen apertis
audiit et sceleri nullum iam obstare pudorem,
advolat et medias inmittit Adrastus habenas,
ipse quidem et regnis multum et venerabilis aevo.
sed quid apud tales, quis nec sua pignora curae,
exter honos? tamen ille rogat: 'spectabimus ergo hoc,
Inachidae Tyriique, nefas? ubi iura deique,
bella ubi? ne perstate animis. te deprecor, hostis —
quamquam, haec ira sinat, nec tu mihi sanguine longe —,
te, gener, et iubeo; sceptri si tanta cupido est,
exuo regales habitus, i, Lernan et Argos
solus habe!' non verba magis suadentia frangunt
accensos, sumptisque semel conatibus opstant,
quam Scytha curvatis erectus fluctibus umquam
Pontus Cyaneos vetuit concurrere montes.
ut periisse preces geminosque ad proelia fusos

---

428 *Prisc.* GL II 85, 6 exter quoque invenitur, ut Statius in XI Thebaidos: sed quid . . . exter honos. *hinc fortasse Class. auct.* ed. Mai IX p. 201 exter, ultimus. Statius Thebaidos: sed quid . . . exter honos

---

424 ut **ω**: in **P** stimulis **ω**: -los **P** discrimen apertis **ω**: discrimina certis (o *s. l.*) **P**^{r}: discrimina pertis **L**^{1} 426 medias se (se *adras.*) **N** summittit **C** abenas **B**: hebenas **b** 427 et regnis **PDN**^{2}ς: regnis **ω** venerabilis evo *ex* -li sevo **L**$^\sigma$ 428 quis **Pω**: quae *Prisc.* nec **ω**: nunc **P**: non ς *Prisc.* 429 Exter (*ex* -et **P**^{1}) honos **PNK**ς *Prisc.*: Externos **ω**: Exterϕ≣no^s **B**^{1}: Exter‿nos **L**$^\sigma$: Externos (ƚ ho) **D**: Alternos (ƚ externos) **g**^{2}: Alternos **MfCμ** illa **C**: ipsa **b** spectabimus *ex* -vi- **P**^{1} ergo hoc **PN**: ergo **ω** 430 Inacchidae **B** 431 praestate **bν** te *s. l.* **f**^{1} 432 sinant **P**^{1}: sinet (a) **B**^{1} +longe +sanguine **f**^{1} loge **P** 434 i lernan (-am **BMμν**: -an≣ **C**^{2}**f**) **ω**: lernean (tu) **P**^{r} i . . . argos *om.* **N** 435 ^{h}abe **B**^{1} umba (er) **L**$^\sigma$ 436 Accensos *ex* -us **f**^{1} semel *ex* simul **f**^{1}: simul **C** 437 scyth^{i}a **P**^{1}: sub su^b *in ras.* **D** erectis (v) **B**^{1} 438 scianeos **f** 439 perisse (i) **P**^{1} geminosque **ω**: -oque **P**

pulvere cornipedes explorarique furentum
in digitis amenta videt, fugit omnia linquens,
castra, viros, generum, Thebas, ac fata monentem
conversumque iugo propellit Ariona: qualis
demissus curru laevae post praemia sortis
umbrarum custos mundique novissimus heres
palluit, amisso veniens in Tartara caelo.
non tamen indulsit pugnae cunctataque primo
substitit in scelere et paulum Fortuna morata est.
bis cassae periere viae, bis comminus actos
avertit bonus error equos, puraeque nefandi
sanguinis obliquis ceciderunt ictibus hastae.
tendunt frena manu, saevis calcaribus urguent
inmeritos; movet et geminas venerabile divom
prodigium turmas, alternaque murmura volvont
mussantes: iterare acies, procurrere saepe
impetus et totum miseris opponere bellum.
iamdudum terris coetuque offensa deorum
aversa caeli Pietas in parte sedebat,
non habitu, quo nota prius, non ore sereno,
sed vittis exuta comam, fraternaque bella,

---

440 explorarique **ω**: -vitque **P** 441 ammenta **B**: a≡m- **f**: amm- $\mathbf{M}^{\sigma}$ linquens *ex* gu- $\mathbf{B}^1\mathbf{f}^1$ 442 mo(v)nentem **r** 443 Con(er)vmsumque $\mathbf{L}^{\sigma}$ ~~iugo~~ (fuga) $\mathbf{B}^1$ quamvis (lis) $\mathbf{M}^{\sigma}$: quamvis **f** 444 Di(ni)missus **C** 447 Sanguis (s) $\mathbf{f}^2$ 448 Subtitit $\mathbf{P}^1$: Subsistit **ν** 449 actos (*ex* -tus $\mathbf{L}^{\sigma}$: -tus **b**) **ω**: ictus **P** 450 pu~~e~~raeque $\mathbf{L}^{\sigma}$: rudesque (purae) $\boldsymbol{\nu}^2$: pareque **b** 452 saevis **P**: et saevis **ω** urgent **P** 453 div(v)om $\mathbf{B}^1$: -vum **P** 454 alternaque **ω** (*cf. 528*): alienaque **P** *quod frustra defendit Garrodius cl. Hor. sat. 2, 3, 72* vol(v)ont $\mathbf{B}^1$: -unt **P** 455 acies **Pς**: aciem **ω**: aciem (s) **r** procumbere (rrere) $\mathbf{M}^{\sigma}$ 456 misereris $\mathbf{L}^1$ 457 coetuque **ω**: -tusque **P** 458 Aversa **ω**: Aversa est **P** 459 *om.* **BMLKNCfbμ**: hic deest unus versus $\mathbf{B}^1$ *mg.* serena (t) **r** 460 Sed vittis (vitis $\mathbf{L}^{\sigma}$) **ω**: Et vitiis **P** commam $\mathbf{B}^1$: comis (a) $\mathbf{f}^1$

ceu soror infelix pugnantum aut anxia mater,
deflebat, saevumque Iovem Parcasque nocentes
vociferans, seseque polis et luce relicta
descensuram Erebo et Stygios iam malle penates.
'quid me' ait, 'ut saevis animantum ac saepe deorum
obstaturam animis, princeps Natura, creabas?
nil iam ego per populos, nusquam reverentia nostri.
o furor, o homines diraeque Prometheos artes!
quam bene post Pyrrham tellus pontusque vacabant!
en mortale genus!' dixit, speculataque tempus
auxilio 'temptemus' ait, 'licet inrita coner.'
desiluitque polo, niveus sub nubibus atris
quamquam maesta deae sequitur vestigia limes.
vix steterat campo, subita mansuescere pace
agmina sentirique nefas; tunc ora madescunt
pectoraque, et tacitus subrepsit fratribus horror.
arma etiam simulata gerens cultusque viriles,
nunc his, nunc illis 'agite, ite, obsistite,' clamat,
'quis nati fratresque domi, quis pignora tanta!
hic quoque — nonne palam est ultro miserescere divos? —
tela cadunt, cunctantur equi, fors ipsa repugnat.'
  nonnihil inpulerat dubios, ni torva notasset

---

462 -que *adras.* **P** iovem *om.* **P** Descenssuram b ereb[illegible]o **B** 464 malle (*ex* melle f^2) ω: ~~mille~~ (velle) **P**^{r} 465 d(e)uorum **P**^{1} (*cf. 11, 648 Silv. 5, 3, 199*) 466 Obstatur^{am} **P**^{1}: Obsturam **L**^{1} (Obsta- **L**^{1} *mg.*) creab(a)es **L**$^\sigma$ 467 nusquam ω: num- **P** ^{po}pulos **B**^{1}: po(pu)los **L**$^\sigma$ 468 *om.* **P** dir(i)aeque **B**^{3}: -rique **D** 469 phyrram **P** vacabant ω: vocabat **P**: vacarent **DN**^{2}: -bant (ł rent) **L**$^\sigma$r 470 Inmortale f 471 Auxilio ω: -lium *ex* -lio **P**^{c}: -lio^{um} r tempus (temus) **L**$^\sigma$ 472 Dissiluit **L** atris *Schrader* (*cl. Σ ad v. 473* per nigras nubes): altis **P**ω 474 subito **Lr** 476 sub repsi (b *ex* p) **Q**^{1} 477 stimulata **Q** 478 ne (ite) **M**$^\sigma$: ne f ob(si)stite **L**^{1} 479 *an* tanti*?* 480 Hic **PB**: His (*ex* Hic **Q**^{2}) ω mi(se)rescere **B**^{1}**Q**^{2} 481 cuncta(n)tur **Q**^{2} 482 Non- ω: Nos- **P** inpulerat *ex* -it **B**^{1}

Tisiphone fraudes caelestique ocior igne
adforet increpitans: 'quid belli obverteris ausis,
numen iners pacique datum? cede, inproba: noster
hic campus nosterque dies; nunc sera nocentes
defendis Thebas. ubi tunc, cum bella cieret
Bacchus et armatas furiarent orgia matres?
aut ubi segnis eras, dum Martius inpia serpens
stagna bibit, dum Cadmus arat, dum victa cadit Sphinx,
dum rogat Oedipoden genitor, dum lampade nostra
in thalamos Iocasta venit?' sic urguet, et ultro
vitantem aspectus etiam pudibundaque longe
ora reducentem premit adstridentibus hydris
intentatque faces; deiectam in lumina pallam
diva trahit magnoque fugit questura Tonanti.
tunc vero accensae stimulis maioribus irae:
arma placent, versaeque volunt spectare cohortes.
instaurant crudele nefas; rex impius aptat
tela et funestae casum prior occupat hastae.
illa viam medium clipei conata per orbem
non perfert ictus atque alto vincitur auro.
tunc exul subit et clare funesta precatur:
'di, quos effosso non inritus ore rogavit
Oedipodes flammare nefas, non inproba posco
vota: piabo manus et eodem pectora ferro

---

483 Tesiphone **MQb**: The- **C** 484 obverteris *ω*: -rit **P** 486 dies *add. s. l.* **L**$^{\sigma}$: deus (dies *s. l.*) **r**ν^{2} 488 armatas (ł te *s. l.*) ν^{2} 489 At (u *s. l.*) **B**^{1} 490 cadimus **P**^{1} victa cadit sphinx (spi- **QLMCfb**μ: sphinx *om.* **P**^{1}) **P**^{1}*ω*: dum semina surgunt **P**^{r} 492 alto (ultro *s. l.*) **Q**^{1} 493 longe *ω*: -ga **P** 495 lumina *ω*: -ne **PN**^{2} 496 fuit (g *s. l.*) **B**^{1} 497 accensae *ex* -a **P**^{1} 499 non rex **L**$^{\sigma}$ 500 *om.* **L**^{1}, *add.* **L**$^{\sigma}$ *mg.* Tela neque **L** occupa^{t} **P**^{1} 501 viam (ł sui ł viam *s. l.*) **L**$^{\sigma}$: tuos **r** 503 sub[illegible]it **BQ**: subiit **MCbr** 504 effosso (*ex* of- **B**^{1}) *ω*: effesso **P**: effesso *vel* -fo- *ex* effuso **Q**^{1}: effuso **Lf**ν irritus **P** orbe *Gruter* 505 flammare ς *Heinsius*: flammate **P**: firmate *ω* posco *ω*: -cet **P** 506 pectora (-re, a *s. l.*, **Q**^{1}) *ω*: tempora **P**

rescindam, dum me moriens hic sceptra tenentem
linquat et hunc secum portet minor umbra dolorem.'
hasta subit velox equitis femur inter equique
ilia, letum utrique volens; sed plaga sedentis
laxato vitata genu, tamen inrita voti
cuspis in obliquis invenit volnera costis.
it praeceps sonipes strictae contemptor habenae
arvaque sanguineo scribit rutilantia gyro.
exultat fratris credens hunc ille cruorem:
credit et ipse metu; totis iamque exul habenis
indulget, caecusque avidos inlidit in aegrum
cornipedem cursus. miscentur frena manusque
telaque, et ad terram turbatis gressibus ambo
praecipitant. ut nocte rates, quas nubilus auster
inplicuit, frangunt tonsas mutantque rudentes,
luctataeque diu tenebris hiemique sibique,
sicut erant, imo pariter sedere profundo:
haec pugnae facies. coeunt sine more, sine arte,
tantum animis iraque, atque ignescentia cernunt
per galeas odia et voltus rimantur acerbo
lumine: nil adeo mediae telluris, et enses
inpliciti innexaeque manus, alternaque saevi
murmura ceu lituos rapiunt aut signa tubarum.

---

509 $\overset{n}{i}$ter f^{1} 510 I[illegible]lia **B**: Il$\overset{\equiv}{i}$a **Q**: Illa **b**: Illi^{a} **M**^{1}: Illi **f** letum *ω*: lentum **P** utrique *ω*: -imque **P** volans *ex* -ens **P**^{c}: vovem *Heinsius* utrique volens loetum **b r** 511 viṭtata **M**^{1} tantum *Baehrens* 512 volnera *ν*: $\overset{v}{o}$o- **B**^{1}: vu- **P** costis *ex* to- **C**^{1} 513 stricto **C**: strictae *ex* sti- **f**^{2} 514 rutilantia *ex* -entia **P**^{c} 515 ille **P***ω*: esse **b**: ire *Burmannus*, *sed* ille *necessarium* 516 $\overset{to}{}$tis **B**^{1} 517 caecusque *ω*: -osque **P** 520 hauster **B** 521 frangunt *ω*: pangunt **P** tensas **b** mutantque **P***ω*: nectuntque *Wilkinsius*: miscentque *Slater* ru$\overset{d}{b}$entes **P**^{1} 522 Luta$\overset{c}{t}$aeque **P**^{1} 524 He **f** 525 animis iraque (irasci **K**) *ω*: animos irasque *ex* -is iraque **P**^{r} ign$\overset{e}{o}$scentia **B**^{1} 526 voltus **B**: vu- **P** acerbo *ex* -vo **B**^{1}**L**$^{\sigma}$ 528 Impliciti (-t$\overset{i}{a}$ẹ **Q**^{1}) *ω*: Inliciti **P** innexaeque **PD**: ne- *ω* manus *ex* -um **L**$^{\sigma}$

fulmineos veluti praeceps cum comminus egit
ira sues strictisque erexit tergora saetis:
igne fremunt oculi, lunataque dentibus uncis
ora sonant; spectat pugnas de rupe propinqua
venator pallens canibusque silentia suadet:
sic avidi incurrunt; necdum letalia miscent
volnera, sed coeptus sanguis, facinusque peractum est.
nec iam opus est Furiis; tantum mirantur et adstant
laudantes, hominumque dolent plus posse furores.
fratris uterque furens cupit adfectatque cruorem
et nescit manare suum; tandem inruit exul,
hortatusque manum, cui fortior ira nefasque
iustius, alte ensem germani in corpore pressit,
qua male iam plumis imus tegit inguina thorax.
ille dolens nondum, sed ferri frigore primo
territus in clipeum turbatos colligit artus;
mox intellecto magis ac magis aeger anhelat
volnere. nec parcit cedenti atque increpat hostis:
'quo retrahis, germane, gradus? hoc languida somno,
hoc regnis effeta quies, hoc longa sub umbra
imperia! exilio rebusque exercita egenis
membra vides; disce arma pati nec fidere laetis.'

---

530 Fulmineos *ex* -men- **M**¹ com (v *supra*) **P**¹ 531 suis (e *supra*) **M**^σ tergora *Heinsius*: pectora **P** ω 532 fremunt *Klotzius*: premunt **P**: tremunt ω: 533 spectant **P**¹ pugna **B**¹ 534 canibusque (ł campus) **M**^σ: campusque (canibus) **L**^σ 536 Volnera **BL**: Vu- **P** coeptus ω: eoctus **P** 538 hominemque (v *supra*) **B**¹ 539 Fratris *ex* -es **P**¹ 541 *post* 542 **P** 541 Hortatusque ω: -urque **PDL**^σ ς umanum **P**¹ 542 alte ω: altum **P** germane (i *supra*) **D**: -no *Heinsius* 543 imus *ex* unus **L**^σ 544 donens b 545 turbatos **PC**: -tus ω collit (gi *supra*) f² 547 Volnere (v *supra*) **B**¹: Vu- *ex* Vo- f²: Vu- **P** hostis **PN**: hosti ω: hostem (*ex* -ti μ²K²) **DK**μ: orsis *Baehrens* 548 trahis b hoc **P**: o ω 549 Hoc **P**: Et ω effeta (-ecta f) ω: effata **P** hoc longa **P**: longaque ω 550 egenis f 551 /fide/pati /nec re laetis (fidere *sscr.* **P**^r) **P**¹

sic pugnant miseri; restabat lassa nefando
vita duci summusque cruor, poterantque parumper
stare gradus; sed sponte ruit fraudemque supremam
in media iam morte parat. clamore Cithaeron
erigitur, fraterque ratus vicisse levavit
ad caelum palmas: 'bene habet! non inrita vovi,
cerno graves oculos atque ora natantia leto.
huc aliquis propere sceptrum atque insigne comarum,
dum videt.' haec dicens gressus admovit et arma,
ceu templis decus et patriae laturus ovanti,
arma etiam spoliare cupit; nondum ille peractis
manibus ultrices animam servabat in iras.
utque superstantem pronumque in pectora sensit,
erigit occulte ferrum vitaeque labantis
relliquias tenues odio subplevit, et ensem
iam laetus fati fraterno in corde reliquit.
ille autem: 'vivisne an adhuc manet ira superstes,
perfide, nec sedes umquam meriture quietas?
huc mecum ad manes! illic quoque pacta reposcam,
si modo Agenorei stat Gnosia iudicis urna,
qua reges punire datur.' nec plura locutus
concidit et totis fratrem gravis obruit armis.

552 miseri restabat *ex* misere st- $\mathbf{L}^{\sigma}$ le≡sa (s) **f** 553 poteratque r 554 sed ω: et **P** subpremam **B** 555 cla$\overset{o}{m}$are **C** 557 cae (lum *deest sine lac.*) b $\overset{h}{a}$bet $\mathbf{B}^1$: habes **L** iovi $\mathbf{f}^1$: ǂ vota $\mathbf{f}^2$ *mg.* 558 laetantia $\mathbf{f}^1$: labentia $\mathbf{f}^2$ *mg.* 559 comarum ω: $\overset{corone}{coma}$ $\mathbf{P}^r$ 560 et ω: ad **P** *in optimo Barthi codice adscriptus erat versus* Demens qui primo fratrem haud spoliaverit ense 564 in *om.* **BQCfb**μ^1 pectore **BQNCfb** 565 oculte **f** $\overset{a}{labentis}$ $\mathbf{L}^{\sigma}$ 566 Reliquias **P** 567 fati **PS**: fratri (-is **Mfg**$\mu\nu$: frater *ex* fratri $\mathbf{Q}^1$) ω fraterno in (*ex* frater non $\mathbf{Q}^1$) **PSQN**: frater non $\mathbf{LK}^1$**br**: non frater **Mfg**μ: frater sub (*ex* sob, s- *in ras.* $\mathbf{B}^1$) **BDC**: //frater //non ν^2 (ǂ fraterno ν^2 *mg.*): gelido sub $\mathbf{K}^2$ 568 an **P**: et ω 569 $\overset{fi}{Perde}$ $\mathbf{L}^1$ 570 Huc **P**: I (*ex* Huc **BQK**) ω pacta ω: parta **P** 571 $\overset{e}{agnorei}$ $\mathbf{f}^1$ $\overset{n}{ura}$ $\mathbf{f}^1$ 572 Qua **P**: Quae ω: Qui **N**

ite truces animae funestaque Tartara leto
polluite et cunctas Erebi consumite poenas!
vosque malis hominum, Stygiae, iam parcite, divae:
omnibus in terris scelus hoc omnique sub aevo
viderit una dies, monstrumque infame futuris
excidat, et soli memorent haec proelia reges.
at genitor sceleris conperto fine profundis
erupit tenebris, saevoque in limine profert
mortem inperfectam: veteri stat sordida tabo
utraque canities, et durus sanguine crinis
obnubit furiale caput; procul ora genaeque
intus et effossae squalent vestigia lucis.
virgo autem inpositae sustentat pondera laevae,
dextra sedet baculo. qualis si puppe relicta
exosus manes pigri sulcator Averni
exeat ad superos solemque et pallida turbet
astra, nec ipse diu fortis patiensque superni
aeris; interea longum cessante magistro
crescat opus, totisque expectent saecula ripis:
talis init campum, comitique extrema gementi
'duc' ait, 'ad natos patremque recentibus, oro,
inice funeribus!' cunctatur nescia virgo,

582 *Prisc.* GL II 339, 23 (*propter ablativum* veteri) idem in XI: veteri . . . canities

575 herebi **b** 581 Erupit **P**: Erepsit ω caecoque *Schrader* in **P**: e ω 582 $\overset{e}{\text{u}}$teri **f**^{1} fit r 583 Utraque **P**ω *Prisc.* (et capitis et barbae *recte* Σ): hirtaque *Heinsius*: atraque *Baehrens*: tetraque *Slater* durus ω: dur$\overset{i}{\text{o}}$s **P**^{r} crinis (*ex* -es **Q**^{2}) ω: crines **P** 584 funale **Q**: ferale *Marklandus* 585 effossae ω: offensae **Pf** sualent **f** 587 pupe **Bb** 588 'pigri 'manes **M**^{1}: pigri manes μ manens **Q**^{1} nigri **N**^{1}**C** 589 *in mg. prope v. 588 scriptus a* **f**^{1} pallida *ex* b- **P**^{1}: *ex* -ada **M**^{1} 590 fortis *ex* -es **P**^{1} 591 inter$\overset{e}{\text{a}}$ **P**^{1} ma$\overset{g}{\text{i}}$stro **L**$^\sigma$ 592 $\overset{it}{\text{C}}$rescat **D** totisque **P**ω: tostisque *Heinsius* (*scil. Pyriphlegethontis*): tota atque *Imhofius*: solisque *Garrodius* 593 Tali sinit **b** campos *ex* -us **f**^{1} -que *om.* **N** 594 re$\overset{c}{\text{g}}$entibu **P**^{c}

quid paret; inpediunt iter inplicitosque morantur
arma, viri, currus, altaque in strage seniles
deficiunt gressus et dux miseranda laborat.
ut quaesita diu monstravit corpora clamor
virginis, insternit totos frigentibus artus.
nec vox ulla seni: iacet inmugitque cruentis
vulneribus, nec verba diu temptata secuntur.
dum tractat galeas atque ora latentia quaerit,
tandem muta diu genitor suspiria solvit:
'tarda meam, Pietas, longo post tempore mentem
percutis? estne sub hoc hominis clementia corde?
vincis io miserum, vincis, Natura, parentem!
en habeo gemitus lacrimaeque per arida serpunt
volnera et in molles sequitur manus inpia planctus.
accipite infandae iusta exequialia mortis,
crudeles, nimiumque mei! nec noscere natos
adloquiumque aptare licet; dic, virgo, precanti,
quem teneo? quo nunc vestras ego saevus honore
prosequar inferias? o si fodienda redirent
lumina et in voltus saevire ex more potestas!
heu dolor, heu iusto magis exaudita parentis
vota malaeque preces! quisnam fuit ille deorum,
qui stetit orantem iuxta praereptaque verba
dictavit Fatis? Furor illa et movit Erinys

596 implac$\overset{i}{\text{a}}$tosque P^1 597 altaque ω: atria (*sic*) P^1 stra^{ge} f^2 598 duc μ 600 totos *ex* -us P^1 602 temptata f^r *in ras.* sequuntur **P** 603 Cum f tra▒c-tat **Q** 604 muta **PBDN**^{2}: multa ω diu **PDN**^{2}: diu ▒▒▒▒ (furens) **B**: furens (f$\overset{v}{\text{e}}$- L^σ) ω 605 mea **b** lo^{n}go f^1 607 io **PN**^{2}: me (*s. l.* B^1L^σ) ω: $\overset{me}{\text{tu}}$ ν^2 608 abeo **B** 609 Volnera **B**ν: V$\overset{v}{\text{o}}$- f^1: Vu- **P** et (*s. l.* f^1) in **PNf**$\mu\nu^1$: in **BQLr**: im- **M**: iam **DCb**: quin ν^2 impia **P** 610 infand$\overset{i}{\text{ae}}$ P^r iustae **C** 611 nec *om.* **f**: modo *s. l.* f^2 615 voltus **B**: $\overset{v}{\text{v}}$o- f^2: vu- **P** 616 parentis *ex* -es f^1 617 fugit L^σ 619 movit ω: novit **P** erin$\overset{i}{\text{a}}$s f^1

et pater et genetrix et regna oculique cadentes;
nil ego: per Ditem iuro dulcesque tenebras
inmeritamque ducem, subeam sic Tartara digna
morte, nec irata fugiat me Laius umbra.
ei mihi, quos nexus fratrum, quae volnera tracto!
solvite quaeso manus infestaque vincula tandem
dividite, et medium nunc saltem admittite patrem.'
talia dequestus paulatim insumpserat iras
mortis, et occulte telum, ni nata vetaret,
quaerebat; sed cauta manu subtraxerat enses
Antigone. furit inde senex: 'ubi noxia tela?
heu Furiae! num totum abiit in corpora ferrum?'
dicentem comes aegra levat mutumque dolorem
ipsa premit, saevom gaudens planxisse parentem.
  olim autem inceptae clamore exterrita pugnae
regina extulerat notum penetralibus ensem,
ensem sceptriferi spolium lacrimabile Lai.
multaque cum superis et diro questa cubili
et nati furiis et primi coniugis umbris,
luctata est dextra, et prono vix pectore ferrum
intravit tandem: venas perrumpit aniles
volnus et infelix lustratur sanguine lectus.
illius exili stridentem in pectore plagam
Ismene conlapsa super lacrimisque comisque

---

620 genetris b 621 Nil ω: Haec P 624 Ei tibi C $\overset{v}{\text{volnera}}$ B^3f^1: vu- P 626 et mittite f 627 insumpserat P: sumpserat ω 628 ni nata vetaret ω: nita (*sine ras.*) P 629 cauta (*ex* casa P^r) P *Bentleius*: casta ω 631 Seu C $\overset{\text{ł num}}{\text{non}}$ M^σ: non f habiit L corpora (*ex* -re C) PDC: corpore ω: pectore N 632 aegra (*in ras.* f^1) ω: atra P 633 $\overset{a}{\text{Ipse}}$ D $\overset{v}{\text{saevom}}$ B^1L^σ: -vum P gaudens ω: -ent P: -entis S 637 $\overset{o}{\text{dira}}$ f^1: dira C 638 proni μ 639 dextra (-tera S) ω: dextrae PD: -tra¢ B^3: $\overset{\text{ł a}}{\text{-trae}}$ $M^\sigma f^2$: $\overset{\text{ł ae}}{\text{-tra}}$ r: -tra *ex* -tre μ^2 640 venas P: et venas ω: pectus D perrumpit Pω: -rupit DN: prorumpit SCr aniles ω: anile PBMDQCf: $\overset{s}{\text{-le}}$ $L^\sigma\nu^2$ 641 pectus BQfbrν

siccabat plangens: qualis Marathonide silva
flebilis Erigone caesi prope funera patris
questibus absumptis tristem iam † solvere nodum
coeperat et fortes ramos moritura ligabat.
  et iam laeta ducum spes elusisse duorum
res Amphionias alio sceptrumque maligna
transtulerat Fortuna manu, Cadmique tenebat
iura Creon. miser heu bellorum terminus! illi
pugnarant fratres. hunc et Mavortia clamant
semina, et inpensus patriae paulo ante Menoeceus
conciliat populis. scandit fatale tyrannis
flebilis Aoniae solium: pro blanda potestas
et sceptri malesuadus amor! numquamne priorum
haerebunt documenta novis? iuvat ecce nefasto
stare loco regimenque manu tractare cruentum!
quid, melior Fortuna, potes? iam flectere patrem
incipit atque datis abolere Menoecea regnis.
primum adeo saevis inbutus moribus aulae
indicium specimenque sui iubet igne supremo
arceri Danaos, nudoque sub axe relinqui

---

645 Erigone silva caesi **C** erigon **b** patris *ex* -as **f**^{1} 646 assumptis **D** solvere **ω**: vulnere **P**: volvere (*sc. animo*) *Sandstroemius 1878 p. 59 et Deiter 1898 p. 344* (*voce proprie accepta*): involvere *Slater*: iungere *Owenus. fortasse nodus de crinibus intellegendus qui propter luctum solvuntur. solvere 'laxare ut se strangularet' Lemairius* n^{o}dum **P**^{1}: nẹ^{o}dum **Q**^{1} 647 ligabat **PB**^{1}**L**: legebat **B**^{1} *mg.* **ω**: legebat (ł ligabat) **r** 648 d^{v}eorum **B** 649 amph^{o}inoias **f** 652 hunc **ω**: huc **P** clamant (-ọṛ^{ant} **Q**) **Pω**: clarant *Grotius* 653 me nocens **b** 654 populis **ω**: -los **PQKMf**: l^{i}os- **L**$^{\sigma}$: -lo *Baehrens* tyrannis **PBD**: -ịs^{v} **Q**^{1}: -us **ω** 657 docịmenta^{v} **P**^{1} 659 potes **P**: potest **ω**: potest (ł potes) **M**$^{\sigma}$ 660 nenocoea **b** 661 Primum *ex* -ma **P**^{1} saevı[illegible]s **Q** inbutus moribus ς *Barthius*: inbutum moribus **P**: inbutus amoribus **ω** 662 suppremo **B** iubet *ex* iuvet **P**^{1} 663 Arceṇi^{r} **Q**^{1} -que *om.* **N** reliquiṭ^{n} **P**^{1}

infelix bellum et tristes sine sedibus umbras.
mox reducem Ogygiae congressus limine portae
Oedipodem extimuit paulum, seseque minorem
confessus tacite, promptamque coercuit iram;
sed redit in regem caecumque audentius hostem
increpitans 'procul' inquit, 'abi, victoribus omen
invisum, et Furias averte ac moenia lustra
discessu Thebana tuo! spes longa peracta est:
vade, iacent nati. quae iam tibi vota supersunt?'
  horruit instinctu rabido, steteruntque trementes
ceu visu squalore comae, seniumque recessit.
tunc natam baculumque manu dimisit, et irae
innixus tumido vocem de pectore rumpit:
'iamne vacat saevire, Creon? modo perfida regna
fortunaeque locum nostrae, miserande, subisti,
et tibi iam fas est regum calcare ruinas?
iam tumulis victos, socios iam moenibus arces?
macte, potes digne Thebarum sceptra tueri.
haec tua prima dies, sed cur nova contrahis amens
iura? quid anguste tantos metiris honores?
exilium intendis. timida inclementia regum
ista! feros avidus quin protinus inbuis enses?

666 Oedipodem ς: -den **P** ω extimuit **P**: timuit ω 668 Mox M^{σ}: Mox (ł sed) **f** μ caecumque ω: cacumque **P** 669 Increpitans ω: -tat **P** abi ω: avi **P** 671 thebane (n) f^{2}: -ne **M Q C** μ 673 Horruit *ex* Co- C^{2} instintu (c) P^{1} steterantque (*ex* -untque $Q^{2?}$) **Q** μ 674 squalore **P**: praesente ω: squalore (ł praesente) **D** comae **P**: genae ω; ceu visu *i. tamquam videret, cf. etiam Vollmer 1896 p. 33* 675 dimisit ω: de- **P** orae **B** 676 rupit **N** 678 loco *s. l.* μ^{2} 679 E(t) f^{1} ti(bi) P^{1} reg[ras.]um (ł tos) **f** inculcare **r** ν 680 victor M^{σ}: victor **f** 681 potes[ras.] (t) **Q** 682 contra(his) P^{c}: contrais (h) B^{1}: contrais **b** 683 tantos **P** ω: pariter **C** 684 intendis *ex* -de L^{σ} (*in exemplari fuerat* -đ) tı[ras.]mida **f** 685 avidos (v) Q^{1} quem (in) Q^{2}: qui(n) f^{2} inbuis (-s *in ras.* ν^{1}) ω: inbuit **P** inbuis enses *ex* -i se- L^{σ}

crede, licet, veniat cupidus parere satelles
intrepidusque secet non evitantia colla.
incipe! an expectas, ut pronus supplice dextra
sternar et inmitis domini vestigia quaeram?
finge autem temptare, sines? mihine ulla minaris
supplicia, aut ullos reris superesse timores?
linquere tecta iubes? caelum terramque reliqui
sponte, atque ultricem crudelis in ora retorsi
non ullo cogente manum: quid tale iubere,
rex inimice, potes? fugio excedoque nefandis
sedibus; an refert, quo funera longa measque
transportem tenebras? ne non gens cuncta precanti
concedat, patriae quantum miser incubo terrae?
sed dulces Thebae. nimirum hic clarior ortus,
et meliora meos permulcent sidera voltus,
hic genetrix natique. habeas Thebana regasque
moenia, quo Cadmus, quo Laius omine rexit
quoque ego; sic thalamos, sic pignora fida capessas,
nec tibi sit virtus fortunam evadere dextra.
sed lucem deprensus ames. satis omina sanxi,
duc, age, nata procul. quid te autem luctibus addo?
da, rex magne, ducem.' timuit miseranda relinqui
Antigone mutatque preces: 'felicia per te

686 Cedo *ex* Crede μ^2 687 sciet (ł secet) $\mathbf{M}^\sigma$: ciet **f** exvitantia (evi) $\mathbf{M}^\sigma$ 689 inmittis **b** 690 autem ω: aū (¯ *add.* $\mathbf{P}^c$) **P** 691 reris *ex* remis $\mathbf{L}^\sigma$ 692 terramque **PD**ς: -asque ω 693 crudelis *ex* -es $\mathbf{P}^1$ 696 an(ne) refer(t) $\mathbf{P}^1$ funere longa (·s· exilii) $\mathbf{P}^r$ longa *ex* -o $\mathbf{L}^\sigma$ 697 *post* 698 **P** 697 cuncta (ł cincta) $\mathbf{P}^r$: ulla μ^2 *in ras.* (*cerno* cu . . a) precanti ω: -di **P** 698 Concedat (e) $\mathbf{L}^\sigma$ 700 meas (o) $\mathbf{Q}^1$ voltus (v) $\mathbf{B}^1$: vu- **P** 701 Hinc **BQCb**μ habeos (a) $\mathbf{Q}^1$ 702 ~~h~~omine $\mathbf{L}^\sigma$ 703 Quo et ego **C** capesses (a) **r** 704 tibi sit ~~tibi~~ $\mathbf{L}^1$ dextram $\mathbf{b}^1$ 705 depressus **Mf** omina **PDN**²: omnia ω: omnia (omina) $\mathbf{f}^2$ 706 a~~b~~do (d) $\mathbf{B}^1$: addo (ł abdo) **r** 707 magne ducem *om.* **B**: seve ducem *add.* $\mathbf{B}^1$ *inter versus* ~~timuit~~ timuit $\mathbf{P}^{1*}$ meranda (se) $\mathbf{L}^\sigma$ 708 mutat~~p~~ que preces $\mathbf{L}^\sigma$ portae (e) $\mathbf{Q}^1$

regna, verende Creon, sanctasque Menoeceos umbras:
da veniam adflicto dictisque ignosce superbis.
hunc morem fandi longae fecere querellae;
nec soli ferus iste tibi: sic fata deosque
adloquitur, durus luctu, facilisque nec ipsi
saepe mihi; pridem indomito sub pectore vivit
libertas misera et saevae spes aspera mortis.
et nunc ecce tuas inritat callidus iras
suppliciumque cupit; sed tu maioribus, oro,
imperii potiare bonis, altusque iacentes
praetereas, et magna ducum vereare priorum
funera. et hic quondam solio sublimis et armis
saeptus opem miseris et iura, potentibus aecus
supplicibusque, dabat, cui nunc ex agmine tanto
una comes, necdum exul erat. felicibus hicne
opstat? in hunc odiis et regni viribus exis,
hunc abigis tectis? an ne prope limina clarum
ingemat et votis intempestivus oberret?

709 Signa **f** verende *ex* venerande **f**^{2} menoceos *ex* -us **P**^{1}**Q**^{1} 710 adflicto *ex* -tam **L**$^{\sigma}$ 711 tenebrae *coni. Garrodius* 712 fata *ex* -to **L**$^{\sigma}$ 714 vivit **PDN**^{2}: fervet ω: vivit (a ł fervet) **B**^{1}: vivit (fervet) **Q**^{2} 715 aspera **PS**ς: anxia **BQb**: inrita (*ex* irata **f**^{1}) **KCf**$\mu\nu$: aspera (ł irrita) **D**: irrita (aspera) **N**^{2}: inrita (ł anxia) **L**$^{\sigma}$**M**$^{\sigma}$: anxia (ł irrita) **r** 716 iras (ł artes) **D** 719 vereare ω: venerare **P** 720 *om.* **f** Funea (r) **P**^{1} 721 Saeptus *ex* Saeb- **P**^{1} et iura potentibus (*ex* poscentibus **br**) **PBSDNCbr**ν: et i. petentibus **K**: petentibus (o) **Q** (*om.* et i.): et iura poscentibus (peten) **f**^{1}: iura et poscentibus **M**: et iura petentibus (poscentibus) (pe- *ex* po- **L**$^{\sigma}$) **L**$^{\sigma}$: et poscentibus (*om.* iura) μ aecus **P**: equos **C**: aequus ω, *unde* aecus *an* aequos *scribas, haeseris. illud similibus formis commendatur* 722 ex agmine ω: examine **P**: examine (g) **b**^{1}: exmi▒ne (ag) (mi) **f** 723 *post* 724 **P** 723 extulerat μ 724 Obstet (-et *in ras.*) **L**$^{\sigma}$ ƕodiis **B**^{1} regnis **P**^{1} viribus ω: virtutibus **P** 725 Hanc *ex* Hun **P**^{r} abigs (i) **P**^{1}: ƕabiis (g) **L**$^{\sigma}$ tectis *ex* -us **C** lumina **C** 726 Ingemit (a) **Q**^{1}: -mit **N** intem- *ex* inter- **L**$^{\sigma}$

pone metum, procul usque tua submotus ab aula
flebit; ego erectum subigam et servire docebo,
coetibus abducam solaque in sede recondam.
exul erit. nam quae migranti externa patebunt
moenia? vis Argos eat hostilesque Mycenas
squalidus inreptet, victique ad limen Adrasti
Aonias referat clades, tenuemque precetur
rex Thebanus opem? miserae quid crimina gentis
pandere, quid casus iuvat ostentare pudendos?
conde, precor, quodcumque sumus, nec longa precamur
dona, Creon: miserere senis, maestosque parentis
hic, precor, hic manes indulge ponere: certe
Thebanos sepelire licet.' sic orat humique
volvitur; abducit genitor saevumque minatur
indignans veniam. qualis leo rupe sub alta,
quem viridem quondam silvae montesque tremebant,
iam piger et longo iacet exarmatus ab aevo,
magna tamen facies et non adeunda senectus;
et si demissas veniat mugitus ad aures,

---

727 Pone *ex* Pene f 728 ego **P**ω: et **br** eiectum (*ex* -am f[1]) **MCfr** servire *ex* sevire **C**[2] 729 abducam **M**$^{\sigma}$ (ł avellam): avellam **BQ** 730 namque **LMNf**[1]$\mu^1\nu$: quae nam *Kohlmannus temere* 731 vi**x** (s) **B**[3]: vix **L** argos (rg *in ras.*) f[2] 732 inreptat (e) f[1] 733 Aonios (a) **Q**[1] referat **P**ς: narret (-at **K**) ω: referat (ł narret) **D**: narret (referat) **N**[2] 735 *om.* **K** Pandere *ex* Po- **Q**[1] iubat (v) **P**[1] 736 Hoc (ł conde) de **r** precatur μ 737 maestique *ex* -osque **L**$^{\sigma}$**r**: miserique (mestique) **N**[2] parentis *ex* -es f[1]: precantis **Q** 738 certos *ex* -tae μ^2 739 horat **P**[1] hu⁞mique f 740 Solvitur (sternit) f[2] saevumque ω: salvumque **P** (E ∼ L) 742 virides **C** condam **b** montesque ω: -que amnesque (-isque **P**) **PBQK**: -que amnesque (montes) **L**$^{\sigma}$ tremebant (pre- (ł tre) **L**$^{\sigma}$) ω: tremos **P** 743 Iam piger ω: Inpiger **P** longo *ex* -a **Q**[1] 744 facies *ex* ficies f[2] 745 dimissas ν: demissus (ł sas) **L**$^{\sigma}$

erigitur meminitque sui, viresque solutas
ingemit et campis alios regnare leones.
    flectitur adfatu, sed non tamen omnia rector
supplicis indulget lacrimis partemque recidit
muneris 'haud' inquit, 'patriis prohibebere longe
finibus, occursu dum non pia templa domosque
conmacules. habeant te lustra tuusque Cithaeron;
atque haec ecce tuis tellus habitabilis umbris,
qua bellum geminaeque iacent in sanguine gentes.'
sic ait, et ficto comitum volgique gementis
adsensu limen tumidus regale petebat.
    interea pulsi vallum exitiale Pelasgi
destituunt furto; nulli sua signa suusque
ductor: eunt taciti passim et pro funere pulchro
dedecorem amplexi vitam reditusque pudendos.
nox favet et grata profugos amplectitur umbra.

---

746 solutas **Q**: solutus **P**: peractas *ω*: solutas$^{\text{ł peractas}}$ $\mathbf{B}^1\mathbf{L}^\sigma\mathbf{D}$: peractas$^{\text{solutas}}$ **N**   748 adfatu *ω*: -tus **P**   749 Supplis$^{\text{ci}}$ f^2 750 Muneris *ex* Fu- f^r haut **P**: haud *ex* aut f   prohibebere $\mathbf{B}^1$ *mg.* *ω*: prohibere $\mathbf{PB}^1\mathbf{MK}^1\nu$: prohibere$^{\text{be}}$ $b^2\mu^2$ 751 deosque **BQ** $^{\text{h}}$abeant $\mathbf{B}^1$: habeant *ex* he- f^1 cytherō **M** (*cf. 1, 334*)   753 habitabilis *ex* -talibus $\mathbf{Q}^1$ 755 et ficto *ω*: efficto **P**   volgique **B***ν*: vu- **P**   756 Adsens$^{\text{u}}$it $\mathbf{Q}^1$ tumid$^{\text{v}}$is $\mathbf{M}^1$ 758 suis$^{\text{v}}$que $\mathbf{L}^1$ 759 $^{\text{ł m}}$funere ν^2: munere $\mathbf{B}^1 b^2$ *mg.*   761 erat favet $\mathbf{P}^1$: favet *ex* va- $\mathbf{L}^1$ grata *ω*: nata **P**   umbram̸ $\mathbf{B}^1$ *post* 761 STATII · POETE · THEBAIDOS · LIBER XI | EXPLICIT · INCIPIT LIBER XII · **P**

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER XII.

Nondum cuncta polo vigil inclinaverat astra
ortus et instantem cornu tenuiore videbat
Luna diem, trepidas ubi iam Tithonia nubes
discutit ac reduci magnum parat aethera Phoebo:
agmina iam raris Dircaea penatibus errant,
noctis questa moras; quamvis tunc otia tandem
et primus post bella sopor, tamen aegra quietem
pax fugat et saevi meminit victoria belli.
vix primo proferre gradum et munimina valli
solvere, vix totas reserare audacia portas;
stant veteres ante ora metus campique vacantis

TESTIMONIA 11 *Serv.* Aen. 6, 520 illud ostendit quod ait Statius: stant ... metus

---

ł poli occidui
12, 1 polo (-i **ν**) **ω**: polos **P** ≣≣≣≣ (*cerno* polo vidı-) **f**[2]
ł vigil
vigil (*in ras.* **Q**[1]) **Pω**: viduo (*ex* -i **L**$^{\sigma}$) **LCμ**: viduo **M**[1]:
vidui
vigil **r** 3 trepidas **PSK**: tepidas **ω**: trepidū≣ (-s) **L** ubi iam **PSDb**: subito iam **BK**: subito iam **LQfr**: subito **ω** tit(h)onia (-na **L**[1] *mg.*f) **ω**: tritonia **PS**[1]: t≣itonia **μ**: tr≣thonia **L**
cunt
4 Discutit **L**[1]: Dissicit **b** 5 raris *ex* -as **b**[1] dirchaea **P** 6 questa moras (-ris *ex* -ras **B**[1]) **ω**: -que ista moraṣ est **P**[1]
ł primum
8 saevi .. belli **ω**: belli .. saevi **P** 9 primus **L**$^{\sigma}$ munimine **ν** munimivalli **b** 11 vacantis (*ex* voc- **Q**[1]**K**[c]**μ**[1]) **PDQKCμ**: vocantis **ω**:
a
vọcantis **r**

horror: ut adsiduo iactatis aequore tellus
prima labat, sic attoniti nil comminus ire
mirantur fusasque putant adsurgere turmas.
sic ubi perspicuae scandentem limina turris
Idaliae volucres fulvum aspexere draconem,
intus agunt natos et feta cubilia vallant
unguibus inbellesque citant ad proelia pinnas;
mox ruerit licet ille retro, tamen aera nudum
candida turba timet, tandemque ingressa volatus
horret et a mediis etiamnum respicit astris.
itur in exanguem populum bellique iacentis
relliquias, quacumque dolor luctusque cruenti
exegere duces; hi tela, hi corpora, at illi
caesorum tantum ora vident alienaque iuxta
pectora; pars currus deflent viduisque loquuntur,
hoc solum quia restat, equis; pars oscula figunt
vulneribus magnis et de virtute queruntur.
frigida digeritur strages: patuere recisae
cum capulis hastisque manus mediisque sagittae
luminibus stantes; multis vestigia caedis
nulla, ruunt planctu pendente et ubique parato.

---

12 assid^{o}uis **C**^{1} 13 l^{a}ibat **B**^{1} sic *om.* **f**: tunc *s. l.* **f**^{r} 15 *ante* limina *tres litterae erasae in* **P** 16 fulvum *ex* v- **f**^{1}: -lvum *in ras.* **B**^{1} aspe░xere (c) **b** 17 Intus agunt **ω**: In^{i}tros agunt **P**^{1}; *an* introagunt? cubila **P**^{1} 18 pennas *ex* pi- **P**^{1}**B**^{1}**Q**^{1}**L**$^{\sigma}$; pinna *constanter optimi codices in Theb. et Ach.*, *item* penna *constanter in* **M** *Silvarum. hoc potius librariis tribuendum videtur* 20 turba░ (-ti) **L**: turma **C** 21 etiam non **M** 23 Reliquias **P** quacumque **PDς**: qua quemque **ω**: qua ^{cumque}quemque **N**^{2}, *an* quaquomque? 24 Exegere *ex* Exi- **P**^{1} hic .. hic **P** (*fortasse recte*): hi .. hic **ν** att illi **P**^{1} 26 deflet **B** 29 digeritur *ex* de- **P**^{1}: digeretur **b**: di^{ge}ritur **L**$^{\sigma}$: dirigitur **ν** 30 $^{ł\,sca}$capulis **ν**^{2}: ░capulis **Q** (s-) hastisve *Garrodius*, *sed* -que *probum* 31 caedis **Pω**: ░░░ **B** 32 Null^{a}i **P**^{1}: $^{ł\,mille}$Nulla **L**^{1}

at circum informis truncos miserabile surgit
certamen, qui iusta ferant, qui funera ducant.
saepe etiam hostilis — lusit Fortuna parumper —
decepti flevere viros; nec certa facultas
noscere, quem miseri vitent calcentve cruorem.
at quibus est inlaesa domus vacuique dolores,
aut deserta vagi Danaum tentoria lustrant
inmittuntque faces, aut — quae post bella voluptas —
quaerunt, dispersus iaceat quo pulvere Tydeus,
an rapti pateat specus auguris, aut ubi divom
hostis, an aetheriae vivant per membra favillae.
iam lacrimis exempta dies, nec serus abegit
Vesper: amant miseri lamenta malisque fruuntur.
nec subiere domos, sed circum funera pernox
turba sedet, vicibusque datis alterna gementes
igne feras planctuque fugant; nec dulcibus astris
victa, nec adsiduo coierunt lumina fletu.
tertius Aurorae pugnabat Lucifer, et iam
montibus orbatis, lucorum gloria, magnae
Teumesi venere trabes et amica Cithaeron
silva rogis; ardent excisae viscera gentis
molibus exstructis: supremo munere gaudent

---

33 At ω: Ac P: At (c supra) f[1] 34 iuxta (s supra x) Q[1]: iuxta b: iusta (ł busta) r ferant *ex* -unt f[1] funera *ex* -re B[1] ducunt *ex* -ant Q[1] 36 flevere (ł flavere) r: flavere b certa *ex* -to f[1] facultos (a supra o) L[σ] 37 calentv(c supra)e (a) B[1]: calcantve (e supra a) f[2]: -centque (ve supra) C: -centque b 38 dolores Pω: doloris *Gronovius* (*ut sit: et qui vacui doloris sunt*): dolore *Heinsius* 40 voluptas ω: facultas PDNν (*e v. 36*) 41 dispersus P: -si ω: -si (sus supra) N[2] iaceat *ex* -ut Q[1] 42 divom (v supra o) B[1]: divum P 43 Hostis *ex* -es P[1] ł aethneae Q[2] *mg.*: nethenae (an supra) L[σ] vivam (vivant supra) L[σ] 45 fruuntur *ex* feruntur B[1]Q[1]f[2] 49 coierunt B fletcu P (*natum ex* flecu, t supra) 50 aurorae pugnabat P : auroram (-rae N[2]) pulsabat ω 51 lucrorum f 53 regis (o supra) B[1]Q[2] excissae b gentis *ex* -ti Q[2] 54 munere ω: funere PD

Ogygii manes; queritur miserabile Graium
nuda cohors vetitumque gemens circumvolat ignem.
accipit et saevi manes Eteoclis iniquos
hautquaquam regalis honos, Argivus haberi
frater iussus adhuc atque exul pellitur umbra.
  at non plebeio fumare Menoecea busto
rex genitor Thebaeque sinunt, nec robora vilem
struxerunt de more rogum; sed bellicus agger
curribus et clipeis Graiorumque omnibus armis
sternitur; hostiles super ipse, ut victor, acervos,
pacifera lauro crinem vittisque decorus
accubat: haud aliter, quam cum poscentibus astris
laetus in accensa iacuit Tirynthius Oeta.
spirantes super inferias captiva Pelasgum
corpora frenatosque pater, solacia forti
bellorum, mactabat equos; his arduus ignis
palpitat, et gemitus tandem erupere paterni:
'o nisi magnanimae nimius te laudis inisset
ardor, Echionios mecum venerande penates
atque ultra recture puer, venientia qui nunc
gaudia et ingratum regni mihi munus acerbas!

---

55 Ogygyi **P**: Ogigi **L** 56 ve$\overset{ti}{\underline{n}}$tumque **L**[1] 58 Haud- **P** $\overset{v}{\text{a}}$rgivis **B**[1] haberi *ω*: -re **P** 59 exul *anonymus Heidelbergensis*: exule **P***ω* 60 fumare *ex* fa- **L**[1] 61 thebaeque *ex* -aque **B**[2] robore **C** 62 rogum *ex* re- **P**[1] 63 graiorumque (-i- *in ras.* **P**[1]) **P***ω*: graiorum **f** 64 Sternitur *in ras.* **P**[1] acervos *ex* -us **P**[1] 65 *an* lauru? *cf. ad 3, 105* crinem *ex* crimen **L** 66 Acu$\overset{b}{\text{ss}}$at **P**[1] (S ∼ V) haut **P**: haud *ex* aut **B**[1]: aud **L**[σ] c$\overset{v}{\text{o}}$m **B**[1] 67 excelsa **Q** $\overset{i}{\text{t}}$acuit **P**[1] tyrinthius **P**: thir$\overset{i}{\text{e}}$nthius **f** ▒eta$\overset{hn}{}$ *μ*[2]: oet▒a (n) **Q** 68 inferias *ex* -lias **Q**[1] 69 forti (*ex* -tes **Q**[1]) **PBDQ**ς: fortes *ω*: fortis **N**: sorti ς 72 magnanimae nimius **P**: -mus (-mis *ν*[1]) t$\overset{v}{\text{a}}$ntae *ω* 73 e$\overset{c}{\text{t}}$hionios **f**[2] 74 quam nunc *vel etiam* quid nunc *coni. Garrodius* 75 regnum **C** m$\overset{u}{\text{a}}$nus **P**[1] a▒$\overset{r}{\text{c}}$ebas **B**[1]

tu superum convexa licet coetusque perenni —
credo equidem — virtute colas, mihi flebile semper
numen eris; ponant aras excelsaque Thebae
templa dicent: uni fas sit lugere parenti.
et nunc heu quae digna tibi sollemnia quasve
largiar exequias? nec si fatale potestas
Argos et inpulsas cineri miscere Mycenas,
meque super, cui vita — nefas! — et sanguine nati
partus honos. eademne dies, eadem inpia bella
te, puer, et diros misere in Tartara fratres?
et nunc Oedipodi par est fortuna doloris
ac mihi? quam similes gemimus, bone Iuppiter, umbras!
accipe, nate, tui nova libamenta triumphi,
accipe et hoc regimen dextrae frontisque superbae
vincula, quae patri minimum laetanda dedisti.
regem te, regem tristes Eteocleos umbrae
aspiciant.' simul haec dicens crinemque manumque
destruit, accensaque iterat violentius ira:
'saevom agedum inmitemque vocent, si funera Lernae

---

76 coetusque **ω**: coit- **P** perhenni **b**: perenni^{es} **r**: per<u>eam</u>^{ennes} (a *haesitante manu scriptum*) **M**$^{\sigma}$: perevum *ex* perenni **Q**^{2}: perennes **KCfμν** 77 Credo **Pω**: cedo *Menkius non apte* equidem *ex* qui- **L**^{1}: quidem **μ** 78 Numen (No^{v}- **L**^{1}) **Pω**: nomen *Gronovius* exe^{c}lsaque **B**^{1} 79 vani **f** fassit *ex* falsit **f**^{1}**ν**^{1} 80 quae (*s. l.* **f**^{1}) **ω**: quas **P** solem^{nia} **P**^{1} quesve **b** 81 La^{r}giar **P**^{1}: Largi^{a}or **Q**^{1} ▒^{sic} **L**$^{\sigma}$ 82 inpulsas **ω**: ipsas **P**: Iasias *coni. Garrodius, at tunc* cineri *non habet quo pertineat* cineri et **Q** 83 nati est **b** 84 impi^{a} **P**^{1} 85 *om.* **f**^{1}, *suppl. ima mg.* **f**^{1} di▒ros **B** <u>tar</u>tartara **P**^{1} 87 Ac mihi (-c *adras.*) **P** *recte distinxit Sandstroemius 1878 p. 59* iupp^{i}ter **P**^{1} 88 *om.* **Q**^{1}**L**^{1}, *add.* **Q**^{1} *mg.* **L**^{1} *mg.* 89 frontisque *ex* -es- **P**^{1} superbae$^{ł a}$ **f**^{2} 90 minimum letanda **P**: nimium gestanda **ω** 91 te regem *add.* **ν**^{2} eto^{he}cleos **B**^{2}: eteoclis **f** 93 Destruit **Pω**: exuit *coni. Garrodius cl. Verg. Aen. 5, 423 loco plane alieno* iterat *add.* **N**^{2} 94 Saevo^{v}m **B**^{1}: -vum **P** si **P**: nunc **ω**

tecum ardere veto; longos utinam addere sensus
corporibus caeloque animas Ereboque nocentes
pellere fas, ipsumque feras, ipsum unca volucrum
ora sequi atque artus regum monstrare nefandos!
ei mihi, quod positos humus alma diesque resolvet.
quare iterum repetens iterumque edico: suprema
ne quis ope et flammis ausit iuvisse Pelasgos;
aut nece facta luet numeroque explebit adempta
corpora; per superos magnumque Menoecea iuro.'
dixit, et abreptum comites in tecta ferebant.
  flebilis interea vacuis comitatus ab Argis —
fama trahit miseras — orbae viduaeque ruebant
Inachides ceu capta manus; sua volnera cuique,
par habitus cunctis, deiecti in pectora crines
accinctique sinus; manant lacera ora cruentis
unguibus, et molles planctu crevere lacerti.
prima per attonitas nigrae regina catervae,
tristibus inlabens famulis iterumque resurgens,
quaerit inops Argia vias; non regia cordi,
non pater: una fides, unum Polynicis amati
nomen in ore sedet; Dircen infaustaque Cadmi
moenia posthabitis velit incoluisse Mycenis.
proxima Lernaeo Calydonidas agmine mixtas

---

95 sens$\overset{v}{o}$s P^1 96 ereboque (erob- b) ω: crebroque P 98 regum ω: ferrum P (*ex* feras *v. 97 natum*): fratrum *Garrodius* vorandos *coni. Garrodius* 99 quo$\overset{d}{s}$ B^1 resolvet P: -it (solvit ν^1) ω 100 Quare (*ex* Quere f^1: Quave Q) ω: Quaere P -que ^{e}dico Q^2: -que dico L: quoque dico b: dicoque Mμ supprema B 101 et P: aut ω ussisse *ex* iuvi- L^σ (iuvisse *supra*): iusisse r: usisse b 102 At ν fata L lu[illegible]et (c) f 103 numenque *Garrodius inutiliter* menoechea P 106 Fuma L 107 Inacchides B volnera ν: $\overset{v}{\text{vo}}$- B^1: vu- P 108 pectora (*ex* -re Q^1) PQD (pectore *supra*): pectore ω: corpore L^σ 110 crevere L^σ (intemuere *supra*) (*voluit* intum-) 112 inlaben$\overset{s}{t}$ P^1 113 inobs Bb argi[illegible]a f 114 po$\overset{l}{l}$inicis L^σ 115 sed et C 116 velit *ex* -ut Q^1: velut C 117 callidonides L^σ calidon a sanguine C

Tydeos exsequiis trahit haut cessura sorori
Deipyle; scelus illa quidem morsusque profanos
audierat miseranda viri, sed cuncta iacenti
infelix ignoscit amor. post aspera visu,
ac deflenda tamen, digno plangore Nealce
Hippomedonta ciens. vatis mox impia coniunx
heu vacuos positura rogos. postrema gementum
agmina Maenaliae ducit comes orba Dianae,
et gravis Euhadne: dolet haec queriturque labores
audacis pueri, magni memor illa mariti
it torvom lacrimans summisque irascitur astris.
illas et lucis Hecate speculata Lycaeis
prosequitur gemitu, duplexque ad litus euntis
planxit ab Isthmiaco genetrix Thebana sepulcro,
noctivagumque gregem, quamvis sibi luget, Eleusin
flevit et arcanos errantibus extulit ignis.
ipsa per aversos ducit Saturnia calles
occultatque vias, ne plebs congressa suorum
ire vetet pereatque ingentis gloria coepti.
nec non functa ducum refovendi corpora curam
Iris habet, putresque arcanis roribus artus
ambrosiaeque rigat sucis, ut longius obstent
exspectentque rogum et flammas non ante fatiscant.

---

118 trait **L**$^{\sigma}$ haud *ex* aut **B**: aud **b** 119 scellus **P** profanos *ex* -us **Q**[1] 121 agnoscit **C** 122 digno . . . ciens *om.* **P** 125 educit **C** comes ω: -is **P** 126 Et **Pf**: It (Id **b**) ω: At **C** graves **P** euadne **P** 128 It **PDf**: Et ω torvom **B**[1]: -vum **P** 129 Illas et (e **L**) ω: Illa sed **P** lycanis (eys) **Q**[2] 131 istmiaco **P**: istmeo **C** thebana ω: abena **P** sepulchro **P** 132 sibi luget ω: sublucet **P** eleusim **L**: -si **f**: -sin (s) **Q**[2]: -sis **C** 133 Flevit ω: -bit **P** egnis (i) **Q**[1]: ignes **P** 134 aversos ω: adv- **PD**: adv- **L**$^{\sigma}$ galles (c) **P**[1]: calles (*ex* co- **B**[1]) **BD**: colles ω 135 Occultasque (tat) ν^2: -asque *ex* -atque **L**$^{\sigma}$ 137 fovendi **BLQfr**ν 138 abet **B** arcus (t) **L**$^{\sigma}$ 140 rogum et **P**ς: rogos et **BSDNML**μ^1: rogos ω: rogos ne[c] ω^2 non *del.* μ^2

squalidus ecce genas et inani vulnere pallens
Ornytus — hic socio desertus ab agmine, tardat
plaga recens — timido secreta per avia furto
debile carpit iter fractaeque innititur hastae.
isque ubi mota novo stupuit loca sola tumultu
femineumque gregem, quae iam super agmina Lernae
sola videt, non ille viam causasve requirit,
quippe patent, maesto sed sic prior occupat ore:
'quo, miserae, quo fertis iter? funusne peremptis
speratis cineremque viris? stat pervigil illic
umbrarum custos inhumataque corpora regi
adnumerat. nusquam lacrimae, procul usque fugati
accessus hominum: solis avibusque ferisque
ire licet. vestrisne Creon dabit aequus honorem
luctibus? inmitis citius Busiridos aras
Odrysiique famem stabuli Siculosque licebit
exorare deos; rapiet fortasse precantis,
si mens nota mihi, nec coniugialia supra
funera, sed caris longe mactabit ab umbris.
quin fugitis, dum tuta via est, Lernamque reversae
nomina, quod superest, vacuis datis orba sepulcris
absentesque animas ad inania busta vocatis?
aut vos Cecropiam — prope namque et Thesea fama est
Thermodontiaco laetum remeare triumpho —

---

141 inani (m *supra* in) **D** pallens *ex* -ent L^{σ} 142 Ornytus **P**: Hornitus ω; *item fere 207* hic (ł hunc *supra*) **D**: hunc (i *supra* n) L^{σ} 143 timido **P**: -dus ω secreto **M** avia ω: agmina **P** 144 fractaeque ω: fa- **P** 146 quem **BQf**: quem *ex* quae L^{σ}: quem r lernae ω: -ne **PΣ** *recte distinxit Baehrens* 147 causasve **PD**: -asque (-asque, m *supra* a, r) ω 148 sed sic **Pω**: sic is **D** 152 fugiti (a *supra* i) P^{1} 154 creon ω: creo **P** 155 busiridis **K** 156 Ot(h)risiique **QKDNCfbμν** famen **L** stabulis *ex* -li Q^{2}: stamuli **μ** 157 precantes **P** 158 coniugialia **KDN**: -gialia **B** (-galia *secundum Müllerum*): -g[illegible]alia (a i *supra*) **Q**: -gila L^{1}: -galia **Pω** 159 mactabit (*ex* -bat $M^{1}Q^{1}$: magtabit **N**) ω: mactavit **P** 161 sepulchris **P** 163 cecropeam **C** iamque **f** 164 Termodoontiaco **K**: Thermodon ciaco **C** laetum *an* lact- **P** *praebeat, dubium* triumpho ω: -um **P**

inploratis opem? bello cogendus et armis
in mores hominemque Creon.' sic fatus, at illis
horruerunt lacrimae, stupuitque inmanis eundi
impetus, atque uno voltus pallore gelati.
non secus adflavit molles si quando iuvencas
tigridis Hyrcanae ieiunum murmur, et ipse
auditu turbatus ager, timor omnibus ingens,
quae placeat, quos illa fames escendat in armos.
continuo discors vario sententia motu
scinditur: his Thebas tumidumque ambire Creonta,
his placet Actaeae si quid clementia gentis
adnuat; extremum curarum ac turpe reverti.
hic non femineae subitum virtutis amorem
colligit Argia, sexuque inmane relicto
tractat opus: placet — egregii spes dura pericli! —
comminus infandi leges accedere regni,
quo Rhodopes non ulla nurus nec alumna nivosi
Phasidis innuptis vallata cohortibus iret.
tunc movet arte dolum, quo semet ab agmine fido
degreget, inmitisque deos regemque cruentum
contemptrix animae et magno temeraria luctu
provocet; hortantur pietas ignesque pudici.

---

165 cogend$\overset{v}{o}$s **L**[1] 166 fa*c*tus **B**: factus **b** 167 Horruerunt **Br**: -r$\overset{v}{e}$nt **L**[1]: -r$\overset{a}{u}$nt **P**[c] **Q**[2]: -rant *ω*: aruerant *Kochius 1865 p. 12* lacrimae **P***ω*: crines *Garrodius infeliciter* st$\overset{v}{i}$puitque **f**[2] 168 v$\overset{v}{o}$ltus **P**[1]**f**[1]: vu- **P** gelati **PB**[1]**Q**: notati **B**[2] *mg.* *ω*: notatae (*ex* -ti **L**[σ]) **LMf**: gelati (ł notati) **D**: notati (gelati) **N**[2] 171 turbatus **P***ω*: -tus (r) **B**[1]: -tur **Cb**ς 172 repleat (ł placeat) **D** famas **b** escendat (a) **P**[r]: descendat (-et **C**) *ω* 177 amorem **P***ω*: honorem (*ex* am- **L**[σ]) **Lb***ν*: honorem (ł amorem) **r**: horrorem **D** 178 relicto *ex* -tis **L**[1] *aut* **L**[σ]: -ta **C** 179 *recte distinxit Imhofius* 181 rodopes **P** nurus (ł manus) **D**: manus **br** 182 innuptis (ł innumeris) **D** 184 Degreget **P**: Segreget *ω* inmitesque **P** 185 ex (t) magno *ν*[2] 186 (h)ortantur **L**[σ]

ipse etiam ante oculos omni manifestus in actu,
nunc hospes miserae, primas nunc sponsus ad aras,
nunc mitis coniunx, nunc iam sub casside torva
maestus in amplexu multumque a limine summo
respiciens: sed nulla animo versatur imago
crebrior, Aonii quam quae de sanguine campi
nuda venit poscitque rogos. his anxia mentem
aegrescit furiis et, qui castissimus ardor,
funus amat; tunc ad comites conversa Pelasgas:
'vos' ait, 'Actaeas acies Marathoniaque arma
elicite, adspiretque pio Fortuna labori.
me sinite Ogygias, tantae quae sola ruinae
causa fui, penetrare domos et fulmina regni
prima pati; nec surda ferae pulsabimus urbis
limina: sunt illic soceri mihi suntque sorores
coniugis, et Thebas haud ignoranda subibo.
ne tantum revocate gradus: illo inpetus ingens
auguriumque animi.' nec plura, unumque Menoeten —
olim hic virginei custos monitorque pudoris —
eligit et, quamquam rudis atque ignara locorum,
praecipites gressus, qua venerat Ornytus, aufert.
atque ubi visa procul socias liquisse malorum,
'anne' ait, 'hostiles ego te tabente per agros —

188 puras *coni. Garrodius* nunc ω: *om.* P sponsus .. nunc *add.* ν^2 189 $\overset{s}{\text{ca}}$side P^1 190 *post* 191 *inter versus add.* f^2 inample$\overset{v}{\text{x}}$ẹ Q^1 a *om.* b 192 Crebior Qb: Crebrus̩or μ^1 aonii *ex* -a L^σ 193 mente MCfr 194 furiis P: $\overset{\text{furiis}}{\text{curis}}$ (*ex* furiis B^2Q^1) ω: curis N^2 195 pelasgas *ex* -os Q^1 197 Eligite D 198 ogigyas P 199 penetrasse C 201 $\overset{i}{\text{socer}}$ B^1 $\overset{\text{sunt}}{\text{cumque}}$ P? 202 Coniugis *ex* -es P^1 thebis *ex* -as M^1 haut P: haud *ex* aut B^1: aud b ignorando μ 203 Nec LDb 204 meneten P: men[illegible]etem B: menoetem M: menetem Q: menaecem L: mene[illegible]tem *ex* mo- f^2 205 virgineus NC 207 *cf. ad* 142 aufert ω: auferạt P^1: adfert (*ex* aufert Q^1C^1) MQLDCb$\mu\nu$: ac fert *ex* aufert S^2 208 A$\overset{s}{[illegible]}$t (u) f^2 209 ostiles L^σ tabente P: labente ω (*in* M *glossa legitur* putrescente)

heu dolor! — expectem, quaenam sententia lenti
Theseos? an bello proceres, an dexter haruspex
adnuat? interea funus decrescit. et uncis
alitibus non hos potius subponimus artus?
et nunc me duram, si quis tibi sensus ad umbras,
me tardam Stygiis quereris, fidissime, divis.
heu si nudus adhuc, heu si iam forte sepultus:
nostrum utrumque nefas; adeo vis nulla dolenti,
Mors nusquam saevusve Creon? hortaris euntem,
Ornyte!' sic dicens magno Megareia praeceps
arva rapit passu, demonstrat proxima quisque
obvius horrescitque habitus miseramque veretur.
vadit atrox visu, nil corde nec aure pavescens,
et nimiis confisa malis propiorque timeri:
nocte velut Phrygia cum lamentata resultant
Dindyma, pinigeri rapitur Simoentis ad amnem
dux vesana chori, cuius dea sanguine lecto
ipsa dedit ferrum et vittata fronde notavit.

---

218 *Prisc.* GL III 324, 16 Statius in XII: 'hortaris euntem' pro hortaris ire

---

210 Eu **P** 211 aruspex **LQb**: a⁝ruspex **f** 212 Abnuat **r**: Abinuat **b** ab uncis *ex* et u- **f**²: aduncis ς *Heinsius male* 213 hos pitius (o *supra*) **B**³: hos picius *ex* -po- **L**$^\sigma$: hospiciis (ł hos potius *supra*) **ν**² supponimus **P** 215 stigyisque reris **P**: quereris (que r. **μ**) stygiis (*transpos.* **ν**²) **ω** divı⁝s **L** 216 si iam *ex* suam **L**$^\sigma$ 217 Nostrum **ω**: -umque **P** adeon vis (n *supra*) ulla **D**: ado vis nulla **b** nula (l *supra*) **L**$^\sigma$ 218 numquam **N**: nusquam *ex* num- **Q**¹ saevusve *Kohlmannus*: -ne **P**: -que **ω** ᶜreon **B**¹ ortaris **b**¹ 219 dicit (cens *supra*) **L**$^\sigma$ mecareia **P**: megaregia **L** 220 quisque **P**: quisquis **ω** 221 Obhuius **L** horrescit **b**: orrescitque **f** 222 aure **Pω**: ore *Lachmannus*: ~~corde~~ (aure *supra*) **D** 223 confisa **ω**: confixa **P** (*cf. 2, 572*) propiorque **ω**: propriorque **P**: prop⁝iorque **Qf** 225 Tindima **L** pi⁝nigeri (*ex* puni-) **f**: pinnigeri **M** simeontis **C** 226 vesana *ex* -ne **L**$^\sigma$ laeto **Cr**: le⁝ta *ex* -to (c) **Q**¹: leto (ł letum *supra*) **L**$^\sigma$ 227 vitata (t *supra*) **L**$^\sigma$: vitiata **M** fronde **Pω**: fronte **MDNCfμ**

iam pater Hesperio flagrantem gurgite currum
abdiderat Titan, aliis rediturus ab undis,
cum tamen illa gravem luctu fallente laborem
nescit abisse diem: nec caligantibus arvis
terretur, nec frangit iter per et invia saxa
lapsurasque trabes nemorumque arcana, sereno
nigra die, caecisque incisa novalia fossis,
per fluvios secura vadi somnosque ferarum
praeter et horrendis infesta cubilia monstris.
tantum animi luctusque valent! pudet ire Menoeten
tardius, invalidaeque gradum miratur alumnae.
quas non illa domos pecudumque hominumque modesto
pulsavit gemitu! quotiens amissus eunti
limes, et errantem comitis solacia flammae
destituunt gelidaeque facem vicere tenebrae!
iamque supinantur fessis lateque fatiscunt
Penthei devexa iugi, cum pectore anhelo
iam prope deficiens sic incipit ore Menoetes:
'haut procul, exacti si spes non blanda laboris,
Ogygias, Argia, domos et egena sepulcri

---

229 redditurus **P** 231 abesse **C** ne^c $\mathbf{B}^1$ 232 Tenetur (ł terretur) $\mathbf{L}^1$ nec **P**ω: sed *Garrodius*; *iter non frangere est recta progredi* 233 trabes *ex* -ves $\mathbf{P}^1$ 234 fossis (*ex* forsis $\mathbf{L}^\sigma$) ω: saxis **P** 235 $\mathbf{B}^1$ *mg. iterum legitur* vadi **P**: $vadi^t$ $\mathbf{L}^1\mathbf{Q}^1$ (ruit *sscr.* $\mathbf{Q}^2$): vadit ω: vadit (a) ν^2: meat **C**: ▒ f^2 ς somnosque ω: -oque **P** 236—295 *folio inserto addidit* $\mathbf{Q}^r$ 236 Praeter et **PLDbr**: Praeter (ł praeterit) et ν^2: Praeterit **KCf**: Praeterit et **BM** (-it *del.* $\mathbf{M}^1$): Propter et **N** infesta **P**: infessa ω: insessa (*ex* inf- $\mathbf{L}^\sigma$) **BLN** **f**ν *fortasse recte*: obsessa $\mathbf{Dr}^\sigma$ 239 pecudumque **PD**: pecorumque ω modesto **P**ω: molesto *Heinsius*, *quod miror editoribus placuisse* 241 comites **BLDfb** 243 supinantur ω: subi- **P** patescunt *ex* fatiscunt f^r 245 incipit **PD**: inchoat ω ore ς *Barthius*: orsa **P**ω, *quod fortasse defendi potest cl. Verg. Aen.* 7, 435 246 $exactis^i$ (^{i} *add.* $\mathbf{P}^c$) spes **P** planda **f** laboris **PD**: doloris ω: doloris (laboris) $\mathbf{L}^\sigma\mathbf{K}^2\mathbf{r}$ 247 argia ω: argiva **P**: argi▒a **f** egena *ex* egina **C** sepulchri **P**

busta iacere reor; grave comminus aestuat aer
sordidus, et magnae redeunt per inane volucres.
haec illa est crudelis humus, nec moenia longe.
cernis, ut ingentis murorum porrigat umbras
campus, et e speculis moriens intermicet ignis?
moenia sunt iuxta; modo nox magis ipsa tacebat,
solaque nigrantes laxabant astra tenebras.'
horruit Argia, dextramque ad moenia tendens:
'urbs optata prius, nunc tecta hostilia Thebae,
et tamen, inlaesas si reddis coniugis umbras,
sic quoque dulce solum, cernis, quo praedita cultu,
qua stipata manu, iuxta tua limina primum
Oedipodis magni venio nurus? inproba non sunt
vota: rogos hospes planctumque et funera posco.
illum, oro, extorrem regni belloque fugatum,
illum, quem solio non es dignata paterno,
redde mihi! tuque, oro, veni, si manibus ulla
effigies errantque animae post membra solutae,
tu mihi pande vias, tuaque ipse ad funera deduc,
si merui!' dixit, tectumque adgressa propinquae
pastorale casae reficit spiramina fessi
ignis, et horrendos inrumpit turbida campos.
qualis ab Aetnaeis accensa lampade saxis
orba Ceres magnae variabat imagine flammae
Ausonium Siculumque latus, vestigia nigri

---

248 iac^e^reor P^1: ·/· re P^1 *mg.* et grave *μ* ł comminus cummitius M^2 249 Sordibus r 250 nec *om.* f^1 252 e *ω*: *om.* P spiculis L intermic^a^et *ω*: -cat PN^2 253 tacebit L^σ 254 sidera (astra) f^2 257 reddas M 258 dulc esolum B praedita *ω*: pro- P 259 limina PD: moenia *ω* 260 Oedippodis f 261 et fune^ra^ *suppl.* *μ*^{2} *in lac.* 262 oro *ex* ero C^1 regni *ω* (*cf. 9, 578*): regnis P 265 salutae b: soluta *Baehrens* prope membra solutae *Garrodius* 266 ipse *ω*: ipsa PK^{2}C deduc *om.* *μ* 267—332 *in* M *suppl. Boccaccius* 267 tedamque (-damque *in ras.* *μ*^{2}, *fuit* -ctumque) *μ* 269 inrupit N*μ* campos *ex* -us P^1 270 aethneis P: aeth≡neis B: ethenis f 271 flammae *ω*: -ma P

raptoris vastosque legens in pulvere sulcos;
illius insanis ululatibus ipse remugit
Enceladus ruptoque vias inluminat igni:
Persephonen amnes silvae freta nubila clamant,
Persephonen tantum Stygii tacet aula mariti.
    admonet adtonitam fidus meminisse Creontis
altor et occulto submittere lampada furto.
regina Argolicas modo formidata per urbes,
votum inmane procis spesque augustissima gentis,
nocte sub infesta, nullo duce et hoste propinquo,
sola per offensus armorum et lubrica tabo
gramina, non tenebras, non circumfusa tremiscens
concilia umbrarum atque animas sua membra gementes
saepe gradu caeco ferrum calcataque tela
dissimulat, solusque labor vitasse iacentis,
dum funus putat omne suum, visuque sagaci
rimatur positos et corpora prona supinat
incumbens, queriturque parum lucentibus astris.
    forte soporiferas caeli secreta per umbras
Iuno, sinu magni semet furata mariti,
Theseos ad muros, ut Pallada flecteret, ibat,
supplicibusque piis faciles aperiret Athenas.
atque ubi per campos errore fatiscere vano
inmeritam Argian supero respexit ab axe,
indoluit visu, et lunaribus obvia bigis
advertit vultum placidaque ita voce locuta est:
'da mihi poscenti munus breve, Cynthia, si quis

---

273 vastostosque b   275 H(a)encheladus **B L b** ν: Hencel- **C** f igne μ 276 *om.* μ^1, *add.* μ^2 *mg.*   Thesi- *ex* Perse- f^2 (*item v. 277*)   Persophonen b (*item v. 277*)   277 *om.* **P** tantum stygii ω: stigii tantum ϛ   279 Altor (Ul- **C**) et ω: Altior **P**   occultam μ 280 argolicos *ex* -as f   281 augustissima **D C**   284 tremescens **P**   287 vitasse **P N**[2]: vitare ω iacentes **P**   289 supinaxt **L**[1]   290 quaeriturque **P**[1]   292 magni ω: mangi **P**   magistri (triti *supra*) **C**   296 argian ω: argiam **P B** $\mu\nu$ arce f   297 vi (su *supra*) **B**[1]   vigis **P**   298 vultum **P**: currum (-ū≣ **L**[σ]) ω

est Iunonis honos; certe Iovis inproba iussu
ter noctem Herculeam — veteres sed mitto querellas:
en locus officio. cultrix placitissima nostri
Inachis Argia cernis qua nocte vagetur
nec reperire virum densis queat aegra tenebris?
et tibi nimbosum languet iubar: exere quaeso
cornua, et adsueto propior premat orbita terras.
hunc quoque, qui curru madidas tibi pronus habenas
ducit, in Aonios vigiles demitte Soporem.'
vix ea, cum scissis magnum dea nubibus orbem
protulit; expavere umbrae, fulgorque recisus
sideribus; vix ipsa tulit Saturnia flammas.

primum per campos infuso lumine pallam
coniugis ipsa suos noscit miseranda labores,
quamquam texta latent suffusaque sanguine maeret
purpura; dumque deos vocat et de funere caro
hoc superesse putat, videt ipsum in pulvere paene
calcatum. fugere animus visusque sonusque,
inclusitque dolor lacrimas; tum corpore toto
sternitur in voltus animamque per oscula quaerit
absentem, pressumque comis ac veste cruorem
servatura legit. mox tandem voce reversa:

---

300 iunonis honos **ω**: iuvenis **P** improba **P** ius heu **D**: vis eu (*vel* vis hec) **r**: vasu **b** 301 P(t)er **r** ternoctem *Kohlmannus* 302 Est **C** cultrix **ω**: -ris **P** placitissima *Gronovius*: -idissima **Pω** 303 Inachiis **P** 304 (r)peperire **Q**[2]: repperire **f**[1] quaet **P**[1] erga (egra) **f**[2] 305 At *malit Garrodius* tibi **Pω**: iam **C** 306 propior **ω**: proprior **P** 307 curru **ω**: -um **PL** pronu[s] **P**[1] 308 aonios **ω**: aonias (*sic*) **P**[1]: -as (o) **Q**[1]: -os *ex* -as **L**[1] demitte **ς** *Klotzius*: dimitte **ω**: dimittite **P** 309 conscissis **f** dea **ω**: de **PC** 310 recisus **ω**: -sos **P**: retusus *Heinsius* 312 Primum **ω**: Primum (ł Primam) **L**[σ] Primam **PNbrνς**: 313 *om.* **b** 314 (m)aeret **B**[1]: marcet (*ex* maeret **μ**[1]) **fμ** lateat **b** suffusoque in **r**: fusoque in **b** 315 deos **ω**: suos **P** (*e v. 313*) 316 poenae **PS** 317 Calcatum *ex* -am **Q**[1] 318 tum **PS**: tunc **ω**: *del.* **D** (cor)pore **P**[1] 319 voltus **B**: vu- **P** animumque **N**

'hunc ego te, coniunx, ad debita regna profectum
ductorem belli generumque potentis Adrasti
aspicio, talisque tuis occurro triumphis?
huc adtolle genas defectaque lumina: venit
ad Thebas Argia tuas; age, moenibus induc
et patrios ostende lares et mutua redde
hospitia. heu quid ago? proiectus caespite nudo
hoc patriae telluris habes. quae iurgia? certe
imperium non frater habet! nullasne tuorum
movisti lacrimas? ubi mater, ubi inclyta fama
Antigone? mihi nempe iaces, mihi victus es uni!
dicebam: quo tendis iter? quid sceptra negata
poscis? habes Argos, soceri regnabis in aula;
hic tibi longus honos, hic indivisa potestas.'
quid queror? ipsa dedi bellum maestumque rogavi
ipsa patrem, ut talem nunc te complexa tenerem.
sed bene habet, superi, gratum est, Fortuna; peracta
spes longinqua viae: totos invenimus artus.
ei mihi, sed quanto descendit vulnus hiatu!
hoc frater? qua parte, precor, iacet ille nefandus
praedator? vincam volucres — sit adire potestas —
excludamque feras; an habet funestus et ignis?

325—335 *neumis instructi in* **P** 325 Hunc b attolle **P**: -lo (e) Q^1 despectaque **C** 326 argi[illegible]a f (t) vias Q^2 327 ostende *ex* -do Q^1 328 agam (o) **D**: agam **C** quid *ex* quod L^{σ} cespite *ex* -ta **C** 329 (h) abes B^1 iurgia *ex* iuria **C**: iniuria *Koestlinius* 330 (h) abet B^3 332 mih (i) B^3 victus *ex* unctus B^3
333 quid *ex* quod Q^1L^{σ} scripta (sceptra) M^1 negata *ex* not- Q^1
334 artus (ł argos) r regnabis *ex* -vis P^1 335 honos *ex* -us L^{σ}
336—341 *nec non initia versuum* 327. 330. 331 *in* **L** *neumis instructi* 338 (h) abet B^1 seres superi **μ** (*i. habet se res*) peracta PN^1: peracta est **ω** 339 longuinqua Q^1 340 sed *om.* f^1, *add.* f^r *mg.* vulnus *ex* vultis Q^1 341 Hoic Q^1 iacet **ω**: -it **P** 342 odire (*ex* adire L^{σ}) **L** b 343 (h) abet B^1 ignes **P** *pro* 345. 346 *in* **P**

sed nec te flammis inopem tua terra videbit:
ardebis lacrimasque feres, quas ferre negatum
regibus, aeternumque tuo famulata sepulcro
durabit deserta fides, testisque dolorum
natus erit, parvoque torum Polynice fovebo.'
ecce alios gemitus aliamque ad busta ferebat
Antigone miseranda facem, vix nancta petitos
moenibus egressus; illam nam tempore in omni
adtendunt vigiles et rex iubet ipse timeri,
contractaeque vices et crebrior excubat ignis.
ergo deis fratrique moras excusat et amens,
ut paulum inmisso cessit statio horrida somno,
erumpit muris: fremitu quo territat agros
virginis ira leae, rabies cui libera tandem
et primus sine matre furor. nec longa morata,
quippe trucem campum et, positus quo pulvere frater,
noverat. atque illam contra videt ire Menoetes,
cui vacat, et carae gemitus conpescit alumnae.
cum tamen erectas extremus virginis aures
accessit sonus, utque atra sub veste comisque
squalentem et crasso foedatam sanguine vultus

---

leguntur haec Ardebit longumque tuo famulata sepulchro, *cf. Hermes 40 (1905) p. 355* 345 negatum est **Cbr** 347 Durabạt (i *supra*) **Q**[1] testisque ω: pe- **P** 349 ferebar **B** 350 nancta (-n- *fere erasa*) **P**: nacta ω pọtitos (e *supra*) **f**[1] 351 temp^ore in omni **B**[2]: tempore ab omni **Q**: tempus in omne **Mf** 352 Attendunt **P** timeri (*i. caveri*) **P**ω: teneri ς *vulgo* 353 crebior (r *supra*) **B**[1]: crebṛior **Q**[1]: crebior **b** 354 dehis (deis *supra*) **L**[1] excussat **M** amens *ex* -es **L**[1] 355 inmisso ω: amisso **P**: admisso *Baehrens* horrida *ex* horrenda **Q**[1] 356 miris (v *supra*) **M** 359 frater **P**ω: quaerit **L** 360 videt contra ire menoetes **N** (c. i. m. *add.* **N**[2]) 361 *sq. in* **M** *umiditate corrupti, partim a Boccaccio rescripti ita ut quid lateat, non satis constet* 361 Qui *Peyraredus* 362 erectas extremọs (v *supra*) **P**[1]: extremus (-is **C**: -um -as *ex* -os **L**[1]) erectas (ł ad *supra*) (e- **D**) ω 363 Accensit **r** atque **f** sub *om.* **P** 364 Sualentem **f** foedatam ω: -datos **P**: -dantem **N**ς

astrorum radiis et utraque a lampade vidit:
'cuius' ait, 'manes, aut quae temeraria quaeris
nocte mea?' nihil illa diu, sed in ora mariti
deicit inque suos pariter velamina vultus,
capta metu subito paulumque oblita doloris.
hoc magis increpitans suspecta silentia perstat
Antigone, comitemque premens ipsamque; sed ambo
deficiunt fixique silent. tandem ora retexit
Argia, corpusque tamen conplexa profatur:
'si quid in hoc veteri bellorum sanguine mecum
quaesitura venis, si tu quoque dura Creontis
iussa times, possum tibi me confisa fateri.
si misera es — certe lacrimas lamentaque cerno —,
iunge, age, iunge fidem: proles ego regia Adrasti —
ei mihi! num quis adest? — cari Polynicis ad ignis,
etsi regna vetant.' stupuit Cadmeia virgo
intremuitque simul, dicentemque occupat ultro:
'mene igitur sociam — pro fors ignara! — malorum,
mene times? mea membra tenes, mea funera plangis.
cedo, tene, pudet heu! pietas ignava sororis!
haec prior —!' hic pariter lapsae iunctoque per ipsum
amplexu miscent avidae lacrimasque comasque,

---

374 *Prisc.* GL II 339, 12 (*propter ablativum* veteri) idem in XII: si quid . . . si quid non fanda Carontis iussa times

---

365 a *eras. in* **B**: *om.* **Lbr** 366 quae **P**: quem ω: quid **K**[2] quaeris *ex* -es **b**[1] 370 $\overset{\text{perstat}}{\text{Restat}}$ **B**[1] 372 silent *ex* so- **Q**[1] 373 profa▒tur **f** 375 tu *inter lin.* **C**[1] si quid non fanda carontis *Prisc.* 378 regia *Klotzius*: $\overset{\text{s}}{\text{regia}}$ **P**[1]: regis ω 379 num ω: nunc **P** ad **P**ω: et *Sandstroemius 1878 p. 59* ignes **P** 380 regnaverant **P**[1] 382 agitur **r** pro fors (*ex* sors **Q**[1]) ω: profers **P** $\overset{\text{v}}{\text{malorem}}$ **Q**[1] 383 Mene ω: Meque **P**: Me **S** 384 tene (te▒ **f**: ten *Peyraredus male*) pudet ω: tene pudeat **P**: tene heu pudeat *Wilkinsius male* $\overset{\text{e}}{\text{piatas}}$ **L**[σ] pudet fuit cupitas ignavia sororis **b** 385 iunctaeque **f** 386 Amplexus **f** avidae **P**ω: -de μνς *Kohlmannus*: $\overset{\text{vicibus}}{\text{avidae}}$ **L**[1]

partitaeque artus redeunt alterna gementes
ad vultum et cara vicibus cervice fruuntur.
dumque modo haec fratrem memorat, nunc illa maritum,
mutuaque exorsae Thebas Argosque renarrant,
longius Argia miseros reminiscitur actus:
'per tibi furtivi sacrum commune doloris,
per socios manes et conscia sidera iuro:
non hic amissos, quamquam vagus exul, honores,
non gentile solum, carae non pectora matris,
te cupiit unam noctesque diesque locutus
Antigonen; ego cura minor facilisque relinqui.
tu tamen ex celsa sublimen forsitan arce
ante nefas Grais dantem vexilla maniplis
vidisti, teque ille acie respexit ab ipsa
ense salutatam et nutantis vertice coni:
nos procul. extremas sed quis deus egit in iras?
nil vestrae valuere preces? tibine iste negavit
oranti?' causas ac tristia reddere fata
coeperat Antigone; fidus comes admonet ambas:
'heia agite inceptum potius! iam sidera pallent
vicino turbata die, perferte laborem,
tempus erit lacrimis, accenso flebitis igni.'
haut procul Ismeni monstrabant murmura ripas,

---

408 *Serv.* Aen. 12, 156 Statius in matrum consolatione: accenso flebitis igne

---

388 At vultu≡ f   f[r]uuntur f[1]: feruuntur b   389 o modo Q[1]   390 rerarrant f   392 furtiv[i] B[1]   doloris ω: -ri P   394 sic C   396 cupiit P: cupiens ω   397 Antigone[n] B[1]   398 e LQCfb   sublimen PBLQDNb: -mem ω: -men[is] r: -men[em] v[2]: -mis ς   400 ille ω: illa P   402 sed ~~si~~ B[3]   403 nostrae f   valuere ω: placuere P   preces *ex* praeceps Q[1]   ista[e] M[1]   404 facta BNfbr   405 amonet B[1]: ammonet B[1] *mg.*   407 perferre[+te] f[2]   labore b   408 acce[n]so B[1]: acce[n]sso f[2]: si accenso *Bentleius male*   igni *Klotzius*: igne Pω   409 hismeni b   monstrabant ω: -bat P

qua turbatus adhuc et sanguine decolor ibat.
huc laceros artus socio conamine portant
invalidae, iungitque comes non fortior ulnas.
sic Hyperionium tepido Phaethonta sorores
fumantem lavere Pado; vixdum ille sepulcro
conditus, et flentes stabant ad flumina silvae.
ut sanies purgata vado membrisque reversus
mortis honos, ignem miserae post ultima quaerunt
oscula; sed gelidae circum exanimesque favillae
putribus in foveis, atque omnia busta quiescunt.
stabat adhuc seu forte rogus, seu numine divum,
cui torrere datum saevos Eteocleos artus,
sive locum monstris iterum Fortuna parabat,
seu dissensuros servaverat Eumenis ignes.
hic tenuem nigris etiamnum advivere lucem
roboribus pariter cupidae videre, simulque
flebile gavisae; nec adhuc, quae busta, repertum,
sed placidus quemcumque rogant mitisque supremi
admittat cineris consortem et misceat umbras.
    ecce iterum fratres: primos ut contigit artus
ignis edax, tremuere rogi et novus advena busto
pellitur; exundant diviso vertice flammae

---

410 Qui **f**: Quo **C** turbatus **P**ω: turpatus *Wakefieldus* 411 Hac *ex* Haud μ^1 413 Sic ubi perionium *ex* Sic hip- **L**^{1} tepido ω: trepido **P**: trepido **L**$^\sigma$ phaetonta **P**: phoecto **L**^{1}: phetonta **L**^{1}*mg.* 414 vixdum (ł cum *sscr.* **L**^{1}) ω: vix **PK** sepulchro **P** 415 stabant ad **P**ω: stant circum μ 418 exanim$\overset{e}{o}$sque **L**$^\sigma$ 419 *om.* **N**^{1}, *add.* **N**^{2} fov$\overset{i}{e}$s **B**^{1} b^{us}ta **L**$^\sigma$ (*in exemplari fuit* b. ta) 421 t$\overset{o}{=}$rrere (e) **Q** dudum **B**^{1}: datum **B**^{2} *mg.* 422 pararat **N** 423 *om.* **P**, *cf. Hermes 40 (1905) p. 356* dissensuros **SDNCbf**: dis=e=suros (*bis* s *eras.*) **B**: discensuros **L**: dis$\overset{s}{c}$ensuros **M**$^1\nu^2$: disce$\overset{s}{=}$suros (n) μ^1: discessuros **QK** 424 $\overset{H}{S}$ic **C**^{2} 427 quemcumque **P**: quicumque ω mitisque ω: -esque **P** 428 Admittat ω: -it **P** 429 fratris **C** 430 busto **PSLDN**: busti (*ex* bo- **B**) ω: bustis ς 431 diviso *ex* de- **B**^{3}

alternosque apices abrupta luce coruscant.
pallidus Eumenidum veluti commiserit ignis
Orcus, uterque minax globus et conatur uterque
longius; ipsae etiam commoto pondere paulum
secessere trabes. conclamat territa virgo:
'occidimus, functasque manu stimulavimus iras.
frater erat; quis enim accessus ferus hospitis umbrae
pelleret? en clipei fragmen semiustaque nosco
cingula, frater erat! cernisne, ut flamma recedat
concurratque tamen? vivunt odia inproba, vivunt.
nil actum bello; miseri, sic, dum arma movetis.
vicit nempe Creon! nusquam iam regna, quis ardor?
cui furitis? sedate minas; tuque exul ubique
semper inops aequi, iam cede: hoc nupta precatur,
hoc soror, aut saevos mediae veniemus in ignis.'
vix ea, cum subitus campos tremor altaque tecta
inpulit adiuvitque rogi discordis hiatus,
et vigilum turbata quies, quibus ipse malorum
fingebat simulacra sopor: ruit ilicet, omnem
prospectum lustrans armata indagine miles.
illos instantes senior timet unus; at ipsae
ante rogum saevique palam sprevisse Creontis

---

432 Alternaeque f adrupta b 433 cum miserit C ignes P (ł mixto) 434 Orcus *ex* A- C utrumque *μ* 435 commoto D: cum moto f: cum meo r (commoto) 437 fonctasque B[1] (v) stimulavimus *ex* tumul- L[1]: sti⁞mul- B 438 umbrae *ω*: -as P 439 semiustaque P: semustaque *ω*: semustaque *μ*[1] (i) 440 ut *om.* *μ* 441 *om.* P (*v. 440 columna finitur*) 442 arva Q[1] (ma) 443 Vincit r regna *ex* regia B[1] 444 seda⁞te (n) f manus C 445 inobs aequi iam BM: inobsequio iam Cf: inobsequa L[1] (i\\\) 446 mediae *om.* D ignes P 447 tremor obruit altaque N campos *ex* -us L[σ] 448 adiuvitque r (audivit) 449 turba f[1] (ta) 450 sopor (soror *ex* sopor, *dein hoc restitutum*) P[1] 452 ad P[1] (t) illae N 453 sprevisse f[2] (ł vere)

imperia et furtum claro clangore fatentur
securae, quippe omne vident fluxisse cadaver.
ambitur saeva de morte animosaque leti
spes furit: haec fratris rapuisse, haec coniugis artus
contendunt vicibusque probant: 'ego corpus', 'ego ignes',
'me pietas', 'me duxit amor'. deposcere saeva
supplicia et dextras iuvat insertare catenis.
nusquam illa alternis modo quae reverentia verbis,
iram odiumque putes; tantus discordat utrimque
clamor, et ad regem, qui deprendere, trahuntur.
  at procul Actaeis dextra iam Pallade muris
Iuno Phoroneas inducit praevia matres
attonitas, non ipsa minus, coetumque gementem
conciliat populis et fletibus addit honorem.
ipsa manu ramosque oleae vittasque precantis
tradit, et optenta submittere lumina palla
et praeferre docet vacuas sine manibus urnas.
omnis Erectheis effusa penatibus aetas
tecta viasque replent: unde hoc examen et una
tot miserae? necdum causas novere malorum,
iamque gemunt. dea conciliis se miscet utrisque

---

472 *Serv. Aen.* 2, 798 magnum est quod addidit 'vulgus'. sic Statius: unde hoc ... tot miserae

---

454 clangore **P**: plangore ω, *cf. 4, 796* 455 quippe *s. l.* **D** 456 Ambi^{gi}tur **r**: Ambigitur **DN**^{2} seu **N** animosa~~ta~~que **B**^{1} l^{o}aeti **B**^{1} 457 manes (ł artus) **r**: manes **b** 458 ~~et~~ ego **B**^{1} 460 ut dextras **b** iuvit (a) **M**^{1} inse~~c~~tare (r) **L**^{1} 462 tantum **Q** utrumque **b** 463 deprehendere **PB** trahuntur ł trahebant **N**^{2} μ^2: trahentum *coni. Postgatius male* 464 miris (v) **L**^{1} 465 Iono **b** praevia ω: premia **P**: previa *ex* premia **Q**^{1} 467 fletibus **P**: flentibus ω 468 ramos **f** vi(t)tasque **L**$^{\sigma}$ precantes **P** 469 obtecta **C** submittens **D** lumina ω: -ne **P** 470 proferre (ł prae) **L**^{1} ^{va}cuas **L**^{1} 471 Erechthaeis **ς** *Heinsius*: erictheis **P**: et acteis ω 472 examen *ex* -in **P**^{1} 474 consiliis **BLCf** se ω: sic **P**

cuncta docens, qua gente satae, quae funera plangant
quidve petant; variis nec non adfatibus ipsae
Ogygias leges inmansuetumque Creonta
multum et ubique fremunt. Geticae non plura queruntur
hospitibus tectis trunco sermone volucres,
cum duplices thalamos et inicum Terea clamant.
urbe fuit media nulli concessa potentum
ara deum, mitis posuit Clementia sedem,
et miseri fecere sacram; sine supplice numquam
illa novo, nulla damnavit vota repulsa.
auditi quicumque rogant, noctesque diesque
ire datum et solis numen placare querellis.
parca superstitio: non turea flamma, nec altus
accipitur sanguis: lacrimis altaria sudant,
maestarumque super libamina secta comarum
pendent et vestes mutata sorte relictae.
mite nemus circa, cultuque insigne verendo
vittatae laurus et supplicis arbor olivae.
nulla autem effigies, nulli commissa metallo
forma dei, mentes habitare et pectora gaudet.
semper habet trepidos, semper locus horret egenis
coetibus, ignotae tantum felicibus arae.
fama est, defensos acie post busta paterni

---

497 *Serv.* Aen. 8, 342 nepotes eius (*i. Herculis*) . . Athenis sibi primum asylum, hoc est templum misericordiae collocarunt,

---

475 plangunt **Nr** 479 Hospitibus (ƚ tii) ν^2: Hospitiis **N** 480 thalamos *s. l. add.* **D** tyraea **Q**: terrea **C**: tea (rea) **L**$^\sigma$ 481 nulli ω: nullis **P** 483 miseri ω: -ris **P** 484 nulla (ƚ numquam) **L**^{1} 486 et *om.* **P** 487 Parca (ƚ v) ν^2 tu≡rea (r) **Q** 489 secta **P**: serta (*ex* secta **L**$^\sigma$) ω: secta (ƚ serta) **B**^{1} 492 Vittattae **P**^{1}: Vittata **LMQfbr**: Vittata et **N** suplicis **B** 493 efigies (f) **f** 494 dei **P**ω: di **SKg** abitare **B** pectorade≡t (gau) **B**^{1} 495 abet (h) **B**^{1}: habet *s. l.* **N** orret **b** egenus (i) **P**^{1} 497 buta (s) **B**^{1}

numinis Herculeos sedem fundasse nepotes.
fama minor factis: ipsos nam credere dignum
caelicolas, tellus quibus hospita semper Athenae,
ceu leges hominemque novum ritusque sacrorum
seminaque in vacuas hinc descendentia terras,
sic sacrasse loco commune animantibus aegris
confugium, unde procul starent iraeque minaeque
regnaque, et a iustis Fortuna recederet aris.
iam tunc innummerae norant altaria gentes:
huc victi bellis patriaque a sede fugati,
regnorumque inopes scelerumque errore nocentes
conveniunt pacemque rogant; mox hospita sedes
vicit et Oedipodae Furias et funus † Olynthi
texit et a misero matrem submovit Oreste.
huc volgo monstrante locum manus anxia Lernae
deveniunt, cedunt miserorum turba priorum.
vix ibi, sedatis requierunt pectora curis:
ceu patrio super alta grues Aquilone fugatae

---

unde nullus posset abduci, quod etiam Statius dicit, ut: Herculeos fama est fundasse nepotes (*hinc Myth.* Vatic. 1, 60). *cf. Serv.* Aen. 2, 761 primo autem apud Athenienses statutum est (*asylum*) ab Herculis filiis, .. sicut docet in duodecimo Statius.

---

500 Cael^i^colas **P**[1] 501—819 *in* **M** *additi manu recenti, cuius lectiones abieci* 501 homin^v^emque **Q**[2]: hominem r novum (novas) **Q**[2] rit^v^esque **L**[1] 505 aris (illis) **N**[2] 507 patriaeque **C**: aeque (a) f[2] a **P**: ab **ν**: e (*eras. in* **B**) **ω**: *om.* **L** 508 error^e^ **P**[1] 509 aspita b 510 olynthi **Pω**; *Olynthus quis sit, nescio, sed qui oppidum dictum putent, errant.* funusque Coloni *Imhofius*; et funus Onitae tersit *Unger 1868 p. 162 sq.* 511 oreste *ex* oriste **C** 512 Huc **P**: Hunc **ω**: Hunc (Hac) **D** volgo **B**: vulgo **P**: fulgo r manus anxia lernae *haesitante calamo scr.* **P**[1] 513 Dum (ł De) veniunt **ν**[2] cedunt *Kohlmannus*: caedunt **P**: c(a)edit **ω** parentum (ł priorum) **L**[1] 514 *recte distinxit Barthius* 515 dic^v^ntur **L**[1]

cum videre Pharon; tunc aethera latius inplent,
tunc hilari clangore sonant; iuvat orbe sereno
contempsisse nives et frigora solvere Nilo.
iamque domos patrias Scythicae post aspera gentis
proelia laurigero subeuntem Thesea curru
laetifici plausus missusque ad sidera vulgi
clamor et emeritis hilaris tuba nuntiat armis.
ante ducem spolia et, duri Mavortis imago,
virginei currus cumulataque fercula cristis
et tristes ducuntur equi truncaeque bipennes,
quis nemora et solidam Maeotida caedere suetae,
corytique leves portantur et ignea gemmis
cingula et informes dominarum sanguine peltae.
ipsae autem nondum trepidae sexumve fatentur,
nec vulgare gemunt aspernanturque precari,
et tantum innuptae quaerunt delubra Minervae.
primus amor niveis victorem cernere vectum
quadriiugis; nec non populos in semet agebat
Hippolyte, iam blanda genas patiensque mariti
foederis. hanc patriae ritus fregisse severos
Atthides oblique secum mirantur operto
murmure, quod nitidi crines, quod pectora palla
tota latent, magnis quod barbara semet Athenis
misceat atque hosti veniat paritura marito.

---

539 *Prisc.* GL II 501, 7 Statius tamen in XII Thebaidos participio futuri addidit i: misceat . . paritura marito

---

517 iuvat ω: iubat **P** orbe ω: ore **P** 519 domos ω: domus **P** patriae ν 520 cursu **BQ** 522 hilaris *ex* -es $\mathbf{P}^1$ 523 diri μ 524 crustis (ǂ cris *supra*) ν^2 525 trestes **b** truncesque **C** 527 Çoritiique **P**: Goritique **f**: Gor- (c *supra*) $\mathbf{Q}^1$ 528 infertes (ormes *supra*) $\mathbf{C}^2$ 529 sexumve ω: sexuque **PQ** 530—539 *om.* **S** 531 Et tunc **N** 532 vectum ω: victum **P** 536 Alchides $\mathbf{P}^1$: ǂ attides $\mathbf{P}^1$ *mg.* aperto **Lf**: aperto (ǂ o *supra*) ν^2 538 barbara *s. l.* $\mathbf{L}^{\sigma}$ 539 paritura ω *Prisc.*: placitura **P**, *cf. Hermes 40 (1905) p. 342*

paulum et ab insessis maestae Pelopeides aris
promovere gradum seriemque et dona triumphi
mirantur, victique animo rediere mariti.
atque ubi tardavit currus et ab axe superbo
explorat causas victor poscitque benigna
aure preces, ausa ante alias Capaneia coniunx:
'belliger Aegide, subitae cui maxima laudis
semina de nostris aperit Fortuna ruinis,
non externa genus, dirae nec conscia noxae
turba sumus: domus Argos erat regesque mariti,
non utinam et fortes! quid enim septena movere
castra et Agenoreos opus emendare penates?
nec querimur caesos: haec bellica iura vicesque
armorum; sed non Siculis exorta sub antris
monstra nec Ossaei bello cecidere bimembres.
mitto genus clarosque patres: hominum, inclyte Theseu,
sanguis erant, homines, eademque in sidera, eosdem
sortitus animarum alimentaque vestra creati,
quos vetat igne Creon Stygiaeque a limine portae,
ceu sator Eumenidum aut Lethaei portitor amnis,
submovet ac dubio caelique Erebique sub axe
detinet. heu princeps Natura! ubi numina, ubi illest
fulminis iniusti iaculator? ubi estis, Athenae?

---

540 insesis (s *suprascr.*) f^2: infessis $r\mu\nu^1$ 543 ubi ω: ibi **PQf** 544 benigna Aure **P**ω: -no ore *Baehrens male* 545 capanei (a *suprascr.*) f^1 546 aegide ω: -des **P** laudis ω: -des **P** 547 Semina **P**ω: limina *Imhofius* monstris **C** 549 domos (u *suprascr.*) f^2 argos ω: -us **P** 550 movere ω: moveri **P** 551 emendare (ł enarrare *suprascr.*) f^2: emandare r: amandare *Heinsius* penates (ł nepotes *suprascr.*) ν^2 552 quaerimur P^1 554 assaei b 555 glarosque (c *suprascr.*) P^1 theseu ω: these **PS** 556 Sanguine f erant **P**ω: erat **BQb** omnes ν^1 (ł homines ν^2 *mg.*): omnis b 558 vetat **P**ω: ł fugat P^1 *mg. quod probat Owenus*; vetat *interpretor*: *vetando arcet* e limine **C** 559 letei **P** 560 hac b haeribique b 561 illest **P**: ille ω 562 iniusti (invicti *suprascr.*) r athanae **B**

septima iam surgens trepidis Aurora iacentes
aversatur equis; radios declinat et horret
stelligeri iubar omne poli; iam comminus ipsae
pabula dira ferae campumque odere volucres
spirantem tabo et caelum ventosque gravantem.
quantum etenim superesse rear? nuda ossa putremque
verrere permittat saniem. properate, verendi
Cecropidae; vos ista decet vindicta, priusquam
Emathii Thracesque dolent, quaeque extat ubique
gens arsura rogis manesque habitura supremos.
nam quis erit saevire modus? bellavimus, esto;
sed cecidere odia et tristes mors obruit iras.
tu quoque, ut egregios fama cognovimus actus,
non trucibus monstris Sinin infandumque dedisti
Cercyona, et saevum velles Scirona crematum.
credo et Amazoniis Tanain fumasse sepulcris,
unde haec arma refers, sed et hunc dignare triumphum.
da terris unum caeloque Ereboque laborem,
si patrium Marathona metu, si tecta levasti
Cressia, nec fudit vanos anus hospita fletus.

---

564 Aversatur (-ter (v *supra*) **L**^{1}) *ω*: -tor **P** radios (hi *supra*) **ν**^{2} orret **b** 565 iamque eminus ς *Barthius*; comminus *est*: *ubi accesserunt* 566 Pabula *ex* Fa- **C**^{1}: Papula **B** forae (e *supra*) **Q**^{1} odore (e *supra*) **B** 568 reor **Q** putremque *ω*: -esque **P** 569 Verrere (*ex* Vertere **K**) **PBKCbr**: Verrere **Q**: V...rere *μ*: Verere **f**: Urere **LDNν**: Vertere **S** permittat *ω*: -ant **Pb** 571 adolent *Baehrens* 572 Gens *ex* C- **P** arsura *ω*: ausura **P** 573 modas (u *supra*) **f**^{1} bellaminus (vimus *supra*) **r** 575—819 *in* **D** *prae madore vix leguntur* 576 sinin *ω*: sin **P**: *om.* **L**^{1}**B**^{1}: sinonem (-em *in ras.* *μ*) **B**^{2}**L**^{2}**Cb***μ*: sinon **K**^{1}**f**: sicion **K**^{2}: sinon (r *supra*) **Q**^{1}: si n̄ ē **ν**^{1} (sinonem **ν**^{2} *mg.*): sinon est **r**: sinone **N**: busirim **B**^{3} 577 Cercyona (Ceci- **K**: Geri- **f**: Gerri- **C**: Certi- **br**) *ω*: Cergyon **P** sc(h)irona *ω*: cirona **P**: chirona **f** 578 et *om.* **L** amazonis (i *supra*) **P**^{1} sepulchris **P** 579 arma *om.* **f**: dona **f**^{2} *inter versus* huc (n *supra*) **f**^{2} 580 hereboque **b** 581 patrium (o *supra*) **Q**^{2}: patrum (i *supra*) **f**^{1}: patrum **L** se **b** 582 Gressia **P**: Cresia **BC**: Cre...sia *μ*

sic tibi non ullae socia sine Pallade pugnae,
nec sacer invideat paribus Tirynthius actis,
semper et in curru, semper te mater ovantem
cernat, et invictae nil tale precentur Athenae.'
dixerat; excipiunt cunctae tenduntque precantis
cum clamore manus; rubuit Neptunius heros
permotus lacrimis; iusta mox concitus ira
exclamat: 'quaenam ista novos induxit Erinys
regnorum mores? non haec ego pectora liqui
Graiorum abscedens, Scythiam Pontumque nivalem
cum peterem; novus unde furor? victumne putasti
Thesea, dire Creon? adsum, nec sanguine fessum
crede; sitit meritos etiamnum haec hasta cruores.
nulla mora est; verte hunc adeo, fidissime Phegeu,
cornipedem, et Tyrias invectus protinus arces
aut Danais edice rogos aut proelia Thebis.'
sic ait oblitus bellique viaeque laborum,
hortaturque suos viresque instaurat anhelas:
ut modo conubiis taurus saltuque recepto
cum posuit pugnas, alio si forte remugit
bellatore nemus, quamquam ora et colla cruento
imbre madent, novos arma parat campumque lacessens
dissimulat gemitus et vulnera pulvere celat.

---

583 Si[illegible] f pallade *ω*: -da **P** 584 acer f tyrinthius **P** 587 precantes **P** 588 neptuniis (v *supra*) **B**[1] 589 iusta *ω*: iuxta **PL**: iuxta (s *supra*) rν^2 concitus (-tit- (c *supra*) f[2]) *ω*: conditus **P** 590 Exclamant f[1] 593 unde (i- (v *supra*) f[2]) *ω*: uni **P** victumve **B** putasti *ω*: -tetis **P** 595 meritis (o *supra*) **L**[1] etiamnum *ω*: nunc **P** asta **B**: asta **L**$^{\sigma}$ 596 hunc f[2]: hinc **Q**: huc **NC** pegeu (h *supra*) **B**[1]**Q**[2]: pegeu **LKNb** 597 invectus *ω*: invictus **P**[1] 598 edice *ω*: -co **P** 600 anhelas (hanelas (h *supra*) **B**[1]: hanelas **Q**) *ω*: -es **P** 602 Cum posuit *ω*: Composuit (*ex* Cum p- **L**$^{\sigma}$) **PLNCbrg**μ remuit **L** 603 ora *ω*: mora **P** 604 mandent f[1] lacescens f 605 pulvere vulnera **Q**

ipsa metus Libycos servatricemque Medusam
pectoris incussa movit Tritonia parma.
protinus erecti toto simul agmine Thebas
respexere angues; necdum Atticus ire parabat
miles, et infelix expavit classica Dirce.
   continuo in pugnas haut solum accensa iuventus,
qui modo Caucasei comites rediere triumphi:
omnis ad arma rudes ager extimulavit alumnos.
conveniunt ultroque ducis vexilla secuntur,
qui gelidum Braurona viri, qui rura lacessunt
Monychia et trepidis stabilem Piraeea nautis
et nondum Eoo clarum Marathona triumpho.
mittit in arma manus gentilibus hospita divis
Icarii Celeique domus viridesque Melaenae,
dives et Aegaleos nemorum Parnesque benignus
vitibus et pinguis melior Lycabessos olivae.
venit atrox Alaeus et olentis arator Hymetti,
quaeque rudes thyrsos hederis vestistis, Acharnae.
linquitur Eois longe speculabile proris
Sunion, unde vagi casurum in nomina ponti

---

607 tritonici (supra: tritonia) f^1 incissa (supra: v) L^{σ}: incussam r   610 dircae P^1 611 Conti[?]no (supra: u) f^1 haud *ex* aut B^1: aut b   sola br   612 caucasei (supra: c) B^1: causa sui (supra: c, e) ν^2: causaei r   613 Omnis *ex* -es P^1 615 gelidum PN: -am ω   616 Monychia P: Monicya B: Monycia LKQCfb: Monycia μ ν^2: Munitia N: Monicha S   et trepidis ω: etre- P   piraeea Bf^1: pidea P: pireia f^2 *mg.* ω: piraea Q   617 claram C   morothona (*ex* -no L^{σ}) L   618 mares (supra: viros) f^2 gentilibus P: genial- ω   obsita C   619 Icarei P: -ro b   domus ω: -os P: -os (supra: v) ν^1 viridisque *ex* -des- f   melecie (supra: n) ν^2: meletitiae r: malenae C: melaennae b: milene μ   620 aegaleos ω: aegeos P   621 pinguis P: -i ω   lycabesos BLCfbrμ   olivae Pω *recte*   622 alaeus b *Meursius*: alecus P: al[?]eas (supra: u) B^1: aleus ω: alaeos r: alceus ν: aoleus μ   hymetti f^2: -eti LCbrμ   623 Quique N^1 ederis P   vestistis P: -itis ω   acharnae ω: achernae PQf: acernae C: arcanae b   624 speculabile *ex* -vile P^1 625 gravi (supra: vagi) B^3

Cressia decepit falso ratis Aegea velo.
hos Salamin populos, illos Cerealis Eleusin
horrida suspensis ad proelia misit aratris,
et quos Callirhoe noviens errantibus undis
implicat, et raptae qui conscius Orithyiae
celavit ripis Geticos Elisos amores.
ipse quoque in pugnas vacuatur collis, ubi ingens
lis superum, dubiis donec nova surgeret arbor
rupibus et longa refugum mare frangeret umbra.
isset et Arctoas Cadmea ad moenia ducens
Hippolyte turmas: retinet iam certa tumentis
spes uteri, coniunxque rogat dimittere curas
Martis et emeritas thalamo sacrare pharetras.
  hos ubi velle acies et dulci gliscere ferro
dux videt, utque piis raptim dent oscula natis
amplexusque breves, curru sic fatur ab alto:
'terrarum leges et mundi foedera mecum
defensura cohors, dignas insumite mentes
coeptibus: hac omnem divumque hominumque favorem
Naturamque ducem coetusque silentis Averni

---

626 Cresia **Cf**: Croesia **b** ratis (r- *in ras.*) **Q**^{1} 627 salamin **P**: -$\overset{s}{\text{ir}}$ **B**^{1}: -is ω: -$\overset{s}{\text{i}}$≡ ν^2: saiamis **f**^{2} *in ras.*: solamis **b** retrealis **L** 628 Hos rida **L** atyrix **r** 629 quas **r** callirbe *ex* -roe **L**^{1} (b ~ h) noviens **P**^{c}: -es ω 630 $\overset{a}{\text{ruptae}}$ **f**^{r} ori≡thiae **B**: orythiae **K**: orithyriae **b** 631 Calavit **f** $\overset{v}{\text{elisos}}$ **P**^{1}: elissos **B**^{1}: elisos **fbr**μ: elissos ω (*cf. 8, 766*) 633 dubius **C** 634 umbra (*in ras.* **f**$^1\mu^2$) **PNf**μ: unda ω: $\overset{\text{ł mbra}}{\text{unda}}$ ν^2 635 cadmea ω: -meia **PQ** $\overset{\text{cens}}{\text{du≡}}$ **Q**^{2} 637 rogat $\overset{\text{cr}}{\text{et}}$ **P**^{1} 638 salvare ν^2 639 aceas **r** 640 plus *ex* prius (?) **L**^{1} raptim ω: -is **P** $\overset{a}{\text{dent}}$ **f**^{2} 642 foedera *ex* -rae **P**^{1} 643 cohors **P**: manus ω insumite ω: cons- **PC**: ass- *Burmannus* mentes ω: amantes **P** 644 Coeptibus ω: $\overset{p}{\text{Cetibus}}$ **P**: Cetibus **L**$^\sigma$: Coeptibus **Q**^{2}: Coeptis **f**: Ceptis (-s *in ras.*) μ hominumque *om.* **Q** hic *Wilkinsius* (*debebat saltem* hinc) 645 coetusque ω: coetibusque **P**

stare palam est; illic Poenarum exercita Thebis
agmina et anguicomae ducunt vexilla sorores.
ite alacres tantaeque, precor, confidite causae.'
dixit, et emissa praeceps iter inchoat hasta:
qualis Hyperboreos ubi nubilus institit axes
Iuppiter et prima tremefecit sidera bruma,
rumpitur Aeolia et longam indignata quietem
tollit hiemps animos ventosaque sibilat Arctos;
tunc montes undaeque fremunt, tunc proelia caecis
nubibus et tonitrus insanaque fulmina gaudent.

icta gemit tellus, virides gravis ungula campos
mutat, et innumeris peditumque equitumque catervis
expirat protritus ager, nec pulvere crasso
armorum lux victa perit, sed in aethera longum
frangitur, et mediis ardent in nubibus hastae.
noctem adeo placidasque operi iunxere tenebras,
certamenque inmane viris, quo concita tendant
agmina, quis visas proclamet ab aggere Thebas,
cuius in Ogygio stet princeps lancea muro.
at procul ingenti Neptunius agmina Theseus
angustat clipeo, propriaeque exordia laudis
centum urbes umbone gerit centenaque Cretae
moenia, seque ipsum monstrosi ambagibus antri
hispida torquentem luctantis colla iuvenci
alternasque manus circum et nodosa ligantem
bracchia et abducto vitantem cornua vultu.

---

646 illac **f** 647 ducunt **P**: -ent (ed- **K**) *ω* 648 ^{a}lacres **B**^{1} confid^{it}[illegible]e (er) **Q**^{1} 650 hiperboreos *ex* -vo- **P**^{1} nubil^{v}is **Q**^{1}: nubibus **f** axes *ω*: axe **P** 652 indigna **b** 653 iemps **L** 654 caecis **P**: caesis *ω*: quassis *Kochius 1865 p. 13* tum proelia caesis *add.* **N**^{2} 656 *hoc versu finitur* **f** *sine subscr.* 657 Mutat et **P***ω*: Atterit **N** *prius* -que *om.* **PL** 658 grasso **P** 659 haethera **B** 662 immane **P** qu^{o}i **B**^{1}: cui *Sandstroemius 1878 p. 60* tendant *ω*: -unt **P** 664 ingygio **b** ste^{t} **P**^{1} 666 exordia *ω*: -dine **P** 667 centenaque *ω*: -tan- **P** 671 abducto *ω*: ob- **P** vultu *ω*: luctu **P**

terror habet populos, cum saeptus imagine torva
ingreditur pugnas: bis Thesea bisque cruentas
caede videre manus; veteres reminiscitur actus
ipse tuens sociumque gregem metuendaque quondam
limina, et absumpto pallentem Gnosida filo.
saevus at interea ferro pos terga revinctas
Antigonen viduamque Creon Adrastida leto
admovet; ambae hilares et mortis amore superbae
ensibus intentant iugulos regemque cruentum
destituunt: cum dicta ferens Theseia Phegeus
adstitit. ille quidem ramis insontis olivae
pacificus, sed bella ciet bellumque minatur,
grande fremens, nimiumque memor mandantis et ipsum
iam prope, iam medios operire cohortibus agros
ingeminans. stetit ambiguo Thebanus in aestu
curarum, nutantque minae et prior ira tepescit.
tunc firmat sese, fictumque ac triste renidens:
'parvane prostratis' inquit, 'documenta Mycenis
sanximus? en iterum, qui moenia nostra lacessant.
accipimus, veniant; sed ne post bella querantur:
lex eadem victis.' dicit; sed pulvere crasso
caligare diem et Tyrios iuga perdere montes
aspicit; armari populos tamen armaque ferri
ipse iubet pallens, mediaeque in sedibus aulae
Eumenidas subitas flentemque Menoecea cernit
turbidus inpositosque rogis gaudere Pelasgos.
quis fuit ille dies? tanto cum sanguine Thebis

---

672 imagine torva **ω**: in agmine torvo **P** 676 adsumpto **N b r ς** gnosida **ω**: gnosia **P** 677 Saevius **Q** fe^r^ro **P**[1] post terga **P** revinctos **r** 683 minantur **P**[1] 684 athlantis (ł mandantis) **L**$^{\sigma}$: mandatis **b** et ipsum *om.* **P** 685 agr^o^is **Q**[1] 687 nutamque **b** 688 firmat *ex* -et **Q**[1] 689 documenta (ł documenta) **L**$^{\sigma}$ (*sic*) 691 *om.* **N**[1], *add.* **N**[2] *mg.* 693 et tirios *in* **N** *eras.*: tirios **N**[2] *mg.* 694 populus *Sandstroemius 1878 p. 61* 697 gaudere **Pω**: ardere *Schrader* 698 iste **μ** tantos **P**^{c}

pax inventa perit? patriis modo fixa revellunt
arma deis, clipeisque obducunt pectora fractis,
et galeas humiles et adhuc sordentia tabo
spicula: non pharetris quisquam, non ense decorus,
non spectandus equo; cessat fiducia valli,
murorum patet omne latus, munimina portae
exposcunt: prior hostis habet; fastigia desunt:
deiecit Capaneus; exanguis et aegra iuventus
iam nec coniugibus suprema nec oscula natis
iungit, et attoniti nil optavere parentes.
  Atticus interea, iubar ut clarescere ruptis
nubibus et solem primis aspexit in armis,
desilit in campum, qui subter moenia nudos
adservat manes, dirisque vaporibus aegrum
aera pulverea penitus sub casside ducens
ingemit et iustas belli flammatur in iras.
hunc saltem miseris ductor Thebanus honorem
largitus Danais, quod non super ipsa iacentum
corpora belligeras acies Martemque secundum
miscuit, aut lacera ne quid de strage nefandus
perderet, eligitur saevos potura cruores
terra rudis. iamque alternas in proelia gentes
dissimilis Bellona ciet; non clamor utrimque,
non utrimque tubae: stat debilis altera pubes
submissos enses nequiquam amentaque dextris
laxa tenens; cedunt tellure, armisque reductis

---

702 Corpora **C** 703 cessit (a *supra* i) **C**[2] belli **C** 704 munimina (-ni- *ex* -m- **P**[1]) **P** ω 705 hostis *ex* -es **P**[1]: *om.* r (h)abet **B**[1] 706 exanguis *ex* -es **P**[1] 707 Iam nunc μ 708 attonitis **QCr** μ simul expavere **B**[1]: nil optavere **B**[1] *mg.* 709 interea *Kohlmannus*: interea contra **P**: at contra ω 711 nọdos (v *supra* o) **L**[1] 716—775 *folio inserto suppl.* **Q**[r] 716 Largitus **P**: -tur ω qui μ^2 718 aut **P** ω (*quod explicat Imhofius*): (h)aut **K**: ạụt (ł an *supra*) **g**: ut ν^2: at ς *Grotius*: an *Sandstroemius 1878 p. 60* nefandus ω: -dos **P** 720 rudis ω: -des **P** 721 Dissimiles **P** 723 Summissos **P** enses *om.* **P** *sine lac.* 724 aquile **B**[1]: tellure **B**[1] *mg.*

ostentant veteres etiamnum in sanguine plagas.
iam nec Cecropiis idem ductoribus ardor,
languescuntque minae et virtus secura residit:
ventorum velut ira minor, nisi silva furentes
inpedit, insanique tacent sine litore fluctus.
ut vero aequoreus quercum Marathonida Theseus
extulit, erectae cuius crudelis in hostes
umbra cadit campumque trucem lux cuspidis implet:
ceu pater Edonos Haemi de vertice Mavors
inpulerit currus, rapido mortemque fugamque
axe vehens, sic exanimis in terga reducit
pallor Agenoridas; taedet fugientibus uti
Thesea, nec facilem dignatur dextra cruorem.
cetera plebeio desaevit sanguine virtus.
sic iuvat exanimis proiectaque praeda canesque
degeneresque lupos: magnos alit ira leones.
attamen Olenium Lamyrumque, hunc tela pharetra
promentem, hunc saevi tollentem pondera saxi
deicit, et triplici confisos robore gentis
Alcetidas fratres, totidem quos eminus hastis
continuat; ferrum consumpsit pectore Phyleus,
ore momordit Helops, umero transmisit Iapyx.
iamque et quadriiugo celsum petit Haemona curru,
horrendumque manu telum rotat: ille paventis
obliquavit equos; longo perlata tenore

---

725 Ostendunt **N** in *om.* **B** 726 caecropeis **P** idem ω: isdem **P** 727 residit **PBbr**$\mu\nu$: resedit (*ex* residit **L**$^{\sigma}$) ω 729 iacent ς *Baehrens* 731 cuius **L**[1] (ł cui) 733 Edonos ς *vulgo*: edonios **P**ω: edon‗os **b**: edomios ν: edomitos **SLN**, *cf.* *5, 78* 735 exanimes *ex* -is **B** 737 digna‗tur **b** dextra cruorem *in ras.* μ^2 738 *om.* μ^1, *add.* μ^2 *mg.* 740 Degeneresque *ex* -isque **L**$^{\sigma}$ leones ω: -is **P** 741 lamyrumque **P**: thamirumque **BLBbr**μ: -rimque **N**ν: tam‗irumque **K** 743 Deicit (*prius* i *ex* e **P**[1]) **P**ω: Deiecit **L**$^{\sigma}$ 744 Alcetidas **Pbr**ν: Alcepidas ω: Alceidas **N** totidemque **C** astis **L**: hastis *ex* ho- **C**[1] 745 pyleus **B** 746 hiapix **P** 748 paventes **P**

transiit hasta duos, sitiebat vulnera nec non
tertia, sed medio cuspis temone retenta est.
  sed solum votis, solum clamore tremendo
omnibus in turmis optat vocitatque Creonta.
atque hunc diversa bellorum in fronte maniplos
hortantem dictis frustraque extrema minantem
conspicit; abscedunt comites: sed Thesea iussi
linquebant fretique deis atque ipsius armis;
ille tenet revocatque suos; utque aequa notavit
hinc atque hinc odia, extrema se colligit ira,
iam letale furens, atque audax morte futura:
'non cum peltiferis' ait, 'haec tibi pugna puellis,
virgineas ne crede manus: hic cruda virorum
proelia, nos magnum qui Tydea quique furentem
Hippomedonta neci Capaneaque misimus umbris
pectora. quae bellum praeceps amentia suasit,
inprobe? nonne vides, quos ulciscare, iacentis?'
sic ait, et frustra periturum missile summo
adfixit clipeo. risit vocesque manumque
horridus Aegides, ferrataque arbore magnos
molitur iactus, nec non prius ore superbo
intonat: 'Argolici, quibus haec datur hostia, manes,
pandite Tartareum chaos ultricesque parate
Eumenidas, venit ecce Creon!' sic fatus, et auras
dissipat hasta tremens; tunc qua subtemine duro

---

751 cuspi[s] P[1] 752 tremendo ς *Heinsius*: premendo P: frem- ω 753 t[v]ermis L[1] vocitatque P: -que vocatque (vocatque *in ras.* L[1]) ω creonta *ex* cruenta B[1] 756 sed P: et ω 760 f[u]erens b[1] atque (*om.* r) ω: autque P 761 plebiferis [peltiferis] b[1]: plebiferis r regna C 762 nec [c]rede b[1]: non crede r 765 [de]amencia L[σ]: am- *ex* dem- b[1]: [d]sem- r: dem- C 766 iacentes P 768 Adfixit ω: Adfli- P manumque ω: -usque P: -ūsque g 769 arbore ω: ab arbore P 773 fa≡tus b 774 subtemine ω: -tegm- PB[1]SLCbν (*cf.* *4, 174. 7, 656* -tem- PL[1]: -tegm- ω; *Verg. Aen. 3, 483* subtemine P: -tegm- M: -tegm- G *Serv.*)

multiplicem tenues iterant thoraca catenae,
incidit: emicuit per mille foramina sanguis
impius; ille oculis extremo errore solutis
labitur. adsistit Theseus gravis armaque tollens:
'iamne dare extinctis iustos' ait, 'hostibus ignes,
iam victos operire placet? vade atra dature
supplicia extremique tamen secure sepulcri.'
  accedunt utrimque pio vexilla tumultu
permiscentque manus; medio iam foedera bello,
iamque hospes Theseus; orant succedere muris
dignarique domos. nec tecta hostilia victor
aspernatus init; gaudent matresque nurusque
Ogygiae, qualis thyrso bellante subactus
mollia laudabat iam marcidus orgia Ganges.
ecce per adversas Dircaei verticis umbras
femineus quatit astra fragor, matresque Pelasgae
decurrunt: quales Bacchea ad bella vocatae
thyiades amentes, magnum quas poscere credas
aut fecisse nefas; gaudent lamenta novaeque
exultant lacrimae; rapit huc, rapit impetus illuc,
Thesea magnanimum quaerant prius, anne Creonta,
anne suos: vidui ducunt ad corpora luctus.
  non ego, centena si quis mea pectora laxet
voce deus, tot busta simul vulgique ducumque,
tot pariter gemitus dignis conatibus aequem:
turbine quo sese caris impleverit audax

---

775 cathenae **P** 777 Impetus **C** 780 vict^{o}is **b**^{1} operire *ω*: ap- **P** 781 sepulchri **P** 782 Accedunt *ω*: -cend- **P** 784 succ^{de}ere **P**^{1}: succed^{e}re **B**^{1} 786 ≣abit **b**: abit r m^{a}utresque **Q**^{1} 787 quales **P** subact^{v}is **Q** 788 ganges *ω*: -tes **P**: -des **S**^{1} 791 Decur^{runt}rit **L**^{1} (*natum ex* -r̄?) 792 Thyiades **BL** *Weber*: Thyades **P***ω*, *cf. 5, 92. 9, 794* 796 vidui *ex* vului **C**: vidue *ex* -i μ^2 ducant *ex* -unt μ^2 797 laxet *ex* -at μ^1 800 impleverit **P**: instraverit (-a^{i}t **Q**^{1}) *ω*

ignibus Euhadne fulmenque in pectore magno
quaesierit; quo more iacens super oscula saevi
corporis infelix excuset Tydea coniunx;
ut saevos narret vigiles Argia sorori;
Arcada quo planctu genetrix Erymanthia clamet,
Arcada, consumpto servantem sanguine vultus,
Arcada, quem geminae pariter flevere cohortes.
vix novus ista furor veniensque inplesset Apollo,
et mea iam longo meruit ratis aequore portum.
durabisne procul dominoque legere superstes,
o mihi bissenos multum vigilata per annos
Thebai? iam certe praesens tibi Fama benignum
stravit iter coepitque novam monstrare futuris.
iam te magnanimus dignatur noscere Caesar,
Itala iam studio discit memoratque iuventus.
vive, precor; nec tu divinam Aeneida tempta,
sed longe sequere et vestigia semper adora.
mox, tibi si quis adhuc praetendit nubila livor,
occidet, et meriti post me referentur honores.

---

811 *Prisc.* GL II 331, 8 (*propter vocativum* Thebai) Statius in XII Thebaidos: o mihi bissenos longum vigilata per annos Thebai 816 *Prisc.* GL II 67, 20 *Vergilium* Statius quoque secutus in fine Thebaidos ponit: vive .. tempta

---

801 Ignibus ω: Ictibus **P** euha≡tne **B**: euhaudne **QL**: euathne **b** fulmen ω: fumen **P** in *om.* **P** 803 tyde^{a} **P**^{c} 804 Et **Cr** 805 *post* 807 **P**, *sed additis notis* ⸓ **P**^{1} *ordinem restituit* clamet ω: -at **P**: -at (e *supra*) **B**^{1}**Q**^{2} 806 *om.* **L**^{1}μ^{1}, *add. mg.* **L**^{1}μ^{2} 807 *om.* ν^{1}, *add inter lin.* ν^{2} sorores (coortes *supra*) **C**^{2} 808 iste *ex* -a **Q**^{1} 809 longa (o *supra*) **B**^{1} portum *ex* pontum **C** 810 Duravisne **P** 811 multum **P**ω: longum *Prisc.* 812 Thebais **BC**μ: -ai≡ **Q** 813 novam (v *supra*) **B**^{1}: -am *ex* -um **L**^{1} 814 dignater (v *supra*) **L**^{1} 815 iamiam **P**^{1} te discit studio **C** 816 divanam (i *supra*) **Q**^{2} 817 adhora **B**^{3} 818 ad hunc **P** praetendet **Cr** libor **P** 819 et emeriti **P**^{1}: et meritis **S** referentur ω: -untur **P** *post* 819 STA · POETAE THE|BAIDORVM · LIBRI · XII · | EXPLICIVNT * | INCIP · ACHILL · LIB · PRIM; **P**

APPENDIX

STATI THEBAIDOS ARGVMENTA ANTIQVA*)

LIBRI PRIMI ARGVMENTVM

deest

LIBRI SECVNDI ARGVMENTVM

at Maia genitus superas remeabat ad auras,
excitusque Erebo iam saevus Laius ibat,
Tiresiae vultum in somnis mentitus et ora.
armari in fratrem dirum Eteoclea perurguet
perfossumque senis iugulum faciemque recludit.
moxque suas thalamis natas sociavit Adrastus
Deipylen Tydei, Argian Polynicis amati.
sed cupidus regni fortem Cadmeius heros
Tydea legatum mittit, qui foedera fratrem
posceret imperii. ille suae non inmemor irae
quinquaginta viros legatum obsidere iussit.
quos stravit telis victor patriamque revisit.

4 etheocla **Mf**ν

LIBRI TERTII ARGVMENTVM

perfidus interea missorum sera virorum
tempora dum queritur, dum spectat colla recisa
Tydeos invisi, tunc unus tanta ex caede relictus

2 spectat *i. exspectat* 3 *heptametrum varie emendare studuere librarii*: tunc unus tanta ex caede (ex caede tanta μ) relictus (-tis r) **BCr**μ: ~~tunc unus~~ tanta $\overset{de}{ex}$ caede relictus ν^2: tunc unus ex caede relictus **S**: tunc tanta ex caede relictus (ex cedere dictis **L**) **LMf**

*) cf. Archiv für latein. Lexikographie 15 (1907) p. 261—274.

advenit Haemonides, sociorum funera pandens.
Iuppiter hinc Martem stimulis flammavit amaris,
spargeret ut Thebis Argisque incendia belli.
at Venus Harmoniam memorat Thebasque tuetur.
tunc duo gliscentis pugnae praesagia vates
explorant divos cernuntque instare futuras
crudelis populo strages, sed dicere mussant.
hic ferus insistit Capaneus bellumque lacessit
vociferans spernitque deos sociosque fatigat.

5 hic **LMf** amaris **C**μν: avaris (-as **L**) ω 6 ut ω: in **f**ν 7 gliscentis (cli- **f**: di- **M**) **Mf**μ: gliscentes (di- **L**) **L**ν: clissentis (clise- **r**) **BCr**: diserti **S** praesagiae **B** 11 capanem **C** 12 spernuntque **C**

LIBRI QVARTI ARGVMENTVM

mox septem Bellona viros in proelia cogit.
primus init bellum maestus longaevus Adrastus,
itque gener fulgens patriis Dircaeus in armis.
inde ferox animi Tydeus iam saevit in hostes.
Herculeam Hippomedon pubem movet inclitus armis
et Capaneus atrox Thebas excindere quaerit.
Amphiaraum prodit coniunx iam perfida vatem.
Parthenopaeus init trepida genetrice maniplos.
at contra Eteocles Thebanos instruit omnes.
nec non Tiresias infernas consulit umbras,
Argivisque sitim Bacchus molitur et aestus.
Hypsipyle monstrat lymphas Langiae perennes.

3 Itque *ex* Itaque $\mathbf{L}^1$: Inde (*e v.* 4) ν: Iamque **C** 4 Iamque **C** 8 $\overset{\text{in}}{\text{subit}}$ ν^1: irat μ 11 sitim *om.* **S** 12 langiae **BLr**: langia ω (*vocativum intellegit* **f**)

LIBRI QVINTI ARGVMENTVM

postquam pulsa sitis membraque levata fluentis,
Inachidae iuvenes, ante omnes mitis Adrastus

1 membraque levata ω: et membra levata $\mathbf{f}^2$ς

Hypsipyles caelum, gentem patriamque requirit.
ingemit illa quidem et tandem vix maesta profatur:
Lemnos erat patria, princeps mihi sanguinis Euhan.
hic Veneris rabie aetas cuncta perempta virorum est.
ast ego sola meum carum miserata parentem
committo incolumem ventis. mox ipsa per undas
excessi geminam linquens ⟨de⟩ Iasone prolem.
haec fata Archemorum sacro serpente peremptum
conspicit. Eurydice genitrix miseranda querelis
intonat et placat Graecorum turba Lycurgum.

4 et *om.* ν 5 patriae (a *suprascr.*) **B**[1]: patriae ω 7 cara f 8 Comittet **L**: Comite **Sbr**: Comite (si *suprascr.*) **M**[1] 9 de r *frg. Monast.*: *om.* ω: ex μν 11 euridice μν: -en *vel* -em ω 12 Intimat **Sr**μ *frg. Monast.*: Intimat (o *suprascr.*) ν[1]: Ingemit **C**

LIBRI SEXTI ARGVMENTVM

deest in ω; *in* ς *hoc legitur*:

ut puer est functus serpentis vulnere laesus,
instituunt Danai ludos hortamine vatis.
Fama vocat cunctos, arvis ac moenibus adsunt.
primus sudor equis venit certamine campi.
extitit hic Arion victor, Polynice cadente.
proximus Oeclides sed sumpsit praemia laudis.
decipitur cursu puer Arcas postea victor.
Hippomedon disco laudatur ab agmine iacto.
vix rapitur Lacon Capanei caestibus altis.
Tydeus Agileum superavit agone palaestrae.
rex prohibet binos nudo concurrere ferro.
ipsi iactanti remeat iactata sagitta.

5 dorion ς *plerique* 11 Lex ς *plerique*

LIBRI SEPTIMI ARGVMENTVM

hic Iovis imperio Martem Cyllenius ales

septimi libri argumentum praeter v. 1. 2 et 11. 12 in **M** *madore corruptum non legitur*

excitat in Graios resides; tunc ille furorem
instaurat belli ac Thebas ardentibus offert.
Labdacios tendit lacrimis defendere Liber.
Antigone e muris sociorum discere vultus
exquirit, fidus cui pandit singula Phorbas.
mox Iocasta gemens natum Graiosque precatur,
ut placidus Thebas ineat fratremque reposcat
imperium. Tydeus prohibet sua vulnera narrans.
tigrium interitus partes pugnare coegit.
bellantem curru Amphiaraum telluris hiatus
obruit ingemuitque cadens lucemque reliquit.

2 residens **B**: residens **Lb** 3 offert ω: aufert **S**μ: effert **b** 4 Labdaci ostendit **BL**: Labdacus ostendit μ 5 phorbas ω: phorbas B^1: phobas f^2: phoebas **Lb** 8 placidus *ex* -tus B^1: -tus **Lb** 9 *in codicibus praeter* **f** *post v. 12 legitur, in suum locum revocatus a* B^1 10 Tigrium (Tigrum **BLC**) interitus **BLCf**: Interitus tigrium ν: Tigridis interitus μ: Hi tigrium interitus **b**: Hic tigrium i. ς. 11 curru (-ro ν) **LCf**ν: curruam B^1: curruam μ: curvam **Sb** hiatu **S**

LIBRI OCTAVI ARGVMENTVM

tunc graviter superos obiurgat rector Averni
ipsumque Amphiaraum terret, cui pauca furenti
iam tenui voce et pavidus supplexque revolvit
coniugis infandae indicium subitamque ruinam.
anxius Inachidas vatis dolor angit amissi.
Sidonii exultant memorantque insignia gentis.
at Graium proceres similem pietatis honore
Thiodamanta legunt, vatis qui munera servet.
hinc Thebana phalanx, illinc ruit Inacha pubes,
vulnera vulneribus geminant funduntque vicissim
corpora magna virum; tunc multa in caede furentem
Tydea deiectum telis Tritonia flevit.

3 revolvit ω: resolvit **C**: profatur ς 4 subitamque **C**: subi tamque f^1 *sine ras.*: subiectamque B^1: subiectamque ω

LIBRI NONI ARGVMENTVM

Oenidae interitu magni Dircaea iuventus
eminet, at Danai contra pro corpore amici
arma ferunt. furit ante alios Cadmeius heros.
hic ferus Hippomedon hostes prosternit et instat
exanimem rapiens socium, sed imagine falsa
luditur. Aonii incumbunt retrahuntque cadaver.
tum Ismenon fluvium Thebano sanguine mutat
fervidus Hippomedon tumidoque in gurgite mersus
Crenaeum obtruncat, moriens simul increpat amnem.
moxque Dryas Martis stimulis rapit arma superbus
Parthenopea sternit iacientem tela Dianae.
ille cadens Dorceum alloquitur matremque requirit.

totum argumentum deest in **b** 3 ferunt **ω**: fertur **S** (*error natus ex hac scriptura* fert̃) fuerit ante **S**: funtante **L** 6 retrahuntque *cf. 9, 141* 9 Crenaeum ς: Creneam **μν**: -nean **ω**: -noan **L**; *an* Crenea *cl.* Parthenopea *v. 11?* simul **ω**: semel *in proecdosi calami errori tribuendum* amnem ς: agmen **ω** 11 sternit iacientem **BSf**^{1}: sternit iacentem **LMf**^{c}: iacentem sternit **μ**: ≡sterñit≡ iacentem **ν**^{2}: ferit iacientem **C** 12 dorceum **f**: dorcem (*vel* -en) **ω**: diane dorcem **ν** alloquitur *del.* **L** *rubr.*: alloquatur **μ**

LIBRI DECIMI ARGVMENTVM

quattuor afflictis ducibus fiducia belli
Sidoniis crescit Graiorum obsidere castra.
tunc Iuno mittit quae Somnum concitet, Irim.
Thebanis subito solvuntur membra sopore.
Thiodamas stimulat nocturna in proelia Graios,
fata docens iugulantque iacentia corpora ferro.
decipit incautos pietas Hopleum atque Dymanta,

1 *om.* **f** 3 continet **C** 4 solventur **b** 6 vigilantque **b**: iugulatque **μν**: iugulant ς iactantia **μ** 7 hopleum (ob- **C**) atque **Cfbμ**: hopleumque atque **BSMLν**; *haud scio an auctor scripserit* Hopleumque Dymanta *ita ut* -que *particula nomina coniungantur non secus atque* Carm. lat. epigr. 672, 1 Paulusque Iohannes dimanta **Cbμ**: dumanta **ω**

Oenidae exanimis laeti dum membra reportant.
pandere Tiresian conpellunt debita Thebis.
tunc patriae vitam largitur sponte Menoeceus.
mox Capaneus scalis conscendit moenia saevus,
fulmine percussus turrim conplectitur ardens.

11 saevis **Mb**μ: seus **L** 12 perculsus **S** nunc plectitur **L**

LIBRI VNDECIMI ARGVMENTVM

tunc Capanei ardentis Danaos incendia terrent:
castra petunt miseri. Eumenis impar tempore belli
Tisiphone gentis geminae exsaturata cruore
germanae auxilium poscit, fratresque nocentes
diversis agitant stimulis. tunc omina dira
horrescit Tyrius ductor. mox Aepytus auctor
armatum fratrem pulsantem cuspide portas
nuntiat; ille celer gaudens rapit inpius arma
nec matris lacrimae revocant nec verba sororis.
postquam sacrilegis telis confusus uterque est,
deflevit Pietas fratrum miserata ruinam.
Oedipoden Creon Thebanis moenibus arcet.

totum argumentum deest in **S** 2 eumenis ω; *elegantius fuerit* Furia inpar ω: in **B** tempora μ 5 agitant ς: agitat μ: ag^{it}at B^1: agitet **f**: agunt **ML**ν: āgunt **b**: adigunt **C** omina **Mf**ν: omnia ω 10 confusus (*i. q. fusus*) ω: confu^{ix}sus B^3

LIBRI DVODECIMI ARGVMENTVM

postquam alterno ceciderunt vulnere fratres,
moxque Creon deflens persolvit iusta Menoeceo

totum argumentum deest in **b** 1 Postquam alterno **LSC**μ: Postquam ex alterno **B**: Postquam iam alterno **f**: Sed postquam alterno ν; *in* **M** *versus sic legitur*: Postquam ceciderunt vulnere alterno fratres 2 Moxque ω: Mox μ; *certe* -que *abundat*

busta negans victis. at Graias fama perurguet
quaerere clam matres per campos membra suorum.
vix Argia sui corpus Polynicis amati
repperit; Antigone Eteoclis funera quaerens
advenit. ignarae communia funera plangunt,
succensusque rogus flammis communibus ardet.
Thesea Euadne constanti voce precatur,
iret ut ad Thebas vindex aliosque triumphos.
mox ille infrendens optat vocatque Creonta.
quem sternit telo Graiorumque immotat umbris.

4 me[b]ora **B^1**: memor≡a **L**: mora *ν* 5 Vi[x] **B^1**: Virgo **C** argia *ex* argiva **B^1f^1**: argiva **M**: arg[i]ua **L^1** 6 eteoclis [q̄. ipsius] (*ex* -cles) **B^1**: et etheoclis **M** 7 communis **M** 9 Thesea *ω*: Thesea[que] **B^1**: Tesean **f** profaturum precatur **M**: profatura precatur **L**: profatur *μ* 11 optat *ω*: optat[que] **B^1** vovatque *ν*: revocatque **C**; *cf. 12, 753*

INDEX NOMINVM

in Stati Thebaidem (Th.) et Achilleidem (A.).

ABANTIADAE: Th. 7, 370 in terga comantis (ὄπιθεν κομόωντες) . . . Abantiadas. 9, 758 addit Abantiadas. *cf.* Argus, Eryx

Abas 1) *rex Argivorum:* Th. 2, 220 bellator Abas. 4, 589 2) *Argivus quidam:* Th. 8, 446 Abanta. 8, 447 Abas auriga 3) *Thebanus quidam:* Th. 7, 647 Abas 4) *Scyrius quidam:* A. 1, 702 arcis litoreae servator Abas.

Abydenus: A. 1, 411 litore Abydeno. 1, 204 Abydenique sinus

Acamas 1) *Thebanus quidam:* Th. 3, 173 sanguineumque . . . Acamanta 2) *alius Thebanus:* Th. 8, 445 atrox Acamas 3) *Aetolus quidam:* Th. 7, 589 Aetolumque Acamanta

Acarnan: Th. 6, 652 Acarnan septimus *ad disci certamen accedit.* 7, 417 vagus . . . Acarnan. A. 1, 418 asper Acarnan

Acaste *Adrasti filiarum nutrix:* Th. 1, 529 Acasten (acesten ω)

Achaemenius: Th. 1, 710 gentis Achaemeniae ritu. 8, 286 Achaemenius . . . puer

Achaeus *adiect.:* Th. 4, 728 ducibus . . . Achaeis. 6, 459 famula . . . Achaea. 6, 651 gentis Achaeae. 3, 619 Achaea manus. 1, 116 Achaei ora maris. 5, 505 nemoris . . . Achaei. 2, 164 Achaea per oppida. A. 2, 62 terras . . . Achaeas. Th. 10, 128 Achaeum (achivum *var.*) . . . vallum

Acharnae *pagus Atticae:* Th. 12, 623 quaeque rudes thyrsos hederis vestistis Acharnae

Acheloius: Th. 2, 472 arbusta Acheloia. 1, 453 Acheloiaque arva. 2, 142 Acheloius heros (*Tydeus*), *item* 8, 522. 6, 832 Acheloia circum litora. 9, 214 per stagna Acheloia

Achelous *amnis Aetoliae*: Th. 2, 731 turbidus . . . Achelous. 7, 553 nosterque Achelous (*verba Tydei*) Th. 7, 416 Acheloon utroque deformem cornu. *cf.* Herculeus (Th. 4, 106)

Acheron: Th. 4, 522 Acheron. 8, 513 Th. 11, 150 Acherontis aperti (operti ω) Dira Th. 1, 597 Acheronte sub imo. 4, 456 Acheronte nefasto. 5, 156 Acheronte recluso. *cf.* 11, 69. 12, 559 sator Eumenidum

Achilles: A. 1, 19 magnusque . . . Achilles (*de Achilleide*). 1, 37 meus quaeretur Achilles (*verba Thetidis*). 1, 196 blandusque . . .

37 *

CORRIGENDA ET ADDENDA

In ipso textu haec mutanda sunt:

1, 420 *scribe* Rhipaeae.
post 3, 72 *dele punctum.*
4, 371 *post* equites *commate distingue.*
6, 376 *scribe* volvere.
8, 12 *scribe* paventes.
9, 902 *scribe* frustra.
11, 161 *scribe* induerem.
11, 677 *scribe* saevire.
12, 242 *scribe* gelidaeque.
Arg. 12, 12 *scribe* immolat.

praeterea velim exarari maiuscula initiali has voces: 1, 498 Nox. 3, 344 Fama. 3, 415 Nox. 3, 684 Plaustro. 3, 685 Oceanum. 4, 384 Arcto. 6, 240 Nocturnus. 7, 37 Nimborum. 8, 152 Fama. 9, 32 Fama. 10, 1 Nox. 10, 86 *et* 114 Noctis. 10, 156 Sopor. 10, 626 Fama.

Testimoniis addenda haec:

7, 250: **Σ** 7, 641 Menoeceus: iste Thebanus est, quem in catalogo Phorbas Antigonae monstravit euntem inter duces. dixit enim: quae noster signa Menoeceus.

9, 104: **Σ** 9, 203 supra enim [te] telo Eteoclis dixit femur Hippomedontis fuisse transfixum: quod . . . tamen.

In apparatu critico haec emendanda sunt:

p. 12 v. ultimo ante alterum *adde*: 239.
p. 77 v. 3 ab imo lege: 12 enim **P**ω. ł Sic
p. 81 v. 5 ab imo lege: 100 Sic **SK**: Si (Se **f**) **P**ω: Si **D**.
p. 99 v. 7 ab imo lege: Apesanta *Müller.*
p. 114 v. 2 ab imo post **MD** *adde* **C**.
p. 119 v. 3 ab imo lege: 124 at **P**: et ω.
p. 130 v. 12 ab imo lege: 309 athlanteas **r**$\mu\nu$.
p. 133 v. 7 ab imo lege: *add.* **P**[c]**L**[σ].
p. 154 v. 11 ab imo dele: *frg. Monast.*
p. 189 v. 11 ab imo dele: tur.

p. 189 v. 5 ab imo: vittae *etiam* **S**.

p. 199 v. ultimo lege: ^{r}aptare **b**.
p. 214 v. 7 ab imo: fulmina *etiam* **S**^{2}**b**.
p. 255 v. 10 ab imo: si *etiam* **b**.
p. 256 v. 13 ab imo **b** *transfer post* **D**.
p. 280 v. 3 ab imo dele: paventes **P**.
p. 298 v. 11 ab imo lege: *Wakefieldus*.
p. 303 v. 5 ab imo lege: hyperenora **ω**: hyperentora **P**.
p. 317 v. 15 ab imo lege: ultra pulchra o **S**.
p. 328 v. 15 ab imo dele: *frg. Werd.*
p. 334 v. ultimo lege: *maneres*.
p. 383 v. 3 ab imo lege: vel *pro* atque.
p. 399 v. 9 ab imo dele: quid *intellego cur*.
p. 400 v. 11 ab imo dele: **N**.
p. 400 v. 5 ab imo lege: **MNfb***μ*.
p. 401 v. 7 ab imo lege: *ex* -um **L**$^{\sigma}$.

p. 433 v. 6 ab imo lege: -l$\overset{i}{o}$s **L**$^{\sigma}$.

Perperam **P** *secutus veras lectiones* **ω** *sprevi*: 4, 128 super. 6, 20 lacessunt. 6, 462 funalemque. 8, 566 tunc. 9, 305 Gyan *quas velim restitui. contra tribus locis a codicum lectione recessisse me paenitet*:

9, 640 gressu saltumque, *nam per aethera di volant montes gressu ascendunt*.

11, 274 *quo loco haud scio an* tellus *recte* Σ *explicaverit*: quae negando fruges sterilitate homines afficit.

12, 59 atque exule pellitur umbra *servare debebam*: *pellitur Polynices umbra quoque in exilium missa.*

sed quod 10, 470 inlicita *defendere conatus est M. Schamberger, de P. Papinio Statio verborum novatore 1907 p. 292, minime probo. quamquam vocem* elicita *inanem esse concedo. conieci* iniecta.

denique P. H. Damsté v. c. eo benevolentiae progressus est ut de verbo mutandi usu apud P. Papinium Statium *disputatiunculam, quam Albo gratulatorio Naberiano inserturus est, mihi manu scriptam mitteret. quocum gaudeo me consentire in defendendo verbo* 3, 595. 6, 544. 9, 850. 2, 599 (*quamquam de eius interpretatione dubito*) 2, 672. *sed nec placet quod* 7, 206 tot mutare animas, tot reddere corpora Diti *proposuit nec quod* 4, 421 haud illam brumae mutare, Notusve ius habet.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.